This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`



600011210B

28

334.

JULIANI IMPERATORIS

QUAE FERUNTUR

EPISTOLAE.

ACCEDUNT

EIUSDEM FRAGMENTA BREVIORA

CUM

POEMATIIS

NEC NON

GALLI CAESARIS AD JULIANUM FRATREM EPISTOLA.

GRAECE ET LATINE.

AD FIDEM LIBRORUM MANUSCRIPTORUM AEQUE AC TYPIS EXCUSORUM RECENSUIT, LATINAM VERSIONEM EMENDAVIT, CUM PRIORUM EDITORUM TUM SUIS OBSERVATIONIBUS ILLUSTRAVIT INDICESQUE ADJECIT

LUDOVICUS HENRICUS HEYLER.

MOGUNTIAE,

SUMTIBUS LIBRARIAE KUPFERBERGIANAE.

MDCCCXXVIII.

334.

JULIANI IMPERATORIS

QUAE FERUNTUR

EPISTOLAE.

ACCEDUNT

EJUSDEM FRAGMENTA BREVIORA

CUM

POEMATIIS

NEC NON

GALLI CAESARIS AD JULIANUM FRATREM EPISTOLA.

GRAECE ET LATINE.

AD FIDEM LIBRORUM MANUSCRIPTORUM AEQUE AC TYPIS EXCUSORUM RECENSUIT, LATINAM VERSIONEM EMENDAVIT, CUM PRIORUM EDITORUM TUM SUIS OBSERVATIONIBUS ILLUSTRAVIT INDICESQUE ADJECIT

LUDOVICUS HENRICUS HEYLER.

MOGUNTIAE,

SUMTIBUS LIBRARIAE KUPFERBERGIANAE.

MDCCCXXVIII.

334.

BIBLIOTHECA BODLEIANA

JOHANNI FRANCISCO BOISSONADE

LITERAR. GRAECAR. IN ACADEMIA PARISINA PROF. P. O.
ACADEMIAE REGIAE INSCRIPT. ET HUM. LITER. SODALI ORDINARIO,
LEGIONIS, QUAE HONORIS NOMEN GERIT, EQUITI.

S. P. D.

EDITOR.

Ex quo Tuis, vir ornatissime, publicis scholis interesse mihi contigit, exquisitae non solum doctrinae, sed etiam urbanitatis imago quasi mente manet reposta. Quae res ad procurandam editionem, quam manu tenes, plurimum valuit. Ut enim eruditionis Tuae beneficio promota fuit qualiscunque mea facultas critica, ita suavitatis, quae Tuis moribus inest, recordatione fuit altum sustentatumque Tibi placendi studium, quod alacritatem addebat elaboranti. Jam bona mea eo redire cupiens, *unde* sunt orta, Tibi do dedicoque hunc librum, qui, cum Juliani sit in scriptis Tuis toties illustrati, saltem auctoris nomine commendationis nonnihil habebit. Utinam aestimationis Tuae particeps fiat, quidquid est operae meae. Tanta sit hujus apud Te gratia, quanta Tui est apud me caritas ac veneratio. Vale.

Scripsi Nonis April. MDCCCXXVIII.

[redacted]

PRAEFATIO.

Cum Plinio juniori [1]) *beatos equidem puto, quibus Deorum munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda; beatissimos vero, quibus utrumque.* Quo animo claros prisci aevi viros perlustranti inprimis mihi occurrebat **JULIANUS IMPERATOR**, cujus ea est felicitas, ut duplici nomine sese commendet. Is enim cum rerum gestarum magnitudine, tum librorum varietate atque praestantia tantum elucet, ut, ex utra parte sit minus conspicuus, haud facile possit existimari. Fecisse Julianum scribenda scriptorum probat multitudo veterum et recentiorum ex instituto res illius enarrantium [2]): legenda scripsisse eundem, eruditorum hominum judicio dudum constat; qua in re haud leve est commendationis momentum, quod sum-

1) Epp. VI, 16.

2) Qui de Juliani rebus gestis tractarunt, eorum indicantur bene multorum libri apud Fabricium Bibl. Gr. Vol. VI. p. 719 sqq. (ed. Harles.) Recentius accesserunt opera sic inscripta: *Ueber den Kaiser Julianus und sein Zeitalter. Ein historisches Gemälde von A. Neander. Leipzig* 1812. qui tamen libellus acta minus, quam placita persequitur Juliani. *Histoire de l'empereur Julien, tirée des auteurs idolâtres et confirmée par ses propres écrits. Par M. Jondot. Paris* 1817. in 2 voll. forma 8. quo in opere laudes Juliani ex instituto detrectantur. Aequius judicatum est in tractatu hoc modo inscripto: *Abrégé ou Sommaire historique et critique de la vie de l'empereur Julien;* qui Tomum I. paginas 1—134. Juliani occupat gallice conversi, cujus titulum in fine Praefationis posui.

mus olim bonarum litterarum aestumator WYTTENBACHIUS scriptorem hunc dignum censuerit, ad quem edendum ipse animum adpulerit. *Ejus enim scripta*, vir ait illorum peritissimus [1]), *cum ob varietatem doctrinae, tum ingenii vim ac dictionis elegantiam lectu videbantur dignissima. Sive enim temporum, quae vivebat, sive philosophiae spectes historiam, incertus sis, utrius cognitio ex illis magis illustrari possit. Nam et de multis ejus ipsius et de Constantii factis et ipsius omnino aetatis rebus vel solo ejus constat testimonio, vel uberius ipse, quam caeteri scriptores, prodidit; et ad Eclecticae ac Cynicae sectae rationem noscendam plurimum ejus scripta conferunt; ubique tandem insignis elucet antiquitatis, elegantiorum litterarum, rerumque divinarum et humanarum scientia. Dictio ejus felicis est imitatoris veterum, Platonis praesertim ac Demosthenis; elegans, tersa, pura et bene Attica: neque tamen priscis delectatur vocibus, aut ineptum affectat Atticismum.* Haec Ille; qui tamen ad alia traduci se passus, postea consilium de edendo Juliano abjecit, ita ut praeter Animadversiones, quas in selecta Juliani loca [2]), deinde in primam ejus Orationem [3]) prodidit, ab eo nihil impetrarimus peculiarium in auctorem nostrum

1) In libello, qui titulus: *Danielis Wyttenbachii Epistola Critica super nonnullis locis Juliani Imperatoris. Accedunt Animadversiones in Eunapium et Aristaenetum. Ad virum celeberrimum Davidem Ruhnkenium. Goettingae, litteris Barmeierianis.* 1769. forma 8.

2) In opusculo modo laudato pag. 1—59.

3) Primum eae prodierunt in Bibliotheca Critica Amstelodamensi Vol. III. Parte I. p. 33 sqq. et Parte II. p. 1 sqq. unde collectas easdem cum laudata jam Epistola Critica vulgavit *G. H. Schaefer* in editione Julianeae Orationis I. p. 131—224. *Lipsiae* 1802. forma 8.

lucubrationum; cujus caeteroqui scripta, dummodo *Caesares* et *Orationem I.* excipias, ex centum et triginta, quodque excurrit, annis a nemine, quoad sciam, edita sunt.

Itaque pro rei litterariae necessitate haud intempestive accidit, ut, quum Parisiis agerem Regiaeque Bibliothecae thesauros utcunque meum ad usum adcommodandos in animum induxissem, vir inter exteros pariter ac cives spectatissimus **JOHANNES FRANCISCUS BOISSONADE** incerto meo atque fluctuanti studio hunc potissimum Augustum scriptorem designaret denuo edendum; quem eo avidius arripui, quo diutius animus tulerat explorare hunc Imperatorem, de quo varias noveram ac inter se dissidentes celeberrimorum virorum sententias. Fuit quidem, cum de toto Juliano cogitabam edendo; sed habita temporum ac virium ratione intra unius libri fines consistere potius duxi. Ut vero ex variis Juliani scriptis hoc genus mihi elegerim, complures impulerunt causae. Ne jam stylum morer, cujus ratione Ammianus Marcellinus lib. XV. c. V. §. 7. *epistolarum Juliani cum gravitate comitatem incorruptam* agnovit, equidem **EPISTOLAS** ut earum rerum, quae ad interiorem hujus Imperatoris notionem faciunt, maximam partem continentes lectu judicavi cuilibet suavissimas; deinde omnium ejusdem auctoris librorum illas potissimum intellexi foedis scatere mendis; easdem denique cognovi nunquam seorsum, sed nonnisi cum aliis sive Juliani sive aliorum scriptis conjunctas lucem vidisse, quo factum, ut per aliquot volumina circumferrentur hactenus dispersae. Librorum autem impressorum, quibus harum Epistolarum, labentibus annis, modo pauciores, modo plures vulgatae sunt, jam cum lectore communicanda est notitia [1]), quam in ejus

1) Cf. Fabricii Bibl. Gr. Vol. I. p. 680. et Vol. VI. p. 731 sqq. (ed. Harles.)

gratiam duabus partibus concinnabo. Quo scilicet clarius adpareat fortuna, quam per saeculorum decursum experta sunt haec ingenii monumenta, deinceps uno quasi obtutu ea proponam volumina, quae incrementum aliquod his litteris attulere, dijunctiori quidem scriptionis genere quinque distincturus illa, quae propriae sunt Juliani Editiones: tum in subjectis Notis libros referam illos, quibus obiter tantum repetuntur Epistolae quaedam antea jam editae, nulla adhibita nova cura. Prioris igitur generis haec extant opera chronologico ordine digesta:

1) Ἐπιστολαὶ	*Epistolae*
Βασιλείου τοῦ μεγάλου.	*Basilii Magni.*
Λιβανίου τοῦ σοφιστοῦ.	*Libanii rhetoris.*
Χίωνος τοῦ Πλατωνικοῦ.	*Chionis Platonici.*
Αἰσχίνου καὶ Ἰσοκράτους τῶν ῥητόρων.	*Aeschinis et Isocratis Oratorum.*
Φαλάριδος τοῦ τυράννου.	*Phalaridis Tyranni.*
Βρούτου Ῥωμαίου.	*Brati Romani.*
Ἀπολλωνίου τοῦ Τυανέως.	*Apollonii Tyanensis.*
Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου.	*Juliani Apostatae.*

Forma 4.

Verso hoc, quod titulum exhibet, folio *Aldus* Manutius *Romanus* paucis quidem verbis, Venetiis anno 1499 ad Codrum Urceum datis, editorem se profitetur istius Collectionis, quae graece tantum ac sine numeris epistolas paginasve recensentibus exiit. Insunt autem, uti Fabricius enunciavit, Juliani epistolae priores XLVIII: quod tamen cum ea cautione accipi velim, ut numero excludas *Edictum ad Alexandrinos* in posterioribus Editionibus decimo loco insertum; vicissim eidem illi numero

Legem de Medicis accenseas, quam inferioris aetatis editores absque numerali signo repetierunt. Itaque Aldus ultimo loco dedit illam, quae in recentioribus libris quadragesima octava est. Subjecit autem verba: Τέλος τῶν Ἰουλιανοῦ ἐπιστολῶν.

Hanc editionem nulla, quoad scilam, propius excepit ea, quae mox indicabitur sub numero 2). Quare maxime dubito, an unquam vere fuerit et extiterit editio, qualem Spanhemius memoravit scribens in Praefatione ad Juliani Opera p. 39. med.: *Alias dein quasdam easque ante inedita Juliani epistolas graece Lugduni Batavorum anno superioris saeculi XVII. prodisse, ex editis Bibliothecarum collectionibus accepi.*

2) Ἰουλιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος Μισοπώγων, καὶ ἐπιστολαί. *Juliani Imperatoris Misopogon, et epistolae; graece latineque nunc primum edita et illustrata a Petro* Martinio *Morentino Navarro. Addita est praefatio de vita Juliani eodem authore. Parisiis apud Andream Wechelum. 1566.* forma 8.

Hoc in libro pag. 142—317. eaedem exhibentur epistolae, quas ab Aldo vulgatas esse diximus, accedente quidem suo loco *decima*, quae tamen ad instar caeterarum numerali signo destituitur. Quod ineditae sedes illa fuit assignata, causam esse conjicio memoratum inibi Georgium, de quo sermo erat in antecedenti nona. Jam per hanc editionem *Epistolis* multum lucis affulsit. Sunt enim interpretatione latina donatae; plurimarum argumenta paucis verbis in margine definita, brevesque hinc inde adspersae notulae sive scriptorum aliquot loca detegentes ab Juliano laudatorum, sive ad alios ablegantes libros, e quibus res ab Juliano tactae penitius discantur. Caeterum nec variantes adnotantur lectiones, nec ulli citantur

manuscripti codices, ut incertum sit, an tales praesto fuerint editori. Haudquaquam ex novo, quod accessit, monumento probatur usus codicum; Epistola enim X. facile desumta fuerit e Socrate. Quod autem in Epistola Nuncupatoria de *unico exemplari* memoratur *ex Petri Rami bibliotheca* adhibito, id ad solum Misopogonem esse referendum videtur, de quo per totam Praefationem agitur, neglecta quidem Epistolarum mentione.

De duabus his editionibus, Aldina nempe et Martiniana, novissimus Operum Juliani editor Spanhemius ita loquitur in Praefatione p. 38. med., ut illas *necdum inspicere aut nancisci sibi* licuisse dicat.

*)

3) Ἰουλιανοῦ Αὐτοκράτορος τὰ σωζόμενα. *Juliani Imperatoris opera quae extant omnia. A Petro* Martinio *Navarro, et Carolo Cantoclaro Consiliario Regio, supplicumque libellorum in Curia magistro, latina facta, emendata et aucta. Ejusdem Martinii praefatio de vita Juliani. His accesserunt Epistolae aliquot nondum prius editae. Additus praeterea est a Carolo Cantoclaro liber ejusdem Juliani* περὶ βασιλείας, *et a Theodoro Marcilio ὕμνος εἰς βασιλέα Ἥλιον, ab iisdem recogniti et illustrati. Una cum variis lectionibus ex vetustis codici-*

*) Alterius ordinis primum huc incidit opus ita inscriptum: *Epistolia, Dialogi breves, Oratiunculae, Poëmatia ex variis scriptoribus utriusque linguae: graece et latine. Excudit H. Stephanus. Parisiis* 1577. forma 8.

Compilationis hujus in paginis 44 sq. ex olim editis Juliani Epistolis selectae receptae sunt septem breviores, quae in recentioribus Editionibus numeris signantur XIV. XV. XXVIII. XXXII. XXXIX. XXXIII. XLVIII.

bus manuscriptis. Parisiis, apud Dionysium Duvallium, sub Pegaso, in vico Bellovaco. 1583. Cum Privilegio Regis. forma 8.

Hoc in volumine pag. 147—342. nova Martinii cura prodierunt *Epistolae* tam auctae, quam illustratae. Scilicet vir doctus illis, quas prior ipsius editio complectebatur, quinque adjecit ineditas; nempe Epistolam XLIX. graece latineque decerptam, ut opinor, e Sozomeno; tum graece tantum Epistolas L. LI. LII. LXIII. quas *naufragio illo litterarum diu jactatas tandem in manus suas tanquam in portum optatissimum devenisse* perhibet p. 321. Numeris haud magis insigniuntur epistolae, quam in priori editione; notulae marginales una cum argumentis in hac altera repetitae sunt novisque, etsi paucis, adauctae. In calce fasciculus adponitur Variae Lectionis, cujus tamen indefiniti plerumque sunt fontes. Aldinam tantum editionem nominavit editor, quoties in aliam ab ea scripturam discesserat.

Post illud opus inducturus eram librum sic inscriptum: *Theophylactae Simocattae Epistolae et Problemata* etc. *Lugd. Bat.* 1596. Auctore enim Fabricio, in ejus libri calce *Bonaventura Vulcanius* graece primum edidit Juliani epistolas illas, quae hodie numeris signantur LIII—LVII. Sed frustra talem editionem anquirenti solvit mihi angustias V. Cl. *Boissonade* in litteris ad me datis negans, unquam epistolas Juliani cum Theophylacta Simocatta prodiisse. Suspicatus interea sum, a Bonaventura Vulcanio quinque illas epistolas in lucem prolatas esse, sed in opere diverso, cujus titulus ita refertur in Joecheri *Gelehrten-Lexicon* T. IV. p. 1756: *Juliani imperatoris, Galli Caesaris, Basilii Magni et Gregorii Nazianzeni epistolae aliquot.* Quum autem eum librum invenire nequiverim, certi nihil pono. Sequitur

4) *Funus Parasiticum sive L. Biberii Curculionis Parasiti Mortualia. Ad ritum prisci funeris. Accessit de Parasitis et Assentatoribus Appendix. Item, Juliani Caesaris Epistola nunc primum in lucem edita, cum latina interpretatione et Notis Nicolai Rigalt J. P. Lutetiae, apud Ambrosium Drovart, via Jacobaea, sub scuto solari. 1601. Cum Privilegio Regis Christianissimi.* forma 4.

In fine hujus opusculi, quod pluries absque additamento, quod huc pertinet, recusum est, adjectae sunt Juliani epistolae LVIII. et LIX. sed imperfectae perperamque in unam confusae. Praelusit editor hujusmodi verbis: *Epistolam esse Juliani nemo homo, qui caetera ejus opera unquam attigerit, negabit. Unicum exemplar calamo exaratum videre mihi contigit; corruptissimum illud quidem, ac mendis innumeris inquinatum et deforme. Refeci qua potui, et latina interpretatione illustravi* **)

**) Τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογία. *Parisiis ex typographia Stephani Prevosteau.* 1605. (non, ut vult Fabricius 1583.) forma 4.

Id volumen in paginis 21—23. Juliani epistolas exhibet hodie numeris insignitas V. XIV. XXVIII. XXXII. XLVIII. III. XV. Quinque igitur ex illis intersunt, quas in H. Stephani compilatione reperiri diximus. Quod Fabricius adfirmat, in isto libro primum prodiisse Epistolam LXIII., id erroneum est. Illa jam in altera Martinii editione prodierat, et ab hac exulat Anthologia.

Ἐπιστολαὶ Ἑλληνικαὶ ἀμοιβαῖαι, *hoc est: Epistolae Graecanicae mutuae antiquorum Rhetorum, Oratorum, Philosophorum, Medicorum, Theologorum, Regum ac Imperatorum aliorumque praestantissimorum virorum, a Jac. Cujacio clarissimo J. C. magnam partem Latinitate donatae. Aureliae Allobrogum, sumtibus Caldorianae societatis.* 1606. forma fol.

Hac collectione pag. 135—163. repetuntur Juliani epistolae

5) Ἰουλιανοῦ Αὐτοκράτορος τὰ σωζόμενα. *Juliani Imp. Opera, quae quidem reperiri potuerunt, omnia. Ea vero partim antehac edita, partim nunc primum e manuscriptis eruta, et ad horum fidem accuratissime castigata, Graece Latineque prodeunt, cum Notis. Parisiis, sumptibus Sebastiani Cramoisy, via Jacobea, sub Ciconiis. 1630.* forma 4.

Uti de caeteris Juliani operibus, ita de Epistolis (Parte II. p. 113—242.) hac editione bene meruit *Dionysius* Petavius, cujus nomen a titulo quidem alienum in *ipso volumine* passim enunciatur. Is enim vir doctus non solum imperfectam anteriorum editorum operam perfecit, ubi Epistolas L—LVII. latina interpretatione donabat illamque, quam pro una vulgaverat Rigaltius, in duas [nrr. LVIII. LIX.] distinguebat, auctore quidem ipso Rigaltio; sed etiam tres ineditas (nrr. LX. LXI. LXII.) adjecit latineque vertit. In editionis calce *Notas* dedit paucas quidem, sed utiles; quae tamen utiliores forent, si Martinii notulae marginales insertae essent. Textum tam monito, quam non monito lectore passim immutavit, at pro acuto, quo praeditus erat, ingenio plerumque feliciter. In margine locorum difficilium variantes adposuit lectiones modo e manuscriptis libris, modo ex ipsius conjectura profectas, quarum alterae per

---

quas Aldina complectitur editio. Accessit nulla, quanquam illo abhinc anno, quo prodiit Aldina, novae jam duodecim erant vulgatae, sicut e censu superiori colligitur. Lectiones sunt minime emendatae; epistolae nec numeris, nec argumentis, nec ulla denique notula exornatae. Versio latina Barthio quidem in Adversariis lib. XI. c. 19. adeo vilis est visa, ut per totam Latinitatem nullam ea futiliorem reperiri, eamque Cujacio adingi censuerit.

litteras γρ., alterae per ἰσ. vel f. significantur. Ut in universum brevitati studet editor, ubi de propriis operae suae partibus praefatur, adeo ut de istis ea delibantem se profiteatur, *quae lectorem scire velit;* ita codices, quos adhibuerit, indicat nullos praeter *Baroccianum.* Is autem codex propriis Petavii manibus tractatus non est; sed meritissimo viro Patricius Junius, bibliothecae Londinensis custos, ex isto codice sua manu descriptas miserat Epistolas LX. LXI. LXII., ut versus finem Praefationis et in prooemio laudatis Epistolis praefixo declaratum est; quorum posteriori locorum ipse codex *nunc Oxonii servàri* traditur. De ulteriori hujus codicis usu nihil quidem aperuit Petavius; e Notis tamen colligitur, ex eodem MS. multarum Epistolarum variantes lectiones editori suppeditatas fuisse, quae constituendum tamen textum non juvarunt. Passim enim Barocciani sic adfertur scriptura, ut inde corrigendum textum, imo supplendum esse moneatur; v. c. in Epp. XLIV. XLVII. Quare videtur postea demum, quam longe plurimae Epistolae prelo exierant, illius codicis supellectilem Petavio pervenisse. Alios praeterea manuscriptos libros Editioni huic inserviise non solum probabile est, quum privata Petavii bibliotheca *manuscriptis codicibus, qui in ea servabantur,* insignis fuerit, ut e Ludovici Jacobi Tractatu de Bibl. p. 552. refert Morhofius in Polyhist. lib. I. c. 3; sed exinde certum fit, quod in Notis modo laudatur *Vetus,* ut Epp. X. XXII. et in margine numeri XXVIII; modo *Vetus codex,* ut Ep. XLI. et in margine numeri VIII; modo *Vetus codex Regius,* ut Ep. XLVI; modo *Veteres, e quibus emendavimus,* ut Ep. XXXV. Ubi vero codex Anglicanus memoratur ad Ep. XI, ibi vix alius a Barocciano intelligendus erit. Semel enim non amplius illa deprehenditur nuncupatio.

6) Ἰουλιανοῦ Αὐτοκράτορος τὰ σωζόμενα, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κυρίλλου ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς τὰ τοῦ ἐν ἀθεοῖς Ἰουλιανοῦ λόγοι δέκα. *Juliani Imp. Opera quae supersunt omnia, et S. Cyrilli Alexandriae archiepiscopi contra impium Julianum libri decem. Accedunt Dionysii Petavii in Julianum Notae, et aliorum in aliquot ejusdem Imperatoris libros Praefationes ac Notae. Ezechiel* Spanhemius *graecum Juliani contextum recensuit, cum manuscriptis codicibus contulit, plures inde lacunas supplevit, et Observationes tam ad Julianum, quam ad Cyrillum addidit. Cum Indicibus necessariis. Lipsiae sumptibus haeredum M. G. Weidmanni et Joh. Ludovici Gleditschii. Anno 1696.* Tomi II. forma fol.

Quaecunque sint istius operis dotes, mediocris est fructus, qui hinc in Epistolas redundavit contentas T. I. p. 372—455. Scilicet auxilium illis fere nullum obtigit, praeterquam quod ultima (h. e. LXIII.), quae lacunosa graeceque tantum circumlata erat, plerisque locis suppleta sit latinaque versione donata.

Quod si de subsidiis quaeritur, quae praestandum Epistolarum textum juvarint, e prolixa Praefatione tres expiscamur manuscriptos libros, quorum tamen nullus, recte si sentio, cunctas exhibebat Epistolas. Principem inter illos locum tenet codex, quem editor ex *Isaaci Vossii* bibliotheca (quam Hagae-Comitis extantem ob multos codices antiquissimos praedicavit Morhofius in Polyhist. lib. I. c. 7.) se nactum esse profitetur, et antiquum esse dicit annorum circiter quingentorum, longeque praestare omnibus a Petavio adhibitis codicibus. Eo quidem volumine contineri dicuntur *omnia Juliani opera;*

sed ista locutio de generibus tantummodo scriptorum, nec vero proinde videtur intelligenda, quasi ex Epistolarum grege nulla defuerit; nam in manuscriptis aeque ac impressis libris inscribi solet Ἰουλιανοῦ ἐπιστολαί; quicunque sit contentarum Epistolarum numerus. Imo paucas in illo, de quo agitur, codice Epistolas extitisse probabile videtur, quum in Editionis margine non amplius undeviginti epistolis adposita reperiatur varians lectio *Voss.* i. e. Vossiani codicis. Praeter hunc alios duos codices Spanhemius memorat, quos satis negligenter ita designat, ut unum Romae sibi a Leone Allatio suppeditatum appellet, quo contenta sit jam a nobis laudata *sexagesima tertia cum nonnullis aliis hujus Imperatoris epistolis*; alterum chartaceum dicat, quem itidem in Isaaci Vossii diviti bibliotheca versatus sit, et in quo repererit eandem *sexagesimam tertiam praeter alias Juliani editas epistolas.*

Talibus usus adminiculis Epistolarum textum utcunque tractavit editor. Asseruit quidem, ab ipso nihil praeter auctoritatem codicum esse mutatum; attamen dubitare licet, an codices adeo saepe cum Petavii conjecturis coiverint, atque has in textu deprehendimus receptas, e. g. Epp. LII. p. 436, D. LIV. p. 440, B. LV. p. 441, C. LXII. p. 451, C. Ibid. D. Editionem praeter Petavianam consuluisse videtur nullam; duabus enim antiquissimis caruisse se declaravit, ut supra notatum est p. X. Martinianam autem alteram an in usum vocarit, nihil ostendit. Utut ea de re sit, indicia non desunt levitatis, quae curandae huic Editioni praefuit. Typographicis vitiis, quae non perrara sunt, veniam si demus, certe supra hoc est querendum, quod passim, ubi mutata erat scriptura, remansit integra versio, v. c. Epp. VIII. p. 377, D. XXXV. p. 408, B. XXXVII.

p. 413, C; tum, quod permultis locis omissae sunt anteriorum editorum notulae marginales, sive res ipsas illustrarent, ut Epp. X. p. 378, D. XVI. p. 383, D. XLVI. p. 428, B., sive scriptionis rationem spectarent, ut pluries in Epp. LII. LX. et alibi. Quae omnia non consilio, sed inconstantia facta sunt, quum in aliis locis diversa sit inculpataque ratio. Ne autem detrectandi studio duci censear, crisin judicio firmabo cordatissimi viri, cujus auctoritatem litteratus nemo defugiet. Sunt Wyttenbachii ad Ruhnkenium verba hujusmodi: [1]) *In constituendo textu, qualem Tu Spanhemium in Callimacho fuisse observasti, talem se in Juliano quoque praestitit; mitto, quod priores Editiones non diligenter satis consuluit, nec Vossianum codicem debita attentione excussit, ac Petavii denique marginales conjecturas saepissime omisit, acutas illas ac dignas viri magni felici ingenio; quorum omnium illustria possem promere specimina, nisi brevitati maxime esset studendum.* Haud scio, an benignius, quam verius idem vir doctus adjecerit: *Forte tamen haec tumultuaria opera festinanti potius typographo tribuenda, quam ipsi illustri viro, cujus excellens ingenium et haec et alia pleraque emendasset, nisi in irritum cecidisset consilium, quod de altero Observationum volumine edendo ceperat, in quo in omnia Juliani opera erat commentaturus.* Aliquo tempore post non veritus est eundem Juliani editorem *hebetem* appellare *ad animadvertendas corruptelas, hebetiorem etiam ad corrigendas* [2]).

1) In *Epistola Critica* sub initio laudata p. 6. [p. 229 sq. ed. Schaefer.]

2) In *Animadversionibus ad Juliani Orationem Primam*, Parte Posteriori p. 4. [p. 166. ed. Schaefer.] *Ibid.* p. 18. [p. 178. ed. Schaefer.]

Post illam, quae novissima est, Juliani totius editionem, *Epistolis* etiam defuit editor. Occasio tamen tulit, ut tribus adhuc vicibus in lucem darentur Epistolae quaedam eidem auctori vel jure vel immerito tributae. Librorum, quibus id factum est, jam sequuntur tituli:

7) *Anecdota Graeca, quae ex MSS. codicibus nunc primum eruit, Latio donat, Notis et Disquisitionibus auget Ludovicus Antonius* Muratorius, *Sereniss. Raynaldi I. Ducis Mutinae etc. bibliothecarius. Patavii, typis Seminarii 1709.* forma 4.

Hoc in opere pag. 326—340. non solum ineditae tres vulgatae sunt epistolae, sed etiam altera parte prodiit auctior Epistola LVIII. Graeca edita esse dicuntur e codice Ambrosianae bibliothecae ante annos circiter septingentos scripto. Adjecit editor interpretationem latinam cum uberibus Notis.

8) *Salutaris Lux Evangelii toti orbi per divinam gratiam exoriens, sive Notitia historico-chronologica, literaria et geographica propagatorum per orbem totum christianorum sacrorum: delineata a Jo. Alberto* Fabricio, *S. S. Theol. D. et Professore Publ. in Gymnasio Hamburgensi. Accedunt Epistolae quaedam ineditae Juliani Imp. ex bibliotheca illustrissimi comitis Christiani Danneshiold de Samsoa, τοῦ μακαρίτου. Hamburgi, sumtu Viduae Felgineriae, typis Stromerianis, A. C. 1731.* forma 4.

Hujus libri paginae 316—338. praeter supplementa Epistolae LIX. decem exhibent antea ineditas Juliani epistolas, quas e codicibus Italiae bibliothecarum Vaticanae, Mediceae, Ambrosianae descripsisse dicitur *Fridericus Rostgardius*, e cujus bibliothecae sectione publica anno 1726. easdem cum Libanii Epistolarum centuriis bene multis acceperit in titulo laudatus comes; quo tum

indulgente *Joannes Grammius* apographon illarum cum Fabricio communicavit. Is autem interpretationem latinam addidit et raras easque brevissimas notulas. Textus frequentissimis foedatur interpunctionis atque scripturae vitiis.

9) *Catalogus codicum manuscriptorum graecorum Bibliothecae regiae Bavaricae. Auctore Ignatio* Hardt, *ejusdem Bibliothecae subpraefecto. Tomus V. Monachii 1812.* forma 4.

Isto volumine quinque vulgantur Juliani epistolae vel potius epistolia, quae in codice 490. inventa erant ad latus aliarum adscripta jam editarum. Latinam editor *adjecit* versionem.

*)

Ex his igitur operibus Epistolas repetivimus Juliano tribui solitas. Insunt autem tribus potissimum libris posterioribus Epistolae complures, quas esse spurias, me quidem judice, modo manifestum est, modo perquam probabile. Tales eo pacto conspicuas feci, ut numeralibus earum signis uncinos circumdarem.

Jam pergamus ad manuscriptos codices, quos ad procurandam hanc editionem contulimus.

Catalogus Bibliothecae Regiae Parisiensis novem, quibus Juliani Epistolae contineantur, indicat codices numeris signatos 963. 967. 1031. 1310. 1603. 2131. 2755. 2964. 3044. Usu autem cognovi, nullo fere in numero habendos esse quatuor illos 967. 1031. 1310.

*) Tomus III. Juliani per *Tourletum* gallice conversi, cujus operis in fine hujus Praefationis mentio fit accuratior, in paginis 401—420 graece repetit Epistolas illas, quae post Spanhemianam editionem luci datae sunt, exceptis tamen iis, quas ab *Hardtio* vulgatas esse diximus. Quae cum nec versae compareant, auctorem haud dubie latuerunt. Ei vero textui bonae frugis nihil inest, malae quam plurimum. Menda non solum retenta sunt omnia, sed novis fere innumeris aucta.

1603. quum primus unicam exhibeat Epistolam illam, quae nunc locum occupat [LXXIV.], tres vero reliqui nihil praeter illam offerant, quae hac in editione numero signatur [LXXVII.] Restant igitur ex illis quidem in Catalogo nunciatis quinque majoris momenti codices, quos jam describemus:

1) *N° 2964.* nobis *codex A.* forma 8 maj., membranaceus, nitide nec indiligenter scriptus ineunte, ni fallor, saeculo XV. In fronte codicis a vetere manu positum est: *Ex bibliotheca J. Heralti Borstallerii. Emptus coron. 10. Constantinopoli.* Interlitae priori sententiae superscripsit manus recentior: *Ex Bibliotheca Regis Christianissimi.* Verso autem primo folio scriptum occurrit: Τῷ λογίῳ καὶ πᾶσι κεχαρισμένῳ κυρίῳ ἰουλιανῷ τῷ βοελδέλλῳ. et ab alia manu: *Juliani Opera.* Exhibentur in foliis 145. omnia hactenus edita Juliani scripta, si libros apud Cyrillum exceperis cum aliquot epistolis ac poëmatiis. Totus codex a capite ad calcem una eademque manu exaratus est; in posteriori parte fere dimidia contextus uno alterove vocabulo hiare solet, saepissime quidem in *Caesaribus*, rarissime in *Epistolis.* Harum eo volumine continentur triginta quatuor; fallitque bibliothecae Catalogus, qui cum elencho contentorum ipsi codici praefixo numerum indicat 45. Talis autem erroris auctor, ubi Epistolarum numerum definiturus erat, nihil, opinor, consideravit praeter adpositum ultimae epistolae numerum, qui profecto est μδ'. Sed animadverti debebant vacua hinc inde interjecta loca, quibus totae Epistolae desunt; quo factum, ut, habita omissarum ratione, legitima numerorum series interrupta sit.

2) *N°. 963.* nobis *codex G.*[1]) forma 8. In Catalogo notatur: *Is codex ineunte saeculo XVI. videtur exaratus.*

1) Si quis exspectaverit, per B. C. D. E. F. progressuram

Est autem chartaceus, multifaria continens ab una manu scripta. In foliis 42—51. duodeviginti reperiuntur epistolae Juliani. Is fortasse liber a Petavio fuit adhibitus, quippe qui locis aliquot Epistolae XLVI. *e vetere codice Regio* lectionem attulit cum istius codicis scriptura plane consonantem.

3) *N°. 2755.* nobis *codex H.* forma 8. chartaceus, saeculo XV. confectus. Auctor Catalogi monuit: *Hujus codicis pars major manu Michaelis Apostolii post expugnatam Constantinopolim exarata est.* Quae ex ipso codice didicerat fol. 197. ubi scriptum est: μιχαῆλος ἀποστόλης βυζάντιος, μετὰ τὴν τῆς αὐτοῦ πατρίδος (subint. ἅλωσιν), ἐν κρήτῃ καὶ τόδε ἐξέγραψεν. Totum volumen 360 folia continet, nec sine elegantia tam interna, quam exteriori conformatum est. Ex Juliani Epistolis insunt viginti tres. Primum scilicet in folio 72 sqq. occurrunt illae, quae hac in editione signantur numeris [LXXIV.]

---

esse signorum seriem, quae inceperat ab A., is frustratae spei causam doceatur. Scilicet antequam Epistolas ad codicum fidem recenserem, caetera Juliani opera cum Parisinis codicibus aliis contuleram, usurpatis quidem illis notis B. etc. Quam ob rem ad Epistolas devenienti diversae adoptandae erant litterae. Quum autem illorum codicum beneficio passim in Observationibus Julianum emendaverim, non ab re fuerit, numerorum contentorumque indicem subtexere. Itaque praeter superiorem articulum [1]) accipe:

1732. *Caesares. Orationes* I. II. III.
3020. *Caesares. Orationes* I. II. III.
2832. *Caesares. Oratio* II: scilicet ita, ut pagina XXII. declaratum est sub num. 6).
3029. *Misopogon.*
3038. *Misopogon.*
1264. (inter Vaticano-Regios) *Caesares. Oratio* II. pro eadem parte, quam sequenti pagina indicavi ad num. 6).

[LXXVII.] XXXIV.; deinde vero folia 132—153. viginti quasdam alias continua serie repraesentant.

4) *N°. 2131.* nobis *codex J.* forma perexigua. De quo Catalogi scriptor: *Is codex ineunte saeculo XVI. videtur exaratus.* Continet chartacea folia 192. ab una eademque manu scripta. Insunt undeviginti Juliani Epistolae librario debitae satis imperito.

5) *N°. 3044.* nobis *codex K.* forma 4. chartaceus; de quo Catalogus: *Is codex saeculo XVI. exaratus videtur.* Hoc in volumine tres tantum extant Epistolae Julianeae, non ab illis diversae, quas in codice H. deprehendimus a caeterarum societate sejunctas. Frontem libri nobilior, quam ut lectoribus retineatur, ornat sententia: *Ego sum qui sum; tamen bonus homo sum.*

Praeter hos codices in Regiae Bibliothecae Catalogo indicatos alium contuli, cujus Epistolae Julianeae latuerunt auctorem Catalogi. Memorandus igitur est

6) *N°. 2832.* nobis *codex D.* forma 8. volumen chartaceum, e variis imparis formae libris compactum, ideoque visu inelegantius. Catalogus et ipsi codici praefixus elenchus nullum indicant Juliani monumentum praeter *Caesares*, quos auctor quidem elenchi saeculo XVI. scriptos aestumavit. Verum in calce Theocriti undeviginti detexi Juliani *Epistolas*, quae vetustiori, quam Caesares, exaratae videntur manu. Hae vero Epistolae, ni conjectura fallor, ex eodem descriptae sunt exemplari, quod inservivit codici J. Utroque enim in libro idem est illarum numerus, idem ordo, eadem saepissime lectio. — Rursus idem codex, insciis elenchi et Catalogi concinnatoribus, in fine Caesarum et ab eadem, qua isti, manu scriptam exhibet Juliani *Orationis II.* potiorem partem, nimirum ab initio usque ad verba δῆλον δὲ ἐνθένδε: quae leguntur p. 82, D. ed. Spanh. [p. 152 inf. ed. Petav.]

Eadem est ratio codicis 1264. in pag. XXI. nota laudati; quare nec aliam esse conjicio conditionem alicujus codicis Monacensis, quo Harlesius usus est in ipsius editione Caesarum. Scribit enim vir doctissimus in Praefatione ad eum librum p. XI, in illo MS. *Caesaribus esse subjunctam Orationem Juliani secundam; cujus tamen finis ab edita differat. Num autem manca sit, aut aucta, an alia sit adnexa oratio in perpetua scriptura, investigandi tempus ipsum defecisse* profitetur. — Aliud praeterea bonum in codice nostro animadvertimus ejus enarratoribus incompertum, quod, etsi leve sit, indicabimus tamen. Scilicet post *Psellum In Oracula Chaldaica* reperitur caput sic inscriptum fol. 203: ΕΚ ΤΩΝ ΤΗΣ ΣΑΠΦΟΥΣ. quo unicum extat *In Venerem* carmen dudum quidem vulgatum incipiensque verbis: Ποικιλόφρον ἀθάνατ' ἀφροδίτα. Est autem in membrana scriptum elegantissime.

Codicibus illis in Catalogo consignatis accesserunt alii duo recentius in Regiam Bibliothecam illati; scilicet

7) *N°. 1353.* inter codices olim Vaticanos; nobis *codex M.* forma 4. folia continens 241. Syllabus libri talia habet: *Epistolae multorum philosophorum.* Ulterius in eodem folio legitur: *M. P: ex libris Fulvii Ursini.* Totus iste codex a docta Constantini Lascaris manu exaratus est; ut ex hisce verbis comperimus in fronte libri positis: κωνσταντίνου λασκαρέως κτῆμα καὶ πόνος. quibuscum congruunt sequentia parti cuidam operis absolutae subscripta: κτῆμα ποθεινὸν κωνσταντίνου λασκαρέως ὑπ' αὐτοῦ ἐν μεδιολάνῳ ἐχγραφέν. αυξβ. Juliani duodecim duntaxat Epistolae hoc volumine leguntur, numeris quidem destitutae, et ita disseminatae, ut unam offendas in folio 197, tum alias quinque in foliis 211—214, sex tandem reliquas in folio 221 sqq. Praeter ea,

quae Syllabus indicavit, versus finem exhibentur *Longini* duo fragmenta, quae in editione Mori extant p. 277—285.

8) *N°. 356.* inter codices olim Palatino-Vaticanos; nobis *codex N.* forma fol. min. in foliis 196; quorum in primo scriptum est: Τὸ παρὸν βιβλίον κτῆμά ἐστιν ἀρσενίου τοῦ μονεμβασίας. ubi supplendum videtur ἀρχιεπισκόπου. Saeculo certe XVI. scriptis innotuit archiepiscopus Monembasiensis, Arsenius nomine. Porro legitur inferius: τὸ νῦν δ' εἶναι γνωρίμητος τοῦ κορινοῦ. (sic). In eo codice hinc inde litterae temporum injuria sunt extinctae; nec ullis intervallis adeo cohaerent per singula verba litterarum ductus, ut novum exordiens caput minime discerneretur, nisi aspersum ejusmodi locis pigmentum oculos feriret. Inter Variorum Epistolas, quae maximam ejus libri partem occupant, quinque reperiuntur Julianeae folio 57 sq.

Augentur octo illi codices nono, quem ipse quidem non vidi, cujus autem aliquot Julianeas Epistolas ad editionem Spanhemii collatas accepi beneficio litterati amici Monachum olim transeuntis [1]). Est ille codex

9) *N°. 490.* Bibliothecae regiae Bavaricae; nobis *Mon.* i. e. Monacensis. Codex esse dicitur chartaceus, forma 4., saeculo XV. scriptus, optime conservatus, folia continens 500. Idem est ille liber manuscriptus, e quo Hardtius in opere supra laudato quinque primus edidit Epistolas Juliano tributas, tredecimque jam vulgatarum excitavit inscriptiones ac initia. Vellem equidem, cum eo codice collatas quoque fuisse, quas inesse cognovi, tres quatuorve litteras ex illarum numero, quae post Spanhemii tempora per Fabricium publici juris factae sunt; quum autem ejus voti compos non sim, aliorum industriae levem opellam commendo. Quod idem ago ratione codicis

1). *Caroli Friderici Riff*, p. t. verbi divini praeconis in Augia Ruperti.

cujusdam *Augustani*, quo Reiskius Praefatione ad Demosthenem (Oratt. Graecc. T. I. p. XCI.) contineri dixit Juliani Epistolam LVIII. integram, additis hujusmodi verbis: *Alias quinque ineditas Juliani epistolas ibidem reperi, quas Wyttenbachio meo, futuro Juliani restauratori, reservo.* Pro virili vereor, ne quinque illae sint eaedem, quas in opere Hardtiano luci datas esse declaravi p. XIX.

Ex hactenus dictis intelligitur, singulis codicibus modo inesse, modo deesse singulas Epistolas; ita ut nullus praesto mihi fuerit liber manuscriptus, qui cunctas exhiberet sive hac, sive quapiam alia contentas editione. Felici tamen casu contigit, ut paucissimae tantum omnium ope destituerentur codicum a me collatorum; contra pleraeque non in unico, sed in compluribus invenirentur codicibus. Itaque ne quis in ponderandis lectionibus numerum ignoraret auctoritatemque testium, in Epistolae cujusque fronte declaravi, quot ea contineatur et quibusnam codicibus, Barocciani Vossianique non oblitus, quoties eorum oblata erat mentio.

Secundum temporum ordinem singulas deinceps collocassem Epistolas, nisi in paucissimis annus, nedum dies, quo scriptae sunt, definiri posset: cujus quidem generis aliae non inveniuntur praeter signatas numeris XXV. XXIX. XXXVIII. LI. E manuscriptis libris ad stabiliendum ordinem non proficitur; quot enim sunt codices, tot sunt vices, quibus se singula excipiunt monumenta. Quare ab eo, qui in Editionibus hucusque servatur, ordine recedere nolui; nec tali consilio lectoribus ingratum fecisse putavi, quum per varios libros ita laudentur Juliani Epistolae, ut, neglecta accuratiori designatione, seriei numerus expressus sit. Primum igitur illas exhibui, quae in locupletissima *Spanhemii*

vel etiam *Petavii* editione leguntur sexaginta tres (nr. I—LXIII.), statim sub numero LXIV. eam adjiciens, quae sub titulo *Lex de Medicis* inter superiores latebat numero carens. Deinde tres addidi a *Muratorio* luci datas (nr. LXV—[LXVII.]); tum decem a *Fabricio* vulgatas (nr. LXVIII—[LXXVII.]); tandem quinque *Hardtii* studio debitas (nr. [LXXVIII.]—[LXXXII.]) Agmen claudit una hactenus inedita (nr. LXXXIII.)

Exulant Juliani duo triave monumenta, quae, spectata quidem inscriptionum vel argumentorum natura, possent Epistolis adnumerari, sed cum longiora sint, quam pro modo litterarum, in illarum sylloge nunquam recepta sunt, in omnibus vero libris impressis aeque ac manu scriptis seorsum exhibentur, aliisque *Nostri* operibus intermixta. Sunt illorum in editione Spanhemiana tituli sedesque hujusmodi: Ad Themistium, pag. 253—267; Ad S. P. Q. Atheniensem, pag. 268—287; Fragmentum Orationis Epistolaeve cujusdam, pag. 288—306. Non dubitandum est, quin ipsi Juliano, si audiri posset, Editorum consilium placeret: sentiens enim, Epistolis certos esse quosdam fines, ipse primum illud scriptum inibi p. 266, C. ἐπιστολὴν appellavit *μείζονα ἴσως οὖσαν τοῦ δέοντος*. eademque mente talia scripsit in fine prolixioris Epistolae XXIV: *Καί με καὶ πλείω τούτων ἔχοντα λέγειν, ὁ τῆς ἐπιστολῆς ἐπιστρέφει νόμος.*

Ab Editorum exemplo discedens, Epistolis annexui cum Epistolarum, tum diversi generis aliquot *Fragmenta*, quae hactenus incommodis Juliani locis vel etiam extra hunc scriptorem delitescebant. Itidem paucos, qui supersunt *poëticos* ejusdem auctoris *flores* ultro citroque collegi, ac instauratos Editioni coronidis loco imposui.

Tu velim, amice lector, qualicunque meo dono laetus fruaris, donec alius meliora dederit. Jam tempus est, ad

Juliani lectionem te dimittendi; quam ut securius instituas, adhuc monearis, in constituendo textu nusquam fere conjecturis locum esse datum, relegatas vero, quantum fieri potuit constanter, illas quae dicuntur *ex ingenio* emendationes; ac si in levibus aliquando difficultatibus commisi, ut invitis libris certam, quae in oculos occurrebat, correctionem inducerem, ea de re diligenter in Observationibus esse rationem redditam. Ex illis enim me esse profiteor qui, dummodo scriptori, quem expoliunt, optime consulant, hebetudinis malunt, quam vanae temeritatis vituperationem incurrere. Via, qua sum ingressus, eo magis placuit, quod praeeuntem habui utrumque totius Juliani editorem, quorum cum novissimo [1]) praestitam adfirmo editionem *ea, quam mihi praescripseram, quaeque a sanioris in litteris nec nimium confidentis judicii viris religiose servari solet, lege; ut nihil scilicet in ipsis auctoris verbis immutarem aut supplerem, nisi quod certissima veterum, quos dixi, librorum fide niteretur.* Quibus indesinenter additur: *Hanc viam tenuisse quoque in divulgandis hujus Imperatoris monumentis Petavium, docent Notae ejus ad calcem operis, aut subinde ad oram variorum locorum adscriptae; tum expressa ejus ea de re verba in Notis ad priorem Panegyricae Orationis editionem.*

De *Versione* pauca habeo monenda. Scilicet illa per singulas Epistolas ei vindicanda est viro, qui primus uniuscujusque editor extitit, ita ut longe plurimae Martinio Petaviqque debeantur, ut e superiori Editionum recensione facile dijudicatur. Equidem iis tantum locis interpretationem mutavi, quibus falsa videbatur ea, vel a graecorum verborum contextu, qualem ego constitueram, aliena. Quoties insignis inde prodiret sententiarum

1) Spanhem. Praef. p. XLIII. inf.

diversitas, in Observationibus mentionem injeci correctionis. Silentio non praeteribo gallicam interpretationem, quam selectarum Epistolarum praestitit *Bleterius* in libro sic inscripto: *Histoire de l'empereur Jovien et Traductions de quelques ouvrages de l'empereur Julien. Par M. l'abbé De La Bleterie. Tome second. Paris 1748.* Quem intellige librum, ubi laudatum inveneris *Interpretem gallicum*, cujus equidem operam in calce Observationum ad Epistolas, ad quas illa refertur, nunquam non indicavi, quum in gallico graecisque exemplaribus diversissimo ordine positae sint singulae litterae. Recentius in eadem gente versio prodiit sic inscripta: *Oeuvres complètes de l'empereur Julien, traduites pour la première fois du grec en français, accompagnées d'argumens et de notes, par R. Tourlet. Paris 1821.* cujus tomus III. in paginis 82—318. Epistolas exhibet vulgato dispositas ordine. Minora sunt interpretis merita, quam ut doctis commendentur; indoctos vero necesse est, ex ejus operis usu non levibus implicari erroribus, quorum aliquot exempla pro re nata delibavi, v. c. p. 177. 249. 401. 423. 450.

Praefandi finem faciam agendo gratias venerabili viro *Johanni Schweighaeuser*, qui, cum olim publicis praelectionibus ad graecas litteras aditum mihi parasset, in hoc opere perficiendo tam privatis consiliis, quam impertiendis libris juvare me non dedignatus est. Utinam frequentiores cum tanto auctore fuissent mihi conventus; longe tum perfectiora lectoribus offerrem. Impedivit autem verecundia, quo minus crebriori salutatione hunc fatigarem, qui ad instar Ciceroniani Ennii

Sicut fortis equus, spatio qui saepe supremo
Vicit Olympia, nunc senio confectu, quiescit.

Scribebam in vico Beblenheim, quem, unde nescio, *insignem* appellavit Schoepflinus *Alsatia Illustrata* T. II. p. 77.

JULIANI IMPERATORIS

EPISTOLAE.

ΙΟΥΛΙΑΝΟΥ

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ

ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

JULIANI

IMPERATORIS

EPISTOLAE.

ά.

Familiari cuipiam sophistae gratulatur reditum ex Aegypto.

Ἐγὼ μὲν ᾤμην σε τὸν Νεῖλον πάλαι κατειληφέναι· καὶ πολλάκις, εἰς μνήμην λαμβάνων τοῦτο δὴ τὸ εἰωθὸς ἐμοὶ, Ὡς εὐδαίμονες, ἔλεγον, τῶν Αἰγυπτίων οἱ παῖδες, πάλαι μὲν τὸν Νεῖλον ἔχοντες χορηγὸν τῶν ὅσα φέρειν οἶδεν ἐκεῖνος, νυνὶ δὲ καὶ τὴν σὴν μοῦσαν προσειληφότες οὐδὲν ἀτιμοτέραν τοῦ Νείλου, παρ' ἐμοὶ δὲ κριτῇ, τάχα καὶ μείζω. ὁ μὲν γὰρ τὴν χώραν αὐτῶν ἐπιῤῥέων πλουτεῖν ἐπιτρέπει· σὺ δὲ ταῖς τῶν νέων ψυχαῖς τὴν γλῶτταν ἐπαφιεὶς, ἐπὶ τὸν τῆς ἐπιστήμης πλοῦτον ἰθύνεις, οὐδὲν ἧττον ἢ πάλαι Πυθαγόρας αὐτοῖς ἐπιδημῶν, καὶ μετ' ἐκεῖνον Πλάτων. Ταῦτα μὲν ἐλογιζόμην· σὺ δὲ οὐ μακρὰν ἀπέχων ἐλάν-

I.

Ego te jam dudum ad Nilum venisse arbitrabar; eamque opinionem, cui jam adsueveram, animo volvens, O fortunatos Aegyptios, saepius ajebam, qui Nilum habeant jam pridem omnium rerum praebitorem, quas is afferre solet; sed nunc multo beatiores, qui Musa tua praeterea fruantur, nihil inferiori Nilo, vel (ut ego sentio) fortassis etiam majori. Ille enim terram eorum irrigando divites eos efficit: tu vero lingua tua mentes adolescentum excitando, ad veras opes sapientiae dirigis, non minus quam olim Pythagoras, cum ad eos se contulit, et post eum Plato. Ergo haec mecum taciturn disserebam, cum tu interea

Θανες. Ὡς δὲ ἦκεν ὁ τὴν ἐπιστολὴν ἐπιδοὺς, τὸ μὲν πρῶ
Θαυμάζων, ἀπάτην ἡγούμην τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐκ ἐπειθόμην τ
ὀφθαλμοῖς· ὡς δὲ τοῖς γεγραμμένοις ἐντυχὼν, ἐπείσθην μὴ
ἄλλου τὰς χαρίτας, ἤσθην πῶς δοκεῖς; Ἐγγυτέρας γὰρ τὰς τ
σε πάλιν ἰδεῖν ἡγούμην ἐλπίδας, καὶ συνέχαιρον εἰκότως,
τὴν σὴν πατρίδα ζηλωτὴν μικρὸν γοῦν ἀπέφηνας χρόνον. Σὺ
μοι δοκεῖς παίζων αὐτῆς κατηγορεῖν. Ὅτι μὲν γὰρ τὸν ὑ
κεφαλῆς ἀέρα οἷον ἔφης εἶναι συμβαίνει, καὶ ὡς τὸ ὕδωρ τ
πίνοντας εἰς μνήμην ἄγει θαλάττης, καὶ ἄρτος ἡμῖν ἐκ κρι
ἥκει μεμιγμένος, οὐκ ἀρνηθείην· καὶ ἔλαττον ἐτραγῴδηταί
ταῦτα φειδοῖ τῆς πατρίδος· ἀλλ' ὅμως, ὦ βέλτιστε, χάριν ἐχ
εἰδέναι ταύτῃ πρὸς φιλοσοφίαν ἀσκούσῃ τὴν γνώμην, ὅπως
εἰδείης ποτὲ τρυφῆς Αἰγυπτίας ὑπερορῶν. Ὀδυσσέα δὲ τ
σοφὸν, νῆσον οἰκοῦντα μικρὰν ὁμοῦ καὶ τραχεῖαν· καὶ τί γ
ἄλλο ἢ τὴν Ἰθάκην; οὔτε Καλυψὼ πέπεικεν, οὔτε φύσεως ἐπὶ
κρεῖττον μεταβολὴ, τὸ μὴ τὴν Ἰθάκην ἀντὶ τούτων αἱρεῖσθ
Ἀλλ' οὐδὲ Σπαρτιάτης, οἶμαι, τὴν οἴκοι δίαιταν ἐννοῶν, τ
Σπάρτην ἐμέμψατο. Ἀλλ' οἶδα πόθεν ποτε κατηγορεῖν ἐπῄρθ

non longe absens nos lateres. Itaque ut mihi allatae sunt litter
tuae, primum mirabar, dolumque esse suspicabar, neque sa
meis oculis credebam: postea vero cum litteras perlegissen
tantamque suavitatem orationis non posse ab alio quam te prodi
intelligerem, quanta me affectum laetitia fuisse putas? Videba
enim spem tui adventus appropinquare, saneque pro eo,
debebam, laetabar, quod patriam tuam ad tempus certe aliqu
felicem reddidisti. Quam tu quidem ludens mihi videris accusa
Quamvis enim negare non possim, caelum tale esse, quale pr
dicas, et aquam bibentibus maritimam videri, et panes fe
hordeaceos eo afferri; (quae tu omnia, caritate patriae impedit
verbis non exaggerasti) attamen, heus vir optime, gratia e
habenda huic, quae tuum animum ad philosophiam excolui
ut aliquando Aegyptiorum delicias contemnere posses. Sapiente
illum Ulyssem, cum parvam et asperam, denique Ithacam ins
lam incoleret, tamen neque Calypso, neque melioris natur
commutatio inducere potuit, ut Ithacam hisce omnibus n
anteponeret. Sed neque Spartiates, opinor, cum domesticu
victum recordaretur, Spartam accusavit. Verum scio, quae

Haec habui, quae ex Hierapoli ad te de rebus meis scriberem. Quod ad bellicas et civiles res attinet, ipse tu praesens de iis debes cognoscere: major enim, ut probe scis, res est, quam ut epistola comprehendi possit, imo tanta, ut facile hac epistola ter majorem absorberet, qui accuratam descriptionem spectaret. Veruntamen narrabo tibi, idque breviter. Legatos misi ad Saracenos, et ut veniant, si velint, commonefacio. Hoc primum caput est. Alterum, exploratores misi, quoad licuit, vigilantissimos, ne quis hinc tacitus ad hostes veniat, certioresque faciat nos commoveri. Inde controversiam militarem, ut mihi persuadeo, summa lenitate aequitateque disceptavi. Equos eximios et mulos comparavi; copias in unum coegi. Naves fluviatiles implentur frumento, vel potius

Καὶ τούτων ἕκαστον ὅπως ἐπράχθη, καὶ τίνες ἐφ' ἑκάστῳ γέγονασι λόγοι, πόσου μήκους ἐστὶ συγγραφὴ, ἐννοεῖς. Ἐπιτολαῖς δὲ ὅσαις ὑπέγραψα καὶ βίβλοις ἑπόμενα ὥςπερ αἰσιά οι· καὶ ταῦτα συμπερινοστεῖ παγταχοῦ· τί δεῖ νῦν πράγματα γειν ἀπαριθμούμενον;

κή.

Brevibus amici litteris breviter ac amice respondet.

Ἰουλιανὸς Γρηγορίῳ ἡγεμόνι.

Ἐμοὶ καὶ γράμμα παρὰ σοῦ μικρὸν, ἀρκεῖ μεγάλης ἡδονῆς πρόφασιν μνηστεῦσαι. καὶ τοίνυν οἷς ἔγραψας λίαν ἡσθεὶς, ἀντιδίδωμι καὶ αὐτὸς τὴν ἴσην· οὐ τῷ τῶν ἐπιστολῶν μήκει μᾶλλον, ἢ τῷ τῆς εὐνοίας μεγέθει τὰς τῶν ἑταίρων φιλίας ἐπίνεισθαι δεῖν κρίνων.

pane cocto, atque aceto: quorum unumquodque quomodo gestum fuerit, qui sermones habiti sint, exponere, quam longae sit epistolae, non ignoras. Quam vero multis et litteris et libris mandarim ea, quae mihi tanquam laeta auspicia eveniunt, (circumferuntur autem nobiscum) quid jam opus est fastidiose ac moleste recensere?

XXVIII.

JULIANUS GREGORIO

Duci.

Mihi sane vel exigua abs te epistola sufficit ad magnae voluptatis occasionem praebendum. Ego vero iis, quae scripsisti, plurimum laetatus, parem gratiam refero: neque tam epistolae prolixitate, quam benevolentiae magnitudine amicorum caritatem retribuendam esse judico.

κθ'.

Amicum ad se vocat.

Ἰουλιανὸς Ἀλυπίῳ ἀδελφῷ Καισαρίου.

Ὁ Συλοσῶν ἀνῆλθε, φησὶ, παρὰ τὸν Δαρεῖον, καὶ ὑπέμνησεν αὐτὰν τῆς χλανίδος, καὶ ᾔτησεν ἀντ' ἐκείνης παρ' αὐτοῦ τὴν Σάμον. Εἶτα ἐπὶ τούτῳ Δαρεῖος μὲν ἐμεγαλοφρονεῖτο, μεγάλα ἀντὶ μικρῶν νομίζων ἀποδεδωκέναι· Συλοσῶν δὲ λυπηρὰν ἐλάμβανε χάριν. Σκόπει δὴ τὰ ἡμέτερα νῦν πρὸς ἐκεῖνα. Ἐν μὲν δὴ τὸ πρῶτον οἶμαι κρεῖσσον ἔργον ἡμέτερον. Οὐ γὰρ ὑπεμείναμεν ὑπομνησθῆναι παρ' ἄλλου· τοσούτῳ δὲ χρόνῳ τὴν μνήμην τῆς σῆς φιλίας διαφυλάξαντες ἀκέραιον, ἐπειδὴ πρῶτον ἡμῖν ἔδωκεν ὁ Θεὸς, οὐκ ἐν δευτέροις, ἀλλ' ἐν τοῖς πρώτοις σε μετεκάλεσα. Τὰ μὲν οὖν πρῶτα τοιαῦτα. Περὶ δὲ τῶν μελλόντων, ἆρά μοι δώσεις τι (καὶ γάρ εἰμι μαντικός) προαγορεῦσαι; μακρῷ νομίζω κρείττονα ἐκείνων· Ἀδράστεια δ' εὐμενὴς εἴη. Σύ τε γὰρ οὐδὲν δέῃ συγκαταστρεφομένου πόλιν βασιλέως· ἐγώ τε πολλῶν δέομαι τῶν συνεπανορθούντων μοι τὰ πεπτωκότα κακῶς. Ταῦτά σοι Γαλλικὴ καὶ βάρβαρος Μοῦσα προσπαίζει.

XXIX.

JULIANUS ALYPIO

Caesarii fratri.

Syloson (ait ille) ad Darium venit, ac pallium ei commemoravit, et petiit pro eo Samum. Postea Darius in ea re magnopere sibi placebat, putans se magna pro parvis retulisse: Syloson tamen triste beneficium accepit. Confer nunc nostra cum illis. Primum quidem una in re nos multo melius: quandoquidem non expectavimus, dum ab altero admoneremur; sed in tanto tempore amicitiam erga te perpetuam sanctamque servavimus, deinde cum primum nobis oblata est a Deo facultas, non inter secundos, sed inter primos te amicos appellavi. Ergo hoc primum. De futuris autem dasne mihi ut augurer? (sum enim augur) longe melius expecto, modo sit propitia Adrastia. Neque enim tibi opus est rege, qui te in evertenda urbe aliqua suis viribus juvet: et mihi multis sane opus est, qui me adjuvent ad ea restituenda, quae male cecidere. Haec tecum Musa Gallica et barbara jocatur. Tu

οὐ δὲ ὑπὸ τῇ τῶν θεῶν πομπῇ χαίρων ἀφίκοιο. καὶ τῇ αὐτου χειρὶ λῆῖς ἐρίφων, καὶ τῆς ἐν τοῖς χειμαδίοις θήρας τῶν προβατίων. Ἦκε πρὸς τὸν φίλον, ὅς σε τότε, καίπερ οὔπω γινώσκειν ὅσος εἶ δυνάμενος, ὅμως περιεῖπον.

λ'.

Laudat aliquod Alypii opus geographicum. Tum illius diligentiam in administrando publico munere probat.

Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ.

Ἤδη μὲν ἐτύγχανον ἀνειμένος τῆς νόσου, τὴν γεωγραφίαν ὅτε ἀπέστειλας. οὐ μὴν ἔλαττον διὰ τοῦτο ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρὰ σοῦ πινάκιον ἀποσταλέν. Ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βέλτιον, καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ, προσθεὶς τοὺς ἰάμβους, οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλιον, κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς νόμοις ἁρμόττειν. Καὶ τὸ μὲν δῶρον τοιοῦτόν ἐστιν, ὁποῖον ἴσως σοί τε ἔπρεπε δοῦναι, ἐμοί τε ἥδιστον δέξασθαι. Περὶ δὲ τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων, ὅτι δραστηρίως ἅμα καὶ πράως ἅπαντα περαίνειν προθυμῇ, συνηδόμεθα. μίξαι γὰρ πραότητα

vero interea Diis ducibus venies: ad manum tibi erit praeda hoedorum et ovium, quae in hybernis venatio est. Veni ad amicum, qui te jam tum, antequam nossem quantus esses, tamen valde colui.

XXX.

JULIANUS EIDEM.

Jam eram morbo liberatus, cum Geographiam misisti; non tamen propterea minus grata mihi fuit tabella abs te missa. Sunt enim in ea tum descriptiones prioribus meliores, tum jambi, quibus eam exornasti, non illi quidem bellum sonantes Bupalium, ut ait Poëta Cyrenaeus, sed quales egregia Sappho solet hymnis suis intexere. Denique munus tuum est ejusmodi, ut et te fortasse sit dignum, et mihi sane quam gratissimum. De reipublicae autem administratione, quod diligenter atque humaniter transigere omnia studes, gratum est. Etenim leni-

καὶ σωφροσύνην ἀνδρείᾳ καὶ ῥώμῃ, καὶ τῇ μὲν χρήσασθαι πρὸς τοὺς ἐπιεικεστάτους, τῇ δὲ ἐπὶ τῶν πονηρῶν ἀπαραιτήτως πρὸς ἐπανόρθωσιν, οὐ μικρᾶς ἐστὶ φύσεως, οὐδ' ἀρετῆς ἔργον, ὡς ἐμαυτὸν πείθω. Τούτων εὐχόμεθά σε τῶν σκοπῶν ἐχόμενον, ἄμφω πρὸς ἓν τὸ καλὸν αὐτοὺς συναρμόσαι. τοῦτο γὰρ ἁπάσαις προκεῖσθαι ταῖς ἀρεταῖς τέλος, οὐκ εἰκῇ τῶν παλαιῶν ἐπίστευον οἱ λογιώτατοι. Ἐῤῥωμένος καὶ εὐδαιμονῶν διατελοίης ἐπὶ μήκιστον, ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε.

λά.

Aëtium episcopum ab exilio revocat et ad se invitat.

Ἰουλιανὸς Ἀετίῳ Ἐπισκόπῳ.

Κοινῶς μὲν ἅπασι τοῖς ὀπωσοῦν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίου πεφυγαδευμένοις ἕνεκεν τῆς τῶν Γαλιλαίων ἀπονοίας, ἀνῆκα τὴν φυγήν· σὲ δὲ οὐκ ἀνίημι μόνον, ἀλλὰ γὰρ καὶ παλαιᾶς γνώσεώς τε καὶ συνηθείας μεμνημένος, ἀφικέσθαι προτρέπω μέχρις ἡμῶν. Χρήσῃ δὲ ὀχήματι δημοσίῳ μέχρι τοῦ στρατοπέδου τοῦ ἐμοῦ, καὶ ἑνὶ παρίππῳ.

tatem ac moderationem cum fortitudine et robore ita temperare, ut illa erga bonos viros utare, hanc ad pravos severe corrigendos adhibeas, non mediocris ingenii ac virtutis rem esse arbitror. Hos fines tibi propositos esse, et ad honestatem unicam referri cupio. Extremum siquidem virtutum omnium istud esse, non sine causa veterum sapientissimi crediderunt. Vale, et quam longissime beatus vive, frater suavissime et carissime.

XXXI.

JULIANUS AETIO

Episcopo.

Communiter omnibus, qui a Constantio vita defuncto ejecti patria fuerant propter amentiam Galilaeorum, exilium condonavi: te autem non solum ea poena libero, verum etiam memor pristinae consuetudinis atque amicitiae nostrae, hortor ut ad nos venias. Uteris autem vehiculo publico usque ad nostram cohortem, et uno parhippo.

λβ'.

Scribit, ut ipsi scribatur.

Ἰουλιανὸς Λουκιανῷ σοφιστῇ.

Καὶ γράφω, καὶ ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων. Εἰ δὲ ἀδικῶ συνεχῶς ἐπιστέλλων, ἀνταδικηθῆναι δέομαι τὰ ὅμοια παθών.

λγ'.

Virtutis studium amico commendat e patris exemplo.

Ἰουλιανὸς Δοσιθέῳ.

Μικροῦ μοι ἐπῆλθε δακρῦσαι· καί τοιγε ἐχρῆν εὐφημεῖν τοὔνομα τὸ σὸν φθεγγόμενον. Ἀνεμνήσθην γὰρ τοῦ γενναίου καὶ πάντα θαυμασίου πατρὸς ἡμῶν· ὃν εἰ μὲν ζηλώσεις, αὐτός τε εὐδαίμων ἔσῃ, καὶ τῷ βίῳ δώσεις, ὥςπερ ἐκεῖνος, ἐφ' ὅτῳ φιλοτιμήσεται· ῥαθυμήσας δὲ, λυπήσεις ἐμὲ, σαυτῷ δὲ ὅτι μηδὲν ὄφελος, μέμψῃ.

XXXII.

JULIANUS LUCIANO

Sophistae.

Scribo, et litteras vicissim expecto. Quod si tam crebris litteris tibi injuriam facio, tu mihi vicissim parem injuriam reponito.

XXXIII.

JULIANUS DOSITHEO.

Vix potui lacrymas continere; licet fausti ominis esset nomen tuum pronunciatum. Commovebat enim mihi memoriam nobilis illius et omnibus modis admirandi patris nostri: quem si imitari voles, et ipse felix eris, et, sicut ille, generi humano virum praestabis, in quo gloriabitur: sin ignavus fueris, tum mihi dolorem afferes, tum te tibi detrimento fuisse in perpetuum dolebis.

λδ'.

Jamblicho, qui blande eum compellaverat, vicem retribuit.

Ἰουλιανὸς Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ.

Ὀδυσσεῖ μὲν ἐξήρκει τοῦ παιδὸς τὴν ἐφ' ἑαυτῷ φαντασίαν ἀναστέλλοντι, λέγειν,

Οὐ τίς τοι θεός εἰμι· τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν ἐν ἀνθρώποις φαίην ἂν εἶναι ὅλως, ἕως ἂν Ἰαμβλίχῳ μὴ συνῶ. Ἀλλ' ἐραστὴς μὲν εἶναι σὸς ὁμολογῶ, καθάπερ ἐκεῖνος τοῦ Τηλεμάχου. κἂν γὰρ ἀνάξιόν με λέγῃ τις, οὐδὲ οὕτω τοῦ ποθεῖν ἀφαιρήσεται· ἐπεὶ καὶ ἀγαλμάτων καλῶν ἀκούω πολλοὺς ἐραστὰς γενέσθαι, μὴ μόνον τοῦ δημιουργοῦ τὴν τέχνην μὴ βλάπτοντας, ἀλλὰ καὶ τῷ περὶ αὐτὰ πάθει τὴν ἔμψυχον ἡδονὴν τῷ ἔργῳ προστιθέντας. Τῶν γε μὴν παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν, οἷς ἡμᾶς ἐγκρίνειν ἐθέλεις παίζων, τοσοῦτον ἀπέχειν ἂν φαίην, ὁπόσον αὐτῷ σοι τῶν φοιτώντων μετεῖναι πιστεύω. Καίτοι σύγε οὐ Πίνδαρον μόνον, οὐδὲ Δημόκριτον, ἢ Ὀρφέα τὸν παλαιότατον, ἀλλὰ καὶ ξύμπαν ὁμοῦ τὸ Ἑλλη-

XXXIV.

JULIANUS JAMBLICHO

Philosopho.

Ulyssi satis fuit ad filii de ipso opinionem coercendum dicere:

Non sum de superis: quid me immortalibus aequas?

At ego me ne vivere quidem omnino dicam, quamdiu absum ab Jamblicho. Imo tui amatorem esse me profiteor, sicut ille Telemachi. Quamvis enim indignum me aliquis fortasse dixerit, attamen non propterea me a tui amore abstrahet. Nam et multos egregiarum statuarum amatores fuisse audio, qui non solum artificis laudi nihil obfuerint, verum etiam suo erga illas amore veram vivamque voluptatem operi addiderint. Quod autem me veteribus illis sapientibus ludens adscribis, tantum me ab iis abesse sentio, quantum tui ipsius discipulis interesse me confido. Tu vero non solum Pindarum, aut Democritum, aut Orpheum illum antiquissimum, sed omnes

νικὸν, ὁπόσον εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἐλθεῖν μνημονεύεται, καθάπερ ἐν λύρᾳ ποικίλων φθόγγων ἐναρμονίῳ συστάσει, πρὸς τὸ τελὲς τῆς μουσικῆς κεράσας ἔχεις. καὶ ὥςπερ Ἄργον τὸν φύλακα τῆς Ἰοῦς οἱ μῦθοι πρόνοιαν ἔχοντα τῶν Διὸς παιδικῶν, ἀκοιμήτοις πανταχόθεν ὀμμάτων βολαῖς περιφράττουσιν· οὕτω καί σε γνήσιον ἀρετῆς φύλακα καὶ μυρίοις παιδεύσεως ὀφθαλμοῖς ὁ λόγος φωτίζει. Πρωτέα μὲν δὴ τὸν Αἰγύπτιόν φασι ποικίλαις μορφαῖς ἑαυτὸν ἐξαλλάττειν, ὥςπερ δεδιότα, μὴ λάθῃ τοῖς δεομένοις, ὡς ἦν σοφὸς, ἐκφήνας. ἐγὼ δὲ εἴπερ ἦν ὄντως σοφὸς ὁ Πρωτεὺς, καὶ οἷος πολλὰ τῶν ὄντων γινώσκειν, ὡς Ὅμηρος λέγει, τῆς μὲν ὧν ἥδει φύσεως αὐτὸν ἐπαινῶ, τῆς γνώμης δὲ οὐκ ἄγαμαι, διότι μὴ φιλανθρώπου τινὸς, ἀλλ' ἀπατεῶνος ἔργον ἐποίει κρύπτων ἑαυτὸν, ἵνα μὴ χρήσιμος ἀνθρώποις ᾖ. Σὲ δὲ, ὦ γενναῖε, τίς οὐκ ἂν ἀληθῶς θαυμάσειεν, ὡς οὐδέν τι τοῦ Πρωτέως τοῦ σοφοῦ μείων, εἰ καὶ μὴ μᾶλλον εἰς ἀρετὴν ἄκραν τελεσθεὶς, ὧν ἔχεις καλῶν οὐ φθονεῖς ἀνθρώποις· ἀλλ' ὥςπερ ἡλίου καθαροῦ δίκην, ἀκτῖνας σοφίας ἀκραιφνοῦς ἐπὶ πάντας ἄγεις, οὐ μόνον τοῖς παροῦσι τὰ εἰκότα ξυνὼν, ἀλλὰ καὶ ἀπόντας, ἐφ' ὅσον ἔξεστι, τοῖς παρὰ σαυτοῦ σεμνύνων;

omnino Graeciae philosophos, qui in eo genere floruisse memorantur, tanquam in lyrae variis e sonis concentu ad perfectam musicam conjunxisti. Atque ut Argum illum, qui Jo delicias Jovis custodiebat, pervigilibus oculis undique Poëtae obsepiunt: sic et te, virtutis verum et germanum custodem, innumeris doctrinae luminibus illustrat eloquentia. Ajunt Proteum illum Aegyptium se in varias formas commutasse, quasi veritum, ne imprudens hominibus requirentibus sapientem se esse demonstraret. Ego vero siquidem sapiens fuit reipsa Proteus, et is qui multas res cognosceret, (sicut vult Homerus) de scientia eum laudo, de ingenio non laudo: non enim viri boni et liberalis, sed impostoris improbi officio fungebatur, cum eo se occultaret, ne hominibus prodesset. At te, vir clarissime, quis non jure admiretur, quod sapienti Proteo nequaquam inferior, imo magis consummata virtute perfectus, ea, quibus abundas, bona hominibus non invides: sed instar nitidi solis, tuos illustres radios in omnes emittis, non modo praesentes docendo, sed etiam absentes, quoad licet, scriptis tuis ornando?

Νικᾷς δ' ἂν οὕτω καὶ τὸν Ὀρφέα τὸν καλὸν, οἷς πράττεις· εἴγε ὁ μὲν τὴν οἰκείαν μουσικὴν εἰς τὰς τῶν θηρίων ἀκοὰς κατανάλισκε, σὺ δὲ ὥςπερ ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ταχθεὶς, Ἀσκληπιοῦ χεῖρα πανταχοῦ ζηλῶν, ἅπαντα ἐπέρχῃ λογίῳ τε καὶ σωτηρίῳ νεύματι. ὥςτ' ἔμοι γε δοκεῖ καὶ Ὅμηρος, εἰ ἀνεβίω, πολλῷ δικαιότερον ἂν ἐπὶ σοὶ ἐκεῖνο τὸ ἔπος αἰνίξασθαι, τὸ,

Εἷς ἔτι που ζωὸς κατερύκεται εὐρεῖ κόσμῳ.

Τῷ γὰρ ὄντι τοῦ παλαιοῦ κόμματος ἡμῖν οἱονεὶ σπινθὴρ τις ἱερὸς ἀληθοῦς καὶ γονίμου παιδεύσεως ὑπὸ σοὶ μόνῳ ζωπυρεῖται. Καὶ εἴη γε Ζεῦ σῶτερ, καὶ Ἑρμῆ λόγιε, τὸ κοινὸν ἁπάσης τῆς οἰκουμένης ὄφελος, Ἰάμβλιχον τὸν καλὸν, ἐπὶ μήκιστον χρόνον τηρεῖσθαι. Πάντως που καὶ ἐφ' Ὁμήρῳ, καὶ Πλάτωνι, καὶ Σωκράτει, καὶ εἴ τις ἄλλος ἄξιος τοῦ χοροῦ τούτου, δικαίας εὐχῆς ἐπίτευγμα τοῖς πρότερον εὐτυχηθὲν, οὕτω τοὺς ἐκείνων καιροὺς ἐπὶ μεῖζον ηὔξησεν· οὐδὲν δὴ κωλύει καὶ ἐφ' ἡμῶν ἄνδρα καὶ λόγῳ καὶ βίῳ τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀντάξιον, ὑφ' ὁμοίαις εὐχαῖς ἐς τὸ ἀκρότατον τοῦ γήρως ἐπ' εὐδαιμονίᾳ τῶν ὅλων παραπεμφθῆναι.

In quo et Orpheum illum nobilem superas. Ille siquidem musicam suam in belluis demulcendis consumebat: tu tanquam ad salutem humani generis in hoc mundo collocatus, omnibus locis Aesculapii manum imitaris, numineque prudenti et salutari omnes orbis partes perlustras. Quocirca mihi videtur Homerus, si revivisceret, multo justius illud de te usurpare posse:

Unus adhuc vivus lato versatur in orbe.

Nam revera antiqui moris nobis tanquam scintilla quaedam sacra verae atque uberis doctrinae a te uno denuo accenditur. Atque utinam (o servator Jupiter, et eloquentiae antistes Mercuri) contingat Jamblichum optimum, id est, commune orbis terrarum commodum, longissima vita frui. Certe cum veteres pro Homero, Platone, Socrate, et si quis alius in orbem hunc incidit, justa vota feliciter atque ex animi sententia fecerint, vitamque illorum hoc modo produxerint; non erit incommodum, hominem nostra aetate viris illis et vita et oratione parem, similibus votis ad summam senectutem cum omnium felicitate transmittere.

λέ.

Argivos, quos Corinthii sibi vectigales fecerant, judici commendat, ut ab injustis exactionibus liberentur.

[Ἀνεπίγραφος ὑπὲρ Ἀργείων.]

Ὑπὲρ τῆς Ἀργείων πόλεως πολλὰ μὲν ἄν τις εἰπεῖν ἔχοι, σεμνύνειν αὐτῆς ἐθέλων παλαιὰ καὶ νέα πράγματα. Τοῦ τε γὰρ Τρωϊκοῦ καθάπερ ὕστερον Ἀθηναίοις καὶ Λακεδαιμονίοις, οὕτω προσήκει τὸ πλέον ἐκείνοις ἔργοῦ. Δοκεῖ μὲν γὰρ ἅμφω κοινῇ πραχθῆναι παρὰ τῆς Ἑλλάδος· ἄξιον δὲ ὥςπερ τῶν ἔργων καὶ τῆς φροντίδος, οὕτως καὶ τῶν ἐπαίνων τοὺς ἡγεμόνας τὸ πλέον μετέχειν. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀρχαῖά πως εἶναι δοκεῖ. τὰ δὲ ἐπὶ τούτοις, ἡ Ἡρακλειδῶν κάθοδος, καὶ ὡς τῷ πρεσβυτάτῳ γέρας ἐξῃρέθη· ἥ τε εἰς Μακεδονίαν ἐκεῖθεν ἀποικία· καὶ τὸ Λακεδαιμονίοις οὕτω πλησίον παροικοῦντας, ἀδούλωτον ἀεὶ καὶ ἐλεύθερον φυλάξαι τὴν πόλιν, οὐ μικρᾶς οὐδὲ τῆς τυχούσης ἀνδρείας ἦν. Ἀλλὰ δὴ τὰ τοιαῦτα περὶ τοὺς Πέρσας ὑπὸ τῶν Μακεδόνων γενόμενα, ταύτῃ προσήκειν τῇ πόλει δικαίως ἄν τις ὑπολάβοι. Φιλίππου τε γὰρ καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν πάνυ τῶν

XXXV.

[EPISTOLA SINE TITULO pro Argivis.]

Multa sunt, quae de Argivorum civitate dici possunt, si quis velit eorum res veteres et novas praedicare. Nam rerum ad Trojam gestarum gloria, sicut Atheniensibus et Lacedaemoniis postea, sic illis maxima ex parte tribuenda est. Etsi enim ambo illa communiter ab universa Graecia gesta sunt, attamen ut laborum et molestiarum, sic laudum praecipua pars esse debet imperatorum. Verum ista sunt vetera. Deinceps vero Heraclidarum reversio, honos ereptus natu maximo, inde in Macedoniam colonia, et a Lacedaemoniis vicinis liberae civitatis perpetua defensio conservatioque, non exiguae neque vulgaris virtutis fuit. Quin etiam similia Macedonum in Persas facinora civitati huic attribui posse videntur: haec siquidem avorum Philippi et Alexandri, virorum excellentium,

προγόνων πατρὶς ἦν αὕτη. Ῥωμαίοις δὲ ὕστερον οὐχ ἁλοῦσα μᾶλλον, ἢ κατὰ ξυμμαχίαν ὑπήκουσε· καὶ, ὥςπερ οἶμαι, μετεῖχε καὶ αὐτὴ, καθάπερ αἱ λοιπαὶ, τῆς ἐλευθερίας καὶ τῶν ἄλλων δικαίων, ὅσα νέμουσι ταῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα πόλεσιν οἱ κρατοῦντες ἀεί.

Κορίνθιοι δὲ νῦν αὐτὴν προσγενομένην αὐτοῖς· οὕτω γὰρ εἰπεῖν εὐπρεπέστερον· ἀπὸ τῆς βασιλευούσης πόλεως, εἰς κακίαν ἐπαρθέντες συντελεῖν αὐτοῖς ἀναγκάζουσι· καὶ ταύτης ἤρξαντο, ὡς φασι, τῆς καινοτομίας, ἕβδομος οὗτος ἐνιαυτὸς, οὔτε τὴν Δελφῶν, οὔτε τὴν Ἠλείων ἀτέλειαν, ἧς ἠξιώθησαν ἐπὶ τῷ διατιθέναι τοὺς παρ' σφίσιν ἱεροὺς ἀγῶνας, αἰδεσθέντες. Τεττάρων γὰρ ὄντων, ὡς ἴσμεν, τῶν μεγίστων καὶ λαμπροτάτων ἀγώνων περὶ τὴν Ἑλλάδα, Ἠλεῖοι μὲν Ὀλύμπια, Δελφοὶ δὲ Πύθια, καὶ τὰ ἐν Ἰσθμῷ Κορίνθιοι, Ἀργεῖοι δὲ τὴν τῶν Νεμέων συγκροτοῦσι πανήγυριν. Πῶς οὖν εὔλογον ἐκείνοις μὲν ὑπάρχειν τὴν ἀτέλειαν τὴν πάλαι δοθεῖσαν, τοὺς δὲ ἐπὶ ὁμοίοις δαπανήμασιν ἀφεθέντας πάλαι, τυχὸν δὲ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπαχθέντας, νῦν ἀφῃρῆσθαι τὴν προνομίαν, ἧς ἠξιώθησαν; Πρὸς δὲ τούτοις Ἠλεῖοι μὲν καὶ Δελφοὶ διὰ τῆς πολυθρυλλήτου πενταετηρίδος ἅπαξ ἐπιτελεῖν εἰώθασι· διττὰ δέ ἐστι Νέμεα

patria erat. Posteris autem temporibus paruit Romanis, non tam victa, quam in societatem foedusque adhibita: atque, ut opinor, et libertatis et juris omnis particeps fuit, quo reliquae Graeciae civitates utuntur concessu ac munere Imperatorum.

Atque haec cum ita sint, tamen eam civitatem Corinthii, quae adjuncta est eis (sic enim dicere est honestius) ab urbe regnante, elati atque audaces ad scelus, tributariam sibi esse cogunt, et hujus incoepti septimo jam anno sunt auctores, neque Delphorum atque Eleorum immunitatem, ipsis ad sacros ludos celebrandos condonatam, verentur. Cum enim sint quatuor (ut scimus) maxima et clarissima certamina in Graecia, Elei Olympia, Delphi Pythia, Corinthii Isthmia, Argivi Nemea conficiunt et curant. Quae igitur aequitas est, manere illis immunitatem olim concessam, hos autem ob similes sumtus olim immunes, imo fortassis ne initio quidem obnoxios, privari nunc privilegio eo quod obtinuerant? Praeterea Elei et Delphi per famosum quinquennium semel duntaxat pecunias

παρὰ τοῖς Ἀργείοις, καθάπερ Ἴσθμια παρὰ Κορινθίοις. Ἐν μέσοι τούτῳ τῷ χρόνῳ καὶ δύο πρόκεινται παρὰ τοῖς Ἀργείοις ἀγῶνες ἕτεροι οἷδε, ὥστε εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοῖς τέσσαρσι. Πῶς οὖν εἰκὸς, ἐκείνους μὲν ἀπράγμονας εἶναι λειτουργοῦντας ἅπαξ, τούτους δὲ ὑπάγεσθαι καὶ πρὸς ἑτέρων συντέλειαν, ἐπὶ τετραπλασίοις τοῖς οἴκοι λειτουργήμασιν· ἄλλως τε μὲν δὲ πρὸς Ἑλληνικὴν, οὐδὲ παλαιὰν πανήγυριν; Οὐ γὰρ εἰς χορήγησιν ἀγώνων γυμνικῶν ἢ μουσικῶν οἱ Κορίνθιοι τῶν πολλῶν δέονται χρημάτων· ἐπὶ δὲ τὰ κυνηγέσια τὰ πολλάκις ἐν τοῖς θεάτροις ἐπιτελούμενα, ἄρκτους καὶ παρδάλεις ὠνοῦνται. ἅπερ αὐτοὶ μὲν εἰκότως φέρουσι διὰ τὸν πλοῦτον, καὶ τῶν ἀναλωμάτων τὸ μέγεθος, ἄλλως τε καὶ πολλῶν πόλεων, ὡς εἰκὸς, αὐτοῖς εἰς τοῦτο συναιρομένων, ὠνοῦνται τὴν τέρψιν τοῦ φρονήματος. Ἀργεῖοι δὲ χρημάτων τε ἔχοντες ἐνδεέστερον, καὶ ξενικῇ θέᾳ, καὶ παρ' ἄλλοις ἐπιδουλεύειν ἀναγκαζόμενοι, πῶς οὐκ ἄδικα μὲν καὶ παράνομα, τῆς δὲ περὶ τὴν πόλιν ἀρχαίας δυνάμεώς τε καὶ δόξης ἀνάξια πείσονται; ὄντες γὰρ αὐτοῖς καὶ αὐτοὶ γείτονες, οὓς προσῆκον ἦν ἀγαπᾶσθαι μᾶλλον, εἴπερ ὀρθῶς εἶχε τὸ, Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτο, εἰ μὴ διὰ κακίαν

conferre solent: at duplicia interea sunt Nemea apud Argivos, sicut et Isthmia apud Corinthios. Quin et hoc tempore duo praeterea certamina haec Argivis sunt adjecta, ut quaterni omnino ludi annis quaternis fiant. Quamobrem quo tandem jure illi semel exhibito certamine liberantur; hi domi quaternis ludis editis, tamen aliis praeterea tribuere coguntur, praesertim cum neque veteres sint, neque in Graecia solennes? Non enim ad gymnicos musicosve ludos magna pecunia Corinthiis opus est, sed ad venationes, quae saepe in theatris exhibentur, ursas et pantheras emunt: quae quidem ipsi facile ferunt propter opes et sumtuum magnitudinem; et multis quidem civitatibus, ut par est, pecunias conferentibus, ipsi genii oblectationem sui redimunt. At Argivi et a pecuniis inopes, et externo spectaculo, et apud exteros homines servire coacti, nonne injustas et iniquas res, ac civitatis veteri potentia et gloria indignas patientur? Ac cum hi sint illis vicini, eoque nomine cariores esse debuissent, si modo locum haberet illud, *Ne bos quidem perierit, nisi ob scelus vicini:* tamen Argivi vi-

γειτόνων· Ἀργεῖοι δὲ ἐοίκασιν οὐχ ὑπὲρ ἑνὸς πολυπραγμονοῦμενοι βοϊδίου ταῦτα τοὺς Κορινθίους αἰτιᾶσθαι, ἀλλ' ὑπὲρ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀναλωμάτων, οἷς οὐ δικαίως εἰσὶν ὑπόδυνοι.

Καίτοι πρὸς τοὺς Κορινθίους εἰκότως ἄν τις καὶ τοῦτο προσθείη· πότερον αὐτοῖς δοκεῖ καλῶς ἔχειν τοῖς τῆς παλαιᾶς Ἑλλάδος ἕπεσθαι νομίμοις, ἢ μᾶλλον οἷς ἔναγχος δοκοῦσι πάσης τῆς βασιλευούσης προσειληφέναι πόλεως; Εἰ μὲν γὰρ τὴν τῶν παλαιῶν νομίμων ἀγαπῶσι σεμνότητα, οὐκ Ἀργείοις μᾶλλον εἰς Κόρινθον, ἢ Κορινθίοις εἰς Ἄργος συντελεῖν προσήκει· εἰ δὲ τοῖς νῦν ὑπάρξασι, τὴν πόλιν, ἐπειδὴ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποικίαν ἐδέξαντο, ἰσχυριζόμενοι πλέον ἔχειν ἀξιοῦσι, παραιτησόμεθα μετρίως αὐτοὺς μὴ τῶν πατέρων φρονεῖν μείζονα, μηδὲ δοκεῖν καλῶς ἐκεῖνοι κρίναντες, ταῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα διεφύλαξαν πόλεσιν ἔθιμα, ταῦτα καταλύειν καὶ καινοτομεῖν ἐπὶ βλάβῃ καὶ λύμῃ τῶν ἀστυγειτόνων, ἄλλως τε καὶ νεωτέρᾳ χρωμένους τῇ ψήφῳ, καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην ὑπὲρ τῆς Ἀργείων πόλεως τὴν δίκην εἰσελθεῖν, ἔρμαιον ἔχοντας τῆς πλεονεξίας. Εἰ γὰρ ἄλλος ἐφῆκεν ἔξω τῆς Ἑλλάδος ἀπάγων τὴν δίκην, οἱ Κορίνθιοι ἔλαττόν τε ἰσχύειν ἔμελλον, καὶ τὸ δίκαιον ἐξεταζόμενον καλῶς

dentur, non de bove uno solliciti, Corinthios accusare; sed de multis et magnis sumtibus, quibus praeter jus et aequum obstringuntur.

Verum hoc etiam in Corinthios addi potest: utrum malint jura veteris Graeciae sequi, an ea quae deinceps a principe civitate acceperunt. Nam si in sanctis veterum legibus stare volunt, non magis decet Argivos Corinthiis, quam Argivis Corinthios conferre: sin autem recentes leges amplectuntur, et quoniam in Romanam coloniam redacti sint, idcirco civitatem istam sibi attribui contendunt, modeste ab iis deprecabimur, ne altiores spiritus gerant suis patribus, neque praeclara instituta, quae ab illis relicta sunt Graeciae, in perniciem propinquorum civium evertant, ac mutent, recenti scilicet eam in rem judicio confisi; et ex ejus, qui Argivorum causam agebat, imperitia cupiditatis suae lucrum facientes. Nam si quis causam hanc extra Graeciam evocasset, minus certe virium Corinthii habuissent, et juris aequitas a multis

φαίνεσθαι πρὸς τῶν πολλῶν καὶ γενναίων τούτων συνηγόρων· ὑφ' ὧν εἰκός ἐστι τὸν δικαστὴν, προτιθεμένου καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὴν πόλιν ἀξιώματος, δυσωπούμενον, ταύτην τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν.

Ἀλλὰ τὰ μὲν ὑπὲρ τῆς πόλεως δίκαια καὶ τῶν ῥητόρων, εἰ μόνον ἀκούειν ἐθέλοις, καὶ λέγειν αὐτοῖς ἐπιτραπείη τὴν δίκην, ἐξ' ἀρχῆς πεύσῃ, καὶ τὸ παραστὰν ἐκ τῶν λεγομένων ὀρθῶς κριθήσεται. Ὅτι δὲ χρὴ καὶ τοῖς πρεσβείαν ταύτην προσαγουσι δι' ἡμῶν πεισθῆναι, μικρὰ προσθεῖναι χρὴ περὶ αὐτῶν. Διογένης μέντοι καὶ Λαμπρίας φιλοσοφοῦσι μὲν, εἰπέρ τις ἄλλος τῶν καθ' ἡμᾶς· τῆς πολιτείας δὲ τὰ μὲν ἔννομα καὶ κερδαλέα διαπεφεύγασι· τῇ πατρίδι δὲ ἐπαρκεῖν ἀεὶ κατὰ δυνάμιν προθυμούμενοι, ὅταν ἡ πόλις ἐν χρείᾳ μεγάλῃ γένηται, τότε ῥητορεύουσι, καὶ πολιτεύονται, καὶ πρεσβεύουσι, καὶ δαπανῶσιν ἐκ τῶν ὑπαρχόντων προθύμως, ἔργοις ἀπολογούμενοι τὰ φιλοσοφίας ὀνείδη, καὶ τὸ δοκεῖν ἀχρήστους εἶναι ταῖς πόλεσι τοὺς μετιόντας φιλοσοφίαν, ψεῦδος ἐλέγχοντες. Χρῆται γὰρ αὐτοῖς ἥτε πατρὶς εἰς ταῦτα, καὶ πειρῶνται βοηθεῖν αἰτίᾳ τοῦ δικαίου δι' ἡμῶν, ἡμεῖς δ' αὖθις διὰ σοῦ. Τοῦτο γὰρ καὶ μόνον λείπεται τοῖς ἀδικουμένοις εἰς τὸ σωθῆναι, τὸ τυχεῖν δικαστοῦ κρίνειν

et egregiis istis patronis diligenter exquisita, magis apparuisset: a quibus et judicem proposita civitatis dignitate veritum, verisimile est talem sententiam tulisse.

Verum de civitatis jure, vel ex Oratoribus, si audire voles, ipsisque causam dicendi potestas fiat, a principio audies, et de tota summa recte ex eorum oratione statuetur. Quod vero iis, qui legati huc venerunt, credere oporteat, pauca addenda sunt. Diogenes et Lamprias, si quis alius hoc tempore, philosophantur. Atqui hi reipublicae munera et quaestus aspernantur: attamen si patria eorum operam desideret, ei pro viribus serviunt: tum causas agunt, rempublicam administrant, legationes suscipiunt, et pecunias liberaliter impendunt; denique re ac factis philosophiae crimina refutant, et, quod vulgo creditur, philosophos patriae inutiles esse, falsum demonstrant. Utitur enim illis ad res istas patria, et justitiae causam defendere conantur nostro auxilio usi, nos vero tuo. Hoc enim reliquum est iis, qui afficiuntur injuria, quo se tueantur ac

τε ἐθέλοντος καὶ δυναμένου καλῶς. Ὁπότερον γὰρ ἂν τούτων, ἐξαπατηθέντος ἢ καταπροδόντος αὐτοῦ, τὸ δίκε οἴχεσθαι πάντως ἀνάγκη. Ἀλλ' ἐπειδὴ νῦν ἡμῖν τὰ μὲν δικαστῶν ὑπάρχει κατ' εὐχὰς, λέγειν δὲ οὐκ ἔνι μὴ τότε ἐ τας, ἀξιοῦσι τοῦτο πρῶτον αὐτοῖς ἀνεθῆναι· καὶ μὴ ἀπραγμοσύνην αὐτοῦ τότε συνειπόντος τῇ πόλει, καὶ τὴν ἐ ἐπιτροπεύσαντος, αἰτίαν αὐτῇ γενέσθαι εἰς τὸν ἔπειτα α βλάβης τοσαύτης.

Ἄτοπον δὲ οὐ χρὴ νομίζειν, τὸ, τὴν δίκην αὖθις ἀνά ποιεῖν. Τοῖς μὲν γὰρ ἰδιώταις ξυμφέρει τὸ κρεῖττον καὶ τελέστερον ὀλίγον παριδεῖν, τὴν εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὠ λειαν ὠνουμένοις. Ὄντος γὰρ αὐτοῖς ὀλίγου βίου, ἡδὺ μὲ τὸ μετ' ὀλίγον ἡσυχίαν ἀπολαῦσαι· φοβερὸν δὲ καὶ πρὸ δικαστηρίων ἀπολέσθαι κρινόμενον, καὶ παραπέμψαι τὴν ἀτελῆ. ὥστε κινδυνεύειν κρεῖσσον εἶναι τὸ καλὸν ὅπα προσλαβεῖν ἥμισυ, ἢ περὶ τοῦ παντὸς ἀγωνιζόμενον ἀποθ Τὰς πόλεις δὲ ἀθανάτους οὔσας, εἰ μή τις δικαίως κρίνας, πρὸς ἀλλήλας φιλονεικίας ἀπαλλάξῃ, ἀθάνατον ἔχειν δύσνοιαν πάντως ἀναγκαῖον. καὶ τὸ μῖσος δὲ ἰσχυρὸν

servent, judicem eum nancisci, qui recte judicare et velit, possit: utrumvis defuerit istorum, ut judex fallatur, aut pi varicetur, aequitatem perire est necesse. Verum quando ju est, qualem optamus, dicendi autem potestas non est iis, tum non appellaverunt, hanc primum sibi concedi postula neque illius inertiam, qui tum civitatis causam agebat, to detrimento sibi in posterum esse.

Neque vero absurdum debet videri, quod judicium rev tur. Privatis enim hominibus conducit, commoda et op tunitates paululum negligere, ut in posterum pacem at otium redimant. Cum enim exiguis terminis eorum vita c tineatur, jucundum est exiguo saltem tempore tranquille quiete vivere: horribile autem et periculosum, in ipso conspectu causam perire, et ad posteros non definitam tr mitti; ut melius esse videatur, boni quocunque modo di dium obtinere, quam de toto dimicantes perire. At u immortales, nisi quis integre judicabit, omnemque con versiam dirimet, sempiternas inimicitias gerere necesse

χρόνῳ κρατυνόμενον. Εἴρηται, φασὶν οἱ ῥήτορες, ὅγ' ἐμὸς λόγος· κρίνοις δ' ἂν αὐτὸς τὰ δέοντα.

λϛ'.

Defuncti Georgii libros diligenter conquiri, Antiochiamque mitti jubet.

Ἰουλιανὸς αὐτοκράτωρ Πορφυρίῳ χαίρειν.

Πολλή τις ἦν πάνυ καὶ μεγάλη βιβλιοθήκη Γεωργίου, παντοδαπῶν μὲν φιλοσόφων, πολλῶν δὲ ὑπομνηματογράφων· οὐκ ἐλάχιστα δ' ἐν αὐτοῖς, καὶ τὰ τῶν Γαλιλαίων πολλὰ καὶ παντοδαπὰ βιβλία. Πᾶσαν οὖν ἀθρόως ταύτην τὴν βιβλιοθήκην ἀναζητήσας, φρόντισον εἰς Ἀντιοχείαν ἀποστεῖλαι, γινώσκων ὅτι μεγίστῃ δὴ καὶ αὐτὸς περιβληθήσῃ ζημίᾳ, εἰ μὴ μετὰ πάσης ἐπιμελείας ἀνιχνεύσειας, καὶ τοὺς ὁπωσοῦν ὑπονοίας ἔχοντας ἀφῃρῆσθαι τῶν βιβλίων, πᾶσι μὲν ἐλέγχοις, παντοδαποῖς δὲ ὅρκοις, πλείονι δὲ τῶν οἰκετῶν βασάνῳ, πείθειν εἰ μὴ δύναιο, καταναγκάσειας εἰς μέσον πάντα προκομίσαι. Ἔῤῥωσο.

Grave autem odium esse solet, quod temporis longinquitas confirmavit. Dixi, ut ajunt Rhetores; ipse vero de causa, ut aequum erit, statuito.

XXXVI.

JULIANUS IMPERATOR

Porphyrio Salutem.

Georgii magna sane et copiosa bibliotheca fuit, et Philosophorum et Historicorum omni genere referta: sed de Galilaeorum maxime doctrina multi et varii commentarii extabant. Quare totam eam bibliothecam perquire, et Antiochiam mitti cura: scito autem te quoque gravissimas poenas esse daturum, nisi omnem diligentiam in quaerendo adhibueris, et quos suspicio erit quacunque ratione libros aliquos intervertisse, tum argumentis omnibus, tum jurejurando multiplici, tum magis servorum quaestione, nisi queas convincere, saltem vi cogas eos in medium proferre. Vale.

λζ'.

Consolatur amicam de praematuro uxoris obitu; adhibito Darii exemplo.

Ἀμερίῳ.

Οὐκ ἀδακρυτί σου τὴν ἐπιστολὴν ἀνέγνων, ἣν ἐπὶ τῷ τῆς συνοικούσης θανάτῳ πεποίησαι, τοῦ πάθους τὴν ὑπερβολὴν ἀγγείλας. Πρὸς γὰρ τῷ καὶ καθ' ἑαυτὸ λύπης τὸ ξυμβὰν ἄξιον εἶναι, γυναῖκα νέαν, καὶ σώφρονα, καὶ θυμήρη τῷ γήμαντι, πρὸς δὲ καὶ παίδων ἱερῶν μητέρα, πρὸ ὥρα ἀναρπαςθῆναι· καθάπερ δᾷδα λαμπρῶς ἡμμένην, εἶτα ἐν ὀλίγῳ καταβαλοῦσαν τὴν φλόγα· ἔτι καὶ τὸ τοῦ πάθους εἰς σὲ τεῖνον, οὐχ ἧττόν μοι δοκεῖ λυπηρὸν εἶναι. Ἥκιστα γὰρ δὴ πάντων ἄξιος ἦν ὁ καλὸς ἡμῶν Ἀμέριος, ἀλγεινοῦ τινος εἰς πεῖραν ἐλθεῖν, ἀνὴρ καὶ λόγῳ χρηστὸς, καὶ ἡμῖν εἰς τὰ μάλιστα τῶν φίλων ὁ ποθεινότατος. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ μὲν ἕτερος ἦν, ᾧ γράφειν περὶ τούτων ἐχρῆν, πάντως ἂν ἔδει μοι πλειόνων εἰς τοῦτο λόγων, τό, τε συμβὰν ὡς ἀνθρώπινον, καὶ τὸ φέρειν ὡς ἀναγκαῖον, καὶ τὸ μηδὲν ἐκ τοῦ μᾶλλον ἀλγεῖν, ἔχειν πλέον εὑρεῖν, καὶ πάντα ὅσα ἐδόκει πρὸς τὴν τοῦ πάθους παραμυθίαν ἁρμόττειν,

XXXVII.

AMERIO.

Legi tuam epistolam non sine lacrymis, in qua de uxoris tuae obitu scribis, casusque acerbitatem exponis. Nam cum res per se luctuosa sit, uxorem adolescentulam, et castam, et viro suo jucundam, praetereaque liberorum praestantium matrem, ante tempus ereptam esse, tanquam facem accensam, et paulo post extinctam: tum vero ad te dolorem eum pertinere, per mihi molestum est. Etenim indignissimus erat omnium noster Amerius, qui molestiam doloremque aliquem gustaret, vir et oratione optimus, et nobiscum conjunctissimus. Verum enim vero si ad alium scriberem, omnino longiore mihi oratione opus esset, qua et humanum esse eum casum docerem, et ferre necessarium, et in luctu graviore solatium majus non esse; denique omnia remedia, quae ad do-

ὡς ἀγνοοῦντα διδάσκοντι. Ἐπεὶ δὲ αἴσχιον ἡγοῦμαι πρὸς ἄνδρα τοὺς ἄλλους νουθετεῖν εἰδότα ποιεῖσθαι λόγους, οἷς χρὴ τοὺς μὴ εἰδότας σωφρονεῖν καὶ παιδεύειν, φέρε σοι τὰ ἄλλα παρεὶς, ἀνδρὸς εἶπω σοφοῦ μῦθον, εἴτε δὴ λόγον ἀληθῆ, σοὶ μὲν ἴσως οὐ ξένον, τοῖς πλείοσι δὲ, ὡς εἰκὸς, ἄγνωστον, ᾧ δὴ καὶ μόνῳ χρησάμενος ὥςπερ φαρμάκῳ νηπενθεῖ, λύσιν ἂν εὕροις τοῦ πάθους, οὐκ ἐλάττω τῆς κύλικος, ἣν ἡ Λάκαινα τῷ Τηλεμάχῳ πρὸς τὸ ἴσον τῆς χρείας ὀρέξαι πιστεύεται. Φασὶ γὰρ Δημόκριτον τὸν Ἀβδηρίτην, ἐπειδὴ Δαρείῳ γυναικὸς καλῆς ἀλγοῦντι θάνατον οὐκ εἶχεν ὅ,τι ἂν εἰπὼν εἰς παραμυθίαν ἀρκέσειεν, ὑποσχέσθαί οἱ τὴν ἀπελθοῦσαν εἰς φῶς ἀνάξειν, ἢν ἐθελήσῃ τῶν εἰς τὴν χρείαν ἡκόντων ὑποστῆναι τὴν χορηγίαν. κελεύσαντος δ' ἐκείνου μηδενὸς φείσασθαι, ὅ,τι δ' ἂν ἐξῇ λαβόντα τὴν ὑπόσχεσιν ἐμπεδῶσαι, μικρὸν ἐπισχόντα χρόνον εἰπεῖν, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα αὐτῷ πρὸς τὴν τοῦ ἔργου πρᾶξιν συμπορισθείη, μόνου δὲ ἑνὸς προσδέοιτο, ὃ δὴ αὐτὸν μὲν οὐκ ἔχειν ὅπως ἂν λάβοι, Δαρεῖον δὲ ὡς βασιλέα ὅλης τῆς Ἀσίας, οὐ χαλεπῶς ἂν ἴσως εὑρεῖν. Ἐρομένου δ' ἐκείνου, τί ἂν εἴη τοσοῦ-

larem leniendum apta viderentur, tanquam eorum imperito adhiberem. Nunc vero quoniam turpe videtur ad eum, qui caeteros docere valet, ea uti oratione, qua indoctos lenire ac erudire consuevimus: age, caeteris rebus omissis, referam tibi fabulam, vel potius verum sermonem sapientis cujusdam viri, non quidem illum tibi fortasse inauditum, attamen multis, ut opinor, ignotum; quo vel unico tanquam laetitiae pharmaco usus, aegritudinis remedium invenies, non minus quam illo poculo, quod Telemacho in re simili Lacaena dedisse creditur. Ajunt enim Democritum Abderiten, cum nullo modo posset Darium, cui paulo ante uxor pulcherrima e vita excesserat, consolari, se illi mortuam resuscitaturum dixisse, si vellet res ad hoc negotium necessarias suppeditare: cumque Rex eum juberet, nulla sumtus ratione habita, quidquid opus esset, accipere, promissaque praestare, tum paulisper cunctatum dixisse, caetera quidem sibi abunde suppetere, sed unum deesse, neque id quemadmodum haberi posset se intelligere; Darium tamen, quod totius Asiae Rex esset, facile fortasse consecuturum. Hic cum rogaret ille, quid tandem tam magnum esset, quod soli

τον, ὃ μόνῳ βασιλεῖ γνωσθῆναι συγχωρεῖται; ὑπολαβόντα φασὶ τὸν Δημόκριτον, εἰ τριῶν ἀπενθήτων ὀνόματα τῷ τάφῳ τῆς γυναικὸς ἐπιγράψειεν, εὐθὺς αὐτὴν ἀναβιώσεσθαι, τῷ τῆς τελευτῆς νόμῳ δυσωπουμένης· ἀπορήσαντος δὲ τοῦ Δαρείου, καὶ μηδένα ἄνδρα δυνηθέντος εὑρεῖν, ὅτῳ μὴ καὶ παθεῖν λυπηρόν τι συνηνέχθη, γελάσαντα συνήθως τὸν Δημόκριτον εἰπεῖν· τί οὖν, ὦ πάντων ἀτοπώτατε, θρηνεῖς ἀνέδην, ὡς μόνος ἀλγεινῷ τοσούτῳ συμπλακείς, ὁ μηδὲ ἕνα τῶν πώποτε γεγονότων ἄμοιρον οἰκείου πάθους ἔχων εὑρεῖν; Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀκούειν ἐδεῖτο Δαρεῖος, ἀνὴρ βάρβαρος καὶ ἀπαίδευτος, ἥδοτος ἡδονῇ καὶ πάθει· σὲ δὲ ἄνδρα Ἕλληνα καὶ παιδείαν ἀληθῆ πρεσβεύοντα, καὶ παρὰ σαυτοῦ τὸ εἰκὸς ἔχειν ἄρχειν· ἐπεὶ καὶ ἄλλως αἰσχύνη τοῦ λογισμοῦ γένοιτ' ἄν, εἰ μὴ ταυτὸν δύναιτο τῷ χρόνῳ.

Regi fas esset scire? tum Democritum respondisse ajunt, Si tumulo uxoris inscriberet nomina trium, quas nemo luxisset, statim illam ab inferis esse redituram, ita ut mors confunderetur. Tum Darius cum haereret, neminemque reperiret, cui triste aliquid non accidisset, Democritus pro sua consuetudine ridens, Cur igitur, inquit, ineptissime omnium, effusius tu luges, quasi unus tanti mali particeps, cum neminem eorum qui unquam fuerunt, sine privato aliquo dolore vixisse reperias? Verum ista quidem Darium audire conveniebat, hominem barbarum et indoctum, voluptati ac dolori obsequentem: at te et Graecum, et verae doctrinae studiosum, a te ipso habere decet, ut tibi imperes. Etenim turpe fuerit rationi, non posse impetrare, quod impetratura est dies.

λή.

De rebus suis certiorem facit familiarem, quem longa absentia desideraverat.

Μαξίμῳ φιλοσόφῳ.

Πάντα ἀθρόα ἔπεισί μοι, καὶ ἀποκλείει τὴν φωνὴν ἄλλο ἄλλῳ προελθεῖν οὐ συγχωροῦν τῶν ἐμῶν διανοημάτων· εἴτε ψυχρὸν τῶν παθῶν, εἴτε ὅπως φίλον κατονομάζειν τὰ τοιαῦτα. Ἀλλ' ἀποδῶμεν αὐτοῖς, ἣν ὁ χρόνος ἀπέδωκε τάξιν, εὐχαριστήσαντες τοῖς πάντα ἀγαθοῖς, οἳ τέως μὲν γράφειν ἐμοὶ συνεχώρησαν, ἴσως δὲ ἡμῖν καὶ ἀλλήλους ἰδεῖν συγχωρήσουσιν. Ὡς πρῶτον Αὐτοκράτωρ ἄκων ἐγενόμην, ὡς ἴσασιν οἱ θεοί, (καὶ τοῦτο αὐτοῖς καταφανὲς, ὧν ἐνεδέχετο τρόπον, ἐποίησα) στρατεύσας ἐπὶ τοὺς βαρβάρους, ἐκείνης μοι γενομένης τριμήνου τῆς στρατιᾶς, ἐπανιὼν εἰς τοὺς Γαλατικοὺς αἰγιαλοὺς ἐπεσκόπουν, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων ἀνεπυνθανόμην, μή τις φιλόσοφος, μή τις σχολαστικὸς, ἢ τριβώνιον, ἢ χλανίδιον φορῶν κατῇρεν. Ἐπεὶ δὲ περὶ τὸν Βικεντίωνα· (πολίχνιον δὲ νῦν ἐστιν ἀνειλημμένη, πάλαι δὲ μεγάλη τε ἦν, καὶ πολυτελέσιν

XXXVIII.

MAXIMO

Philosopho.

Omnes uno tempore cogitationes meae sese mihi offerunt, vocemque intercludunt, dum nulla aliam praeire patitur: sive est ineptus et frigidus quidam affectus, sive aliud quodcunque voles nominare. Sed demus iis locum, quem tempus tribuit, Diisque optimis gratias agamus, qui adhuc facultatem scribendi nobis concessere, ac visendi mutuo fortassis etiam concedent. Cum primum Imperator invitus creatus sum, (cujus rei conscii sunt Dii, et quantum in me situm fuit, ipsis declaravi) bellum gerens in Barbaros, et trimestri spatio in ea militia consumto, ad Gallicas oras revertens, circumspiciebam et percontabar de omnibus qui illinc venirent; num quis philosophus, num quis scholasticus, aut pallio penulave indutus, eo appulisset. Cum autem Vesontionem appropinquarem (est autem oppidulum nunc refectum, magnum tamen olim, et magnificis templis ornatum,

ἱεροῖς ἐκεκόσμητο, τείχει καρτερῷ, καὶ προσέτι τῇ φύσει τοῦ χωρίου· περιθεῖ γὰρ αὐτὸ ὁ Δοῦβις ποταμὸς· ἥδε ὥςπερ ἐν θαλάττῃ πετρώδης ἄκρα ἀνέστηκεν, ἄβατος ὀλίγου δέω φάναι καὶ αὐτοῖς ὄρνισι, πλὴν ὅσα ὁ ποταμὸς αὐτὴν περιῤῥέων, ὥςπέρ τινας αἰγιαλοὺς ἔχει προκειμένους·) ταύτης πλησίον τῆς πόλεως ἀπήντησε Κυνικός τις ἀνὴρ, ἔχων τρίβωνα καὶ βακτηρίαν. Τοῦτον πόῤῥωθεν θεασάμενος, οὐδὲν ἄλλο ὑπέλαβον ἢ σέ· πλησίον δὲ ἤδη προϊὼν, παρὰ σοῦ πάντως ἥκειν αὐτὸν ἐνόμιζον. Οὗτος δ' ἀνὴρ φίλος μὲν, ἧττον δὲ τῆς προσδοκωμένης ἐλπίδος. Ἓν μὲν δὴ τοιοῦτον ὄναρ ἐγένετό μοι. Μετὰ τοῦτο δὲ ᾤμην σε πολυπραγμονήσαντα τὰ κατ' ἐμὲ, τῆς Ἑλλάδος ἐκτὸς οὐδαμῶς εὑρεθῆναι. Ἴστω Ζεὺς, ἴστω μέγας Ἥλιος, ἴστω Ἀθηνᾶς κράτος, καὶ πάντες θεοὶ καὶ πᾶσαι, πῶς κατιὼν ἐπὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἀπὸ τῶν Κελτῶν, ἔτρεμον ὑπὲρ σοῦ. καὶ ἐπενθανόμην τῶν θεῶν, αὐτὸς μὲν οὐ τολμῶν (οὐ γὰρ ὑπέμενον οὔτε ἰδεῖν τοιοῦτον, οὔτε ἀκούσαι οὐδὲν, οἷον ἄν τις ὑπέλαβε δύνασθαι τηνικαῦτα περί σε γίνεσθαι·) ἐπέτρεπον δὲ ἄλλοις. Οἱ θεοὶ δὲ ταραχὰς μέν τινας ἔσεσθαι περί σε περιφανῶς ἐδήλουν, οὐδὲν μέντοι δεινὸν, οὐδὲ εἰς ἔργον τῶν ἀθέσμων βουλευμάτων.

moenibus firmissimis, et loci natura munitum, propterea quod cingitur Dubi: estque, ut in mari, rupes excelsa, propemodum ipsis avibus inaccessa, nisi qua flumen ambiens tanquam littora quaedam habet projecta) cum, inquam, prope abessem ab hac urbe, vir quidam Cynicus cum pera et baculo mihi occurrit. Eum ego cum eminus aspexissem, te ipsum esse putavi: cum accessi propius, a te omnino illum venire suspicatus sum. Est autem mihi quidem ille amicus, multum tamen infra expectationem meam. Ergo hoc unum nobis somnium obtigit. Postea existimabam te de rebus meis sollicitum, nusquam e Graecia pedem extulisse. Testis est Jupiter, testis magnus Sol, testis Minerva, testis Dii Deaeque omnes, quanto in timore tua causa fuerim, cum ad Illyrios a Gallis venirem. Et quidem sciscitabar Deos, non ego ipse, (neque enim praesens spectare audireve potuissem, quis tum status esse posset rerum tuarum) sed aliis negotium committebam. At Dii manifeste ostendebant, perturbationes aliquas tibi fore; nihil tamen terribile, aut opportunum sceleratis consiliis denunciabant. Sed vides me multas et

Ἀλλ' ὁρᾷς ὅτι μεγάλα καὶ πολλὰ παρέδραμον. Μάλιστά σε πᾶσθαι ἄξιον, πῶς μὲν ἀθρόως τῆς ἐπιφανείας ἠσθόμεθα τῶν θεῶν· τίνα δὲ τρόπον τὸ τοσοῦτον τῶν ἐπιβούλων πλῆθος διαπεφεύγαμεν, κτείναντες οὐδένα, χρήματα οὐδενὸς ἀφελόμενοι, φυλαξάμενοι δὲ μόνον οὓς ἐλαμβάνομεν ἐπ' αὐτοφώρῳ. Ταῦτα μὲν οὖν ἴσως σὺ γράφειν, ἀλλὰ φράζειν χρή· οἶμαι δέ σε καὶ μάλα ἡδέως πεύσεσθαι. Θρησκεύομεν τοὺς θεοὺς ἀναφανδόν· καὶ τὸ πλῆθος τοῦ συγκατελθόντος μοι στρατοπέδου θεοσεβές ἐστιν. Ἡμεῖς φανερῶς βουθυτοῦμεν. ἀπεδώκαμεν τοῖς θεοῖς χαριστήρια, ἑκατόμβας πολλάς. Ἐμὲ κελεύουσιν οἱ θεοὶ τὰ πάντα ἀγνεύειν εἰς δύναμιν, καὶ πείθομαί γε καὶ προθύμως αὐτοῖς. Μεγάλους καρποὺς τῶν πόνων ἀποδώσειν φασὶν, ἢν μὴ ῥαθυμῶμεν. Ἦλθε πρὸς ἡμᾶς Εὐάγριος.

λθ'.

Hospitem aegrotantem domum dimittit.

Τ ῷ α ὐ τ ῷ.

Χρὴ ξεῖνον παρεόντα φιλεῖν, ἐθέλοντα δὲ πέμπειν,

Ὅμηρος ὁ σοφὸς ἐνομοθέτησεν. ἡμῖν δὲ ὑπάρχει πρὸς ἀλλήλους

magnas res praeterire. Illud maxime te audire convenit, et quam crebro auxilium Deorum sensimus, et quomodo tantam insidiatorum multitudinem effugimus, nemine occiso, aut spoliato, sed iis tantum custodiae traditis, qui in scelere ipso deprehensi erant. Atque haec quidem fortasse melius erat dicere, quam scribere: puto tamen abs te libentissimo animo auditum iri. Deos publice et palam colimus, et totus meus exercitus illorum cultum sequitur. Nos aperte boves immolamus. Diis gratias egimus multis hecatombis. Me jubent Dii pure et caste, quoad potero, vivere. Ego vero iis pareo, et quidem libenti animo. Magnos fructus laborum pollicentur, nisi segniter agamus. Venit ad nos Evagrius.

XXXIX.

E I D E M.

Dum tecum est hospes, colito; dimitte volentem:

sic lex Homeri praecipit. At nobis amicitia est longe major,

ξενικῆς φιλίας ἀμείνων, ἥτε διὰ τῆς ἐνδεχομένης παιδείας, καὶ τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας· ὥστε οὐκ ἂν μέ τις ἐγράψατο δικαίως τὸν Ὁμήρου παραβαίνοντα νόμον, εἰ καὶ ἐπὶπ λεῖόν σε μένειν παρ' ἡμῖν ἀξιώσαιμι. Ἀλλά σοι τὸ σωμάτιον ἰδὼν ἐπιμελείας πλείονος δεόμενον, ἐπέτρεψα βαδίζειν εἰς τὴν πατρίδα, καὶ ῥᾳστώνης ἐπεμελήθην τῆς πορείας. Ὀχήματι γοῦν ἔξεστί σοι δημοσίᾳ χρήσασθαι· πορεύοιεν δέ σε σὺν Ἀσκληπιῷ πάντες οἱ θεοὶ, καὶ πάλιν ἡμῖν συντυχεῖν δοῖεν.

μ'.

Negat se scribendi officio defuisse. Cui vel si defuisset, venia dignus esset. Amicum denique saepius ad scribendum impellit.

Ἰαμβλίχῳ.

Αἰσθάνομαί σου τῆς ἐν τῇ μέμψει γλυκύτητος, καὶ ὡς ἑκάτερον ἐξ ἴσου πράττεις, καὶ οἷς γράφεις τιμῶν, καὶ οἷς ἐγκαλεῖς παιδεύων. Ἐγὼ δὲ εἰ μέν τι συνῄδειν ἐμαυτῷ τοῦ πρός σε γιγνομένου καὶ κατὰ μικρὸν ἐλλείψαντι, πάντως ἢ τὰς προφάσεις εὐλόγως εἰπὼν, ἐπειρώμην, ὡς ἐνῆν, τὴν μέμψιν ἐκκλίνειν,

quam illa hospitii; nempe haec, quam doctrina, quaecumque est, ac religio conciliat. Quare nemo me jure accusasset, quasi Homericam legem violarem, si te apud nos diutius manere voluissem. Sed cum viderem corpusculum tuum curationis ac solatii majoris indigere, permisi tibi ut ires in patriam, et de commoditate itineris providi: usum siquidem publici vehiculi tibi concessi. Aesculapius et Dii omnes te deducant, atque iterum ad nos adducant.

XL.

JAMBLICHO.

Sentio tuam in reprehendendo dulcedinem, et quemadmodum utrumque pariter efficias, ut et nos scribendo ornes, et reprehendendo erudias. Ego vero si mihi essem conscius, vel tantillum officio erga te meo defuisse, certe aliqua probabili ratione crimen conarer effugere, quantum possem, aut delicti

ἢ συγγνώμην ἁμαρτὼν αἰτεῖν οὐκ ἠρνούμην, ἐπεὶ μηδὲ ἄλλως ἀσύγγνωστον οἶδά σε πρὸς τοὺς σοὺς, εἴ τι τῶν πρός σε φιλικῶν ἐξήμαρτον ἄκοντες. Νῦν δέ (οὐ γὰρ ἦν οὔτε σὲ παροφθῆναι θέμις, οὔτε ἡμᾶς ἀμελεῖν, ἵνα τύχοιμεν ὧν ἀεὶ ζητοῦντες ποθοῦμεν) φέρε σοι καθάπερ ἐν ὄρῳ γραφῆς ἀπολογήσωμαι, καὶ δείξω μηδὲν ἐμαυτὸν ὧν ἐχρῆν εἰς σὲ παριδεῖν, ἀλλὰ μηδὲ μελλῆσαι τολμήσαντα.

Ἦλθον ἐκ Παννονίας ἤδη τρίτον ἔτος τουτὶ, μόλις ἀφ' ὧν οἶσθα κινδύνων καὶ πόνων σωθείς. Ὑπερβὰς δὲ τὸν Καλχηδόνιον πορθμὸν, καὶ ἐπιστὰς τῇ Νικομήδους πόλει, σοὶ πρώτῳ καθάπερ πατρίῳ θεῷ τὰ πρωτόλεια τῶν ἐμαυτοῦ σώστρων ἀπέδωκα, σύμβολον τῆς ἀφίξεως τῆς ἐμῆς, οἷον ἀντ' ἀναθήματος ἱεροῦ, τὴν εἰς σὲ πρόρρησιν ἐκπέμπων. καὶ ἦν ὁ κομίζων τὰ γράμματα τῶν βασιλείων ὑπασπιστῶν εἷς, Ἰουλιανὸς ὄνομα, Βαχχύλου παῖς, Ἀπαμεὺς τὸ γένος, ᾧ διὰ τοῦτο μάλιστα τὴν ἐπιστολὴν ἐνεχείριζον, ὅτι καὶ πρὸς ὑμᾶς ἥξειν, καί σε ἀκριβῶς εἰδέναι καθυπισχνεῖτο. Μετὰ ταῦτά μοι καθάπερ ἐξ Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐφοίτα παρὰ σοῦ γράμμα, τὴν ἄφιξιν τὴν ἡμετέραν ἀσμένως ἀκηκοέναι δοκοῦντος· ἦν τε τοῦτο ἐμοὶ δεξιὸν οἰώνισμα

veniam petere non recusarem: praesertim cum te sciam non esse tuis implacabilem, si quid per imprudentiam in amicitia offenderint. Nunc autem (neque enim cunctationem aut inertiam res ferebat, si modo assequi aliquando volumus, quae semper optavimus) constitui tibi, tanquam coram judice res esset, causam dicere, nihilque a me, secus quam oporteret, vel negligentia vel tarditate commissum esse, probare.

E Pannonia veni tertio abhinc anno, vix ex illis periculis et laboribus, quos tu minime ignoras, ereptus. Cum autem fretum Chalcedonium trajecissem, et ad urbem Nicomedis appropinquassem, tibi primo quasi patrio Deo prima pro salute mea vota persolvi, cum ad te signum adventus mei, quasi donarium aliquod sacrum, salutationem misi. Litteras autem ferebat unus e regiis satellitibus, nomine Julianus, Bacchyli filius, genere Apameus; cui propterea libentius epistolam tradidi, quod et istuc ire, et te optime nosse ajebat. Postea vero mihi ab te, tanquam ab Apolline, sacra epistola allata est, qua te libenter de meo adventu cognovisse declarabas. Fuit vero mihi

καὶ χρηστῶν ἐλπίδων ἀρχή, Ἰάμβλιχος ὁ σοφὸς, καὶ τὰ Ἰαμβλίχου γράμματα. Τί με δεῖ λέγειν ὅπως ηὐφράνθην, ἢ ἃ περὶ τὴν ἐπιστολὴν ἔπαθον σημαίνειν; Εἰ γὰρ ἐδέξω τὰ παρ' ἡμῶν ἕνεκα τούτου γραφέντα· ἦν δὲ δι' ἡμεροδρόμου τῶν ἐκεῖθεν ἡκόντων ὡς σὲ πεμφθέντα· πάντως ὁπόσην ἐπ' αὐτοῖς ἡδονὴν ἔσχον, ἀφ' ὧν ἐδήλουν γινώσκεις. Πάλιν ἐπανιόντος οἴκαδε τοῦ τροφέως τῶν ἐμαυτοῦ παιδίων, ἑτέρων ἦρχον πρός σε γραμμάτων, ὁμοῦ καὶ τὴν ἐπὶ τοῖς φθάνουσι χάριν ὁμολογῶν, καὶ πρὸς τὸ ἑξῆς ἐν ἴσῳ παρὰ σοῦ τὴν ἀντίδοσιν αἰτῶν. Μετὰ ταῦτα ἐπρέσβευσεν ὡς ἡμᾶς ὁ καλὸς Σώπατρος. Ἐγὼ δὲ ὡς ἔγνων, εὐθὺς ἀναπηδήσας ᾖξα, καὶ περιπλακεὶς ἐδάκρυον ὑφ' ἡδονῆς, οὐδὲν ἄλλο ἢ σε καὶ τὰ παρὰ σοῦ πρὸς ἡμᾶς ὀνειροπολῶν γράμματα. ὡς δὲ ἔλαβον, ἐφίλουν, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς προσῆγον, καὶ ἀπρὶξ εἰχόμην, ὥσπερ δεδιὼς, μὴ λάθῃ με ἀποπτὰν ἐν τῇ τῶν γραμμάτων ἀναγνώσει τὸ τῆς σῆς εἰκόνος ἴνδαλμα. Καὶ δὴ καὶ ἀντέγραφον εὐθὺς, οὐ πρός σε μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἱερὸν Σώπατρον, τὸν ἐκείνου παῖδα, καθάπερ θρυπτόμενος, ὅτι τὸν κοινὸν ἑταῖρον ἐκ τῆς Ἀπαμείας οἷον ἐνέχυρον τῆς ὑμετέρας ἀπουσίας ἀντειληφότες εἴημεν. Ἐξ

tanquam laetum omen, et initium bene sperandi, sapiens ille Jamblichus, et Jamblichi litterae. Quid hic commemorem, quantopere laetatus fuerim, aut quemadmodum legendis tuis litteris affectus? Si enim de hac re litteras nostras accepisti, (quas tabellario cuidam ex iis, qui ad nos istinc veniunt, dedimus ad te perferendas) certe quantam ex iis voluptatem ceperim, e nostris verbis intelligis. Iterum autem cum domum rediret educator meorum liberorum, alteras ad te litteras misi, quibus et tibi de prioribus tuis gratias agebam, et simul in posterum mutuas a te litteras flagitabam. Postea venit ad nos legatus clarus vir Sopater: utque hominem agnovi, continuo exsilui, eumque complexus, flevi prae gaudio, quod nihil nisi te ac tuas litteras augurarer. Quas ut accepi, osculatus sum, et ad oculos admovi, mordicusque tenui, quasi veritus, ne inter legendum imago vultus tui ex oculis meis sensim evolaret. Et quidem statim rescripsi, non ad te solum, sed etiam ad illius filium Sopatrum clarissimum; quasi ludens, quod communem amicum ex Apamea tanquam obsidem pro vobis absentibus

ἐκείνου ταύτην ἤδη πρός σε γεγραφὼς, αὐτὸς οὐδεμίαν ἄλλην, ἢ τὴν ἐν ᾗ μέμφεσθαι δοκεῖς, ἐπιστολὴν ἐδεξάμην.

Εἰ μὲν δὴ διὰ τοῦτο ἐγκαλεῖς, ἵνα τῷ τῆς αἰτίας σχήματι πλείονας ἡμῖν ἀφορμὰς τοῦ γράφειν προξενῇς, δέχομαι τὴν μέμψιν ἅσμενος πάντων, καὶ ἐν οἷς λαμβάνω, τὸ πᾶν τῆς χάριτος εἰς ἐμαυτὸν οἰκειοῦμαι· εἰ δὲ ὡς ἀληθῶς ἐλλείψαντά τι τοῦ πρός σε καθήκοντος αἰτιᾷς, τίς ἂν ἐμοῦ γένοιτ' ἂν ἀθλιώτερος, διὰ γραμματοφόρων ἀδικίαν ἢ ῥαθυμίαν, πάντων ἥκιστα τούτων τυγχάνοντος; Καίτοι ἐγὼ μὲν, κἂν μὴ πλεονάκις γράφω, δίκαιός εἰμι συγγνώμης παρὰ σοῦ τυγχάνειν, οὐ τῆς ἀσχολίας, ἣν ἐν χερσὶν ἔχω, φαίην ἄν· (μὴ γὰρ οὕτω πράξαιμι κακῶς, ὡς μὴ καὶ ἀσχολίας ἀπάσης, καθά φησι Πίνδαρος, τὸ κατά σε κρεῖττον ἡγεῖσθαι·) ἀλλ' ὅτι πρὸς ἄνδρα τηλικοῦτον, οὗ καὶ μνησθῆναι φόβος, ὁ καὶ γράφειν κατοκνῶν, τοῦ πλέον ἢ προσήκει θαῤῥοῦντός ἐστι σωφρονέστερος. Ὥσπερ γὰρ οἱ ταῖς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ἀντιβλέπειν συνεχῶς τολμῶντες, ἂν μὴ θεῖοί τινες ὦσι, καὶ τῶν ἀκτίνων αὐτοῦ καθάπερ οἱ τῶν ἀετῶν γνήσιοι καθορῶσιν, οὔτε ἃ μὴ θέμις ὀφθῆναι, θεωρεῖν

accepissemus. Ex eo tempore cum hanc ad te scripserim, ipse nullam abs te epistolam accepi, praeter istam qua me videris accusare.

Si jam ob id nos accusas, ut hac specie accusationis majorem nobis occasionem scribendi praebeas, accipio libenti animo totam accusationem tuam, atque ex his ipsis litteris, quas abs te accipio, omnem gratiam et suavitatem decerpo: sin autem omnino peccatum aliquod meum erga te accusas, quis me miserior, qui per tabellariorum injuriam, aut negligentiam, tibi satisfacere officio non possum? Verumtamen ego, licet non persaepe scriberem, jure possem a te veniam obtinere, non propter occupationem, quam in praesenti habeo (absit enim ut adeo sim miser, ut te meis rebus omnibus, sicut Pindarus ait, non anteponam) sed quod ad te, tantum virum, cujus vel meminisse sine timore non licet, vel qui scribere cunctatur, sapientior est eo, qui nimis audet. Nam sicut qui in solem assidue suspicere audent, nisi diviniore quadam natura praediti sint, ejusque radios tanquam aquilarum veri foetus intueantur, neque ea, quae nefas est videre, possunt cernere,

ἔχουσι, καὶ ὅσῳπερ μᾶλλον φιλονεικοῦσι, τοσούτῳ πλέον, ὅτ
μὴ δύνωνται τυχεῖν, ἐμφαίνουσιν· οὕτω καὶ ὁ πρός σε γράφ ει
τολμῶν, ὅσῳπερ ἂν ἐθέλῃ θαῤῥεῖν, τοσούτῳ μᾶλλον, ὅτι χ
δεδιέναι, καθαρῶς δείκνυσι. Σοί γε μὴν, ὦ γενναῖε, παν τὸ
ὡς εἰπεῖν, τοῦ Ἑλληνικοῦ σωτῆρι καθεστῶτι πρέπον ἦν, ἀ ς
νως τε ἡμῖν γράφειν, καὶ τὸν παρ' ἡμῖν ὄκνον, ἐφ' ὅσον ἐ ξ
καταστέλλειν. Ὥςπερ γὰρ ὁ Ἥλιος· ἵνα δὴ πάλιν ἐκ τοῦ
πρός σε τὴν εἰκόνα λάβῃ ὁ λόγος· ὁ δ' οὖν Ἥλιος ὥςπερ,
ἀκτῖσι καθαρθεὶς ὅλος λάμπῃ, οὐδὲ ἀποκρίνῃ τοῦ πρὸς
αἴγλην ἐλθόντος, ὃ μὴ τὸ οἰκεῖον, ἐργάζεται· οὕτω δὴ κα
χρῆν ἀφθόνως τῶν παρὰ σοῦ καλῶν, οἷον φωτὸς, τὸ Ἑλ
κὸν ἐπαρδεύοντα μὴ ἀποκνεῖν, εἴ τις ἢ αἰδοῦς ἢ δέους ἕ
τοῦ πρός σε, τὴν ἀντίδοσιν δυσωπεῖται. Οὐδὲ γὰρ ὁ Ἀσ
πιὸς ἐπ' ἀμοιβῇς ἐλπίδι τοὺς ἀνθρώπους ἰᾶται, ἀλλὰ τὸ οἰ
αὐτοῦ φιλανθρώπευμα, καθάπερ μάθημα, πανταχοῦ πλ
Ὅ δὴ καί σε χρῆν, ὡςπερεὶ ψυχῶν ἐλλογίμων ἰατρὸν ὄ
ποιεῖν, καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς παράγγελμα διὰ πάντων σώ
οἷον ἀγαθὸν τοξότην, ὃς, κἂν μὴ τὸν ἀντίπαλον ἔχῃ, πά

et quo magis contendunt, eo magis se id assequi non po
ostendunt: sic qui ad te audet scribere, quo plus audere niti
eo magis timendum esse liquido demonstrat. Tibi vero, v
generose, qui ad Gentilitatem totam servandam, ut ita dica
constitutus es, consentaneum erat et ad nos crebras litter
mittere, et nostram desidiam inertiamque, quantum posse
coërcere. Nam quemadmodum Sol (ut iterum ex eodem deo
te similitudinem mea ducat oratio) ut, inquam, Sol cu
purus totus ac lucidus radiis collucet, non dispiciens an quo
lumini occurit, sit consentaneum, suum munus perficit: sic
oportebat liberaliter bona tua, tanquam lucem, in univers
Gentiles effundere, neque eo desistere, quod aliquis metu a
verecundia erga te impeditus, respondere tibi scribendo no
audeat. Neque enim Aesculapius mercedis spe homines curat,
sed humanitatem suam, tanquam disciplinam aliquam, in omnes
homines explicat. Idem te facere oportuit, cum sis animorum
studiosorum medicus, et omnibus in rebus virtutis praeceptum
servare; ut bonus sagittarius, qui tametsi adversarium non
habeat, tamen semper manum exercet, ut opportuno tempore

ὡς ἐς τὸ καίριον ἀεὶ τὴν χεῖρα γυμνάζει. ἐπεὶ μηδὲ ὁ σκοπὸς ἑκατέροις ὁ αὐτὸς, ἡμῖν τε τῶν παρὰ σοῦ δεξιῶν τυχεῖν, καί σε τοῖς παρ' ἡμῶν διδομένοις ἐντυχεῖν. ἀλλ' ἡμεῖς, κἂν μυριάκις γράφωμεν, ἴσα τοῖς Ὁμηρικοῖς παισὶ παίζομεν, οἱ παρὰ τὰς ὄϊνας, ὅ,τι ἂν ἐκ πηλοῦ πλάσωσιν, ἀφιᾶσιν αἰγιαλῷ πλύζισθαι· παρὰ σοῦ δὲ καὶ μικρὸν γράμμα παντὸς ἐστι γονίμου ῥεύματος κρεῖττον, καὶ δεξαίμην ἂν ἔγωγε Ἰαμβλίχου μᾶλλον ἐπιστολὴν μίαν, ἢ τὸν ἐκ Λυδίας χρυσὸν κεκτῆσθαι. εἰ δὲ μέλει τί σοι τῶν ἐραστῶν τῶν σῶν· μέλει δὲ, εἰ μὴ σφάλλομαι· μὴ περιΐδῃς ὥσπερ νεοττοὺς ἡμᾶς ἀεὶ τῶν παρὰ σοῦ τροφῶν ἐν χρείᾳ τυγχάνοντας· ἀλλὰ καὶ γράφε συνεχῶς, καὶ τοῖς παρὰ σαυτοῦ καλοῖς ἐστιᾶν μὴ κατόκνει. κἂν ἐλλίπωμεν, αὐτὸς ἑκατέρου τὴν χρείαν οἰκεῖον, καὶ ὧν δίδως, καὶ ὧν ἀνῇ ἡμῶν τὸ ἴσον πρεσβεύεις. Πρέπει δὲ Ἑρμοῦ λογίου μαθητὴν, εἰ δὲ βούλει, τρόφιμον ὄντα σε, ἐκείνου ῥάβδον οὐκ ἐν τῷ καθεύδειν ποιεῖν, ἀλλ' ἐν τῷ κινεῖν καὶ διεγείρειν μᾶλλον ἐθέλειν μιμεῖσθαι.

a utatur. Nam neque scopus utrique nostrum idem est, ut nos videlicet tuis eruditis scriptis fruamur, et tu nostra legas: sed nos quamvis millies scribamus, similiter ut Homerici pueri ludimus, qui juxta littora, quicquid e luto finxerunt, arena obrui sinunt; cum interim tua licet parva epistola cuivis fertili flavio anteponenda sit. Ac sane epistolam unam Jamblichi malim, quam omne Lydiae aurum possidere. Quod si amatorum tuorum ulla tibi cura est, (est autem aliqua, nisi fallor) ne nos quasi pullos negligas, qui cibo tuo magnopere egemus: sed scribe assidue, neque tuis bonis pascere nos desine. Quod si forte officio defuerimus, ipse utrumque munus praestato, tam ad nos, tam pro nobis vicissim scribendo. Etenim Mercurii facundi discipulum, aut etiam alumnum, qualis tu es, virga uti decet, non ad somnum inducendum, sed ad movendum et excitandum; atque hac ex parte maxime illum imitari.

μά.

Humiliter adulans mittit Orationem.

Τῷ αὐτῷ.

Ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς τῷ γράμματι πειθομένους τῷ Δελ-
γινώσκειν ἑαυτοὺς, καὶ μὴ τολμᾶν ἀνδρὸς ἀκοῆς τοσούτου
θαῤῥεῖν, ᾧ καὶ ὀφθέντι μόνον ἀντιβλέψαι δυσχερὲς, ἢπο-
πανσοφον ἁρμονίαν κινοῦντι πρὸς τὸ ἴσον ἐλθεῖν· ἐπε-
Πανὶ μέλος λιγυρὸν ἠχοῦντι, πᾶς ὅστις ἐκσταίη, κἂν Ἀρισ-
ᾖ, καὶ Ἀπόλλωνι πρὸς κιθάραν ψάλλοντι, πᾶς ὅστις ἠρ-
κἂν τὴν Ὀρφέως μουσικὴν εἰδείη. τὸ γὰρ ἧττον τῷ κρεί-
καθόσον ἧττόν ἐστιν, εἰκοι ἂν δικαίως, εἰ μέλλοι τό, τε οἰ
καὶ τὸ οὐ χεῖρον τί ἐστι γινώσκειν. Ὅστις δ' ἐνθέῳ μο-
θνητοῦ ἐναρμόσαι μέλος ἤλπισεν, οὐκ ἔμαθέ που τὸ Μα-
τοῦ Φρυγὸς πάθος, οὐδὲ τὸν ὁμώνυμον ἐκείνῳ ποταμὸ-
μανέντος αὐλητοῦ τιμωρίαν ῥεῖ, ἀλλ' οὐδὲ τὴν Θαμύριδο-
Θρᾳκὸς τελευτὴν ἤκουσεν, ὃς ταῖς Μούσαις οὐκ εὐτυχῶς
φθέγξατο. Τί γὰρ δεῖ τὰς Σειρῆνας λέγειν, ὧν ἔτι τὸ πτ-
ἐπὶ τοῦ μετώπου φέρουσιν αἱ νικήσασαι; Ἀλλ' ἐκείνων

XLI.

EIDEM.

Oportebat sane, juxta Delphicum oraculum, nos ipsos nos
neque audere, tanti viri auribus obstrepere: quem vel aspicie
tem respicere difficile est, nedum concentum omnis sapienti
moventi velle par referre. Nam et Pani dulce carmen canen
quilibet concesserit, quamvis sit Aristaeus: et Apolline
citharam canente unusquisque tacet, quamvis Orphei mu
cam teneat. Quod enim minus est, hoc ipso quod est minu
cedere debet majori, si modo vult et sua ipsius bona, et alie
meliora cognoscere. Quisquis autem cum divina musica hum
nam vult componere, nunquam Marsyae Phrygis casum didici
neque nominis ejusdem fluvium, qui tibicinis insani supplic
manat: immo neque Thamyrae Thracis mortem audivit, q
infeliciter cum Musis de cantu certavit. Quid enim Siren
memorem? quarum alam in fronte adhuc gestant victrices. V
rum enimvero illi stultae audaciae poenas satis magnas nun

ἰματος ἀμούσου τόλμης ἀρκοῦσαν ἔτι καὶ νῦν ἐκτίνει τῇ μνήμῃ
δίκην· ἡμᾶς δὲ ἔδει μὲν, ὡς ἔφην, εἴσω τῶν οἰκείων ὅρων ἑστάναι, καὶ τῆς ὑπὸ σοῦ μουσικῆς ἐμφορουμένους ἡρεμεῖν, ὥςπερ οἱ τὴν Ἀπόλλωνος μαντείαν ἐξ ἀδύτων ἱερῶν προϊοῦσαν ἡσυχῇ
Δελφ δέχονται. Ἐπεὶ δ' αὐτὸς ἡμῖν τοῦ μέλους τὸ ἐνδόσιμον τῷ
ου π παρὰ σαυτοῦ λόγῳ μηνστεύεις, καὶ οἷον Ἑρμοῦ ῥάβδῳ κινεῖς
ῇποτ καὶ διεγείρεις καθεύδοντας, φέρε σοι, καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ
ἐπεὶ τὸν θύρσον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται, οὕτω
ρισ καὶ ἡμεῖς ὑπὸ τῷ σῷ πλήκτρῳ τὸ εἰκὸς ἀντηχήσωμεν· ὥςπερ οἱ
ῆρε τῇ χοροστάτῃ πρὸς τὸ ἀνάκλημα τοῦ ῥυθμοῦ συνομαρτοῦντες.
ρείτ Καὶ πρῶτόν σοι τῶν λόγων, οὓς βασιλεῖ κελεύσαντι, πρὸς τὴν
ε οἰ ἀοίδιμον τοῦ πορθμοῦ ζεῦξιν ἐναγχος ἐξειργασάμεθα, ἐπειδὴ
μα ταῦτά ἐστι δοκοῦν, ἀπαρξώμεθα, μικρὰ μὲν ἀντὶ μεγάλων τῶν
Μα παρὰ σοῦ, καὶ τῷ ὄντι χαλκὰ χρυσῶν ἀντιδιδόντες, οἷς δὲ
μὸ ἔχομεν ξενίοις τὸν Ἑρμῆν τὸν ἡμέτερον ἑστιῶντες. Πάντως
ιδ οὐδὲ τῆς Ἑκάλης ὁ Θησεὺς τοῦ δείπνου τὸ λιτὸν ἀπηξίωσεν,
ὡς ἀλλ' ἤδει καὶ μικροῖς ἐς τὸ ἀναγκαῖον ἀρκεῖσθαι· ὁ Πὰν δὲ ὁ
ὁ π Νόμιος τοῦ παιδὸς τοῦ βουκόλου τὴν σύριγγα προσαρμόσαι τοῖς
νω χείλεσιν οὐκ ἠτίμασεν. Προσχὲς δὴ καὶ αὐτὸς τὸν λόγον εὐμενεῖ
νεύματι, καὶ μὴ ἀποκνήσῃς ὀλίγῳ μέλει μεγάλην ἀποδοῦναι.

etiam posteritati persolvunt: nos autem, sicut ante dixi, oportebat sane nostris finibus contentos esse, et tua musica satiatos quiescere, ut qui Apollinis oracula e sacris adytis cum silentio excipiunt. Verum, quando tu nobis ad canendum praeis, et tanquam Mercurii virga, tua oratione nos moves atque excitas dormientes, ecce ipsi quoque, sicut qui Baccho thyrsum pulsanti cum choreis lymphati occurrunt, sic ad plectrum tuum respondeamus: perinde ut qui praesultorem ad numeri provocationem sequuntur. Accipias igitur primum, quando ita vis, orationem, quam nuper Imperatoris jussu in nobilem illam freti conjunctionem elaboravi. Parvum certe munusculum, si cum illo conferatur, omninoque aes pro auro reddimus: sed tamen quo possumus munere nostrum Mercurium prosequimur. Theseus quidem certe mensam Hecales, licet tenuem, non est aspernatus; sed necessitati obsecutus, exiguo contentus fuit. Pan ille Nomius non erubuit, cum pueri bubulci fistulam suis labris admovit. Quare tu quoque librum nostrum amico animo

Ἀλλ' ἐὰν μὲν ἔχῃ τι δεξιὸν, αὐτός τε ὁ λόγος εὐτυχεῖ, ποιητὴς αὐτοῦ τῆς παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς ψήφου τὴν μαρ προσλαβὼν· εἰ δ' ἔτι χειρὸς ἐντελοῦς εἰς τὸ τοῦ ὅλου πλ προσδεῖται, μὴ ἀπαξιώσῃς αὐτὸς τὸ ἐνδέον προσθεῖναι. που καὶ ἀνδρὶ τοξότῃ κληθεὶς ὁ Θεὸς παρέστη, καὶ συνεφ τοῦ βέλους· καὶ κιθαρῳδῷ τὸν Ὀρθιον ᾄδοντι, πρὸς τὸ ἐλ τῆς χορδῆς, ὑπὸ τῷ τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέ

μβ'.

Christianis professoribus interdicit lectione graeco auctorum.

Παιδείαν ὀρθὴν εἶναι νομίζομεν, οὐ τὴν ἐν τοῖς ῥήμ οὐδὲ τῇ γλώττῃ πολυτελῆ εὐρυθμίαν· ἀλλὰ διάθεσιν ὑγι ἐχούσης διανοίας, καὶ ἀληθεῖς δόξας ὑπέρ τε ἀγαθῶν καὶ κ καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν. Ὅστις οὖν ἕτερα μὲν φρονεῖ, δι δὲ ἕτερα τοὺς πλησιάζοντας, αὐτὸς ἀπολελεῖφθαι δοκεῖ το παιδείας, ὅσῳ καὶ τοῦ χρηστὸς ἀνὴρ εἶναι. Καὶ εἰ μ σμικροῖς εἴη τὸ διάφορον τῆς γνώμης πρὸς τὴν γλῶτταν, μὲν εἰς τόδε, ὅμως τῷ τοσῷ γίνεται· εἰ δὲ ἐν τοῖς μεγ

accipe, neque te poeniteat exiguo carmini magnum praebere. Verum si quid erit boni, et liber felix est, e auctor, ut cui Minerva ipsa testimonium laudis dederi extremam manum, quo perficiatur, desiderat, ne sit tibi quod deest, addere. Sic olim sagittario invocanti Deus et telum una direxit; sic citharoedo Orthium canenti nervus deficeret, Apollo ipse cicadae specie respondit.

XLII.

Doctrinam rectam esse arbitramur, non verborum lin magnificum et exquisitum sonum; sed mentis bene cons sanam affectionem, et veras certasque de bonis et malis, tis et turpibus, sententias. Quare quisquis aliud sentit, suos discipulos docet, is tantum videtur a scientia, qu a probitate abesse. Ac si de parva re sit linguae an dissensio, in hoc ipso etiam est improbus, tametsi modu excedat sceleris magnitudo: sin vero in maximis rebus

ἄλλο μὲν φρονοίη τις, ἐπ' ἐναντίον δὲ ὧν φρονεῖ, διδάσκει, πῶς οὐ τοῦτο ἐκεῖνο καπήλων ἐστὶν, οὔ τι χρηστῶν, ἀλλὰ πονηρῶν βίος ἀνθρώπων; οἳ μάλιστα παιδεύουσιν, ὅσα μάλιστα φαῦλα νομίζουσιν, ἐξαπατῶντες καὶ δελεάζοντες τοῖς παίνοις, εἰς οὓς μετατιθέναι τὰ σφέτερα ἐθέλουσιν, οἶμαι, καλά. Πάντας μὲν οὖν χρῆν τοὺς καὶ ὁτιοῦν διδάσκειν ἐπαγγελλομένους, εἶναι τὸν τρόπον ἐπιεικεῖς, καὶ μὴ μαχόμενα τοῖς δημοσίᾳ μεταχαρακτηρίζοντας, τὰ ἐν τῇ ψυχῇ φέρειν δοκάζηματα· πολὺ δὲ πλέον ἁπάντων οἶμαι δεῖν εἶναι τοιούτους, ὅσοι ἐπὶ λόγοις τοῖς νέοις συγγίγνονται, τῶν παλαιῶν ἐξηγηταὶ γενόμενοι συγγραμμάτων, εἴτε ῥήτορες, εἴτε γραμματικοὶ, καὶ ἔτι πλέον οἱ σοφισταί. βούλονται γὰρ πρὸς τοῖς ἄλλοις οὐ λέξεων μόνον, ἠθῶν δὲ εἶναι διδάσκαλοι, καὶ τὸ κατὰ σφᾶς εἶναί φασι τὴν πολιτικὴν φιλοσοφίαν. Εἰ μὲν οὖν ἀληθὲς ἢ μή, τοῦτο ἀφείσθω νῦν· ἐπαινῶν δὲ αὐτοὺς οὕτως ἐπαγγελμάτων καλῶν ὀρεγομένους, ἐπαινέσαιμ' ἂν ἔτι πλέον, εἰ μὴ ψεύδοιντο, μήδ' ἐξελέγχοιεν αὐτοὺς, ἕτερα μὲν φρονοῦντες, διδάσκοντες δὲ τοὺς πλησιάζοντας ἕτερα. Τί οὖν; Ὁμήρῳ μέντοι, καὶ Ἡσιόδῳ, καὶ Δημοσθένει μέντοι, καὶ Ἡροδότῳ, καὶ Θουκυδίδῃ, καὶ Ἰσοκράτει, καὶ Λυσίᾳ θεοὶ πάσης ἡγοῦνται παιδείας.

sentit, contraque ac sentit, docet, nonne haec cauponum, non dico bonorum, sed nequissimorum, vita est? quippe cum id maxime doceant, quod maxime malum existimant, fallentes atque inescantes eos laudibus, quibuscum sua, ut arbitror, mala commutare volunt. Quamobrem omnes, qui quidvis docere profitentur, bonis moribus esse debent, neque opiniones novas et a sensu populari abhorrentes afferre: sed imprimis tales esse debent, qui adolescentes in veterum scriptis instituunt, sive sint Rhetores, sive Grammatici, et praecipue Sophistae, qui non solum verborum, sed etiam morum magistros se esse volunt, et ad se philosophiam de administrandis rebus publicis pertinere contendunt. Hoc verum sit, necne, in praesentia omitto: laudo eos, quod doctrinam tam praestantem expetant; plus certe laudaturus, si non mentirentur, neque se ipsi refellerent, dum aliud sentiunt, aliud discipulis tradunt. Quid? Homerus, Hesiodus, Demosthenes, Herodotus, Thucydides, Isocrates, Lysias, Deos habent doctrinae suae duces et auctores. Nonne

Οὐχ οἱ μὲν Ἑρμοῦ σφᾶς ἱεροὺς, οἱ δὲ Μουσῶν ἐνόμιζον; Ἄ
που μὲν οἶμαι, τοὺς ἐξηγουμένους τὰ τούτων ἀτιμάζειν
ὑπ' αὐτῶν τιμηθέντας θεούς. Οὐ μὴν ἐπειδὴ τοῦτο ἄτ
οἶμαι, φημὶ δεῖν αὐτοὺς μεταθεμένους τοῖς νέοις· συνδί
δὲ αἱρεσιν, μὴ διδάσκειν ἃ μὴ νομίζουσι σπουδαῖα, βουλομέ
δὲ, διδάσκειν ἔργῳ πρῶτον, καὶ πείθειν τοὺς μαθητὰς
οὔτε Ὅμηρος, οὔτε Ἡσίοδος, οὔτε τούτων τις, οὓς ἐξηγοῦ
καὶ κατεγνωκότες εἰσὶν ἀσέβειαν, ἄνοιάν τε, καὶ πλάνη
τοὺς θεοὺς, τοιοῦτός ἐστιν. Ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοι ἐξ ὧν γεγρά
παρατρέφονται μισθαρνοῦντες, εἶναι ὁμολογοῦσιν αἰσχρο
στατοι, καὶ δραχμῶν ὀλίγων ἕνεκα πάντα ὑπομένειν.
μὲν οὖν τούτου πολλὰ ἦν τὰ αἴτια τοῦ μὴ φοιτᾷν εἰς τὰ
καὶ ὁ πανταχόθεν ἐπικρεμάμενος φόβος ἐδίδου συγγνώμην
κρύπτεσθαι τὰς ἀληθεστάτας ὑπὲρ τῶν θεῶν δόξας· ἐπει
ἡμῖν οἱ θεοὶ τὴν ἐλευθερίαν ἔδοσαν, ἄτοπον εἶναί μοι φαί
διδάσκειν ἐκεῖνα τοὺς ἀνθρώπους, ὅσα μὴ νομίζουσιν εὖ
Ἀλλ' εἰ μὲν οἴονται σοφὰ ὧν εἰσιν ἐξηγηταὶ, καὶ ὧν
προφῆται κάθηνται, ζηλούτωσαν αὐτῶν πρῶτον τὴν εἰς

eorum alii Mercurio, alii Musis sacros se esse arbitraba
Quare absurdum est, qui horum libros exponunt, Deos
perare, quos illi coluerunt. Neque tamen, quia id abs
puto, idcirco eos discipulorum causa sententiam mutare
verum do optionem, ut ne doceant quae non bona esse ce
sin docere malunt, doceant reipsa primum et persuadean
cipulis, neque Homerum, neque Hesiodum, neque quem
eorum, quos interpretati sunt, quosque impietatis, amen
et erroris erga Deos condemnarunt, talem esse. Nam ali
cum ex illorum scriptis alantur mercedemque capiant, ava
simos plane et sordidissimos se esse fatentur, paucarum
drachmarum gratia quaelibet sustinere. Atque hactenus quid
multa erant, quae eos templorum aditu prohiberent: et ti
undique impendens excusabat, quo minus verissimae de
sententiae explicarentur. Nunc autem cum Deorum mu
atque concessu libertate potiamur, absurdum mihi videtu
homines docere, quae non bona esse arbitrentur. Quod
iis quae docent, et quorum quasi interpretes sedent, sa
tiam esse ullam arbitrantur, studeant primum illorum in

θεοὺς εὐσέβειαν· εἰ δὲ εἰς τοὺς τιμιωτάτους ὑπολαμβάνουσι πλανᾶσθαι, βαδιζόντων εἰς τὰς τῶν Γαλιλαίων ἐκκλησίας, ἐξηγησόμενοι Ματθαῖον καὶ Λουκᾶν· οἷς πεισθέντες, ἱερείων ὑμεῖς ἀπέχεσθαι νομοθετεῖτε. Βούλομαι ὑμῶν ἐγὼ καὶ τὰς ἀκοὰς, ὡς ἂν ὑμεῖς εἴποιτε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξαναγεννηθῆναι τούτων, ὧν ἔμοιγε εἴη μετέχειν ἀεὶ, καὶ ὅστις ἐμοὶ φίλα νοεῖ τε καὶ πράττει. Τοῖς μὲν καθηγεμόσι καὶ διδασκάλοις οὕτωσὶ κοινὸς κεῖται νόμος. ὁ βουλόμενος γὰρ τῶν νέων φοιτᾷν, οὐκ ἀποκέκλεισται. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ εὔλογον ἀγνοοῦντας ἔτι τοὺς παῖδας ἐφ' ὅ,τι τρέπωνται, τῆς βελτίστης ἀποκλείειν ὁδοῦ, φόβῳ δὲ καὶ ἄκοντας ἄξειν ἐπὶ τὰ πάτρια. Καίτοι δίκαιον ἦν, ὥσπερ τοὺς φρενιτίζοντας, οὕτω καὶ τούτους ἄκοντας ἰᾶσθαι· πλὴν ἀλλὰ συγγνώμην ὑπάρχειν ἅπασι τῆς τοιαύτης νόσου. καὶ γὰρ, οἶμαι, διδάσκειν, ἀλλ' οὐχὶ κολάζειν χρὴ τοὺς ἀνοήτους.

pietatem imitari. Sin in Deos sanctissimos putant ab illis auctoribus peccatum esse, eant in Galilaeorum Ecclesias, ibique Matthaeum et Lucam interpretentur: quibus vos obtemperantes, a victimis abstinere jubetis. Cupio ego et aures, et linguam vestram (sicut vos loqueremini) renasci in iis rebus, quarum utinam et ego sim semper particeps, et omnes qui me diligunt. Doctoribus quidem et praeceptoribus communis haec lex statuatur. Adolescentes enim qui ire volent, minime prohibentur; iniquum siquidem fuerit, pueros adhuc ignaros quo se vertant, ab optima via rejicere, ac metu coactos ad patria instituta deducere. Quamvis justum esset istos tanquam impotentes et insanos, etiam invitos ac repugnantes, curare: attamen liceat omnibus per nos isto morbo detineri. Docere enim amentes, non punire, oportet.

μγ'.

Edesseni Christiani, bonis ecclesiasticis privati, quietem servare jubentur.

Ἐκηβόλῳ.

Ἐγὼ μὲν κέκρικα τοῖς Γαλιλαίοις ἅπασιν οὕτω πρᾴως καὶ φιλανθρώπως, ὥστε μηδένα μηδαμοῦ βίαν ὑπομένειν, μηδὲ εἰς ἱερὸν ἕλκεσθαι, μηδὲ εἰς ἄλλό τι τοιοῦτον ἐπηρεάζεσθαι παρὰ τὴν οἰκείαν πρόθεσιν· οἱ δὲ τῆς Ἀρειανικῆς ἐκκλησίας ὑπὸ τοῦ πλούτου τρυφῶντες ἐπεχείρησαν τοῖς ἀπὸ τοῦ Οὐαλεντίνου καὶ τετολμήκασι τοσαῦτα κατὰ τὴν Ἔδεσσαν, ὅσα οὐδέποτ' ἐν εὐνομουμένῃ πόλει γένοιτ' ἄν. Οὐκοῦν ἐπειδὴ αὐτοῖς ὑπὸ τοῦ θαυμασιωτάτου νόμου προείρηται, ἵν' εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν εὐοδώτερον πορευθῶσι, πρὸς τοῦτο συναγωνιζόμενοι τοῖς ἀνθρώποις, αὐτῶν τὰ χρήματα τῆς Ἐδεσσηνῶν ἐκκλησίας ἅπαντα ἐκελεύσαμεν ἀναληφθῆναι, δοθησόμενα τοῖς στρατιώταις, καὶ τὰ κτήματα τοῖς ἡμετέροις προστεθῆναι πρὸβάτοις· ἵνα πενόμενοι σωφρονῶσι, καὶ μὴ στερηθῶσιν ἧς ἔτι ἐλπίζουσιν, οὐρανίου βασιλείας. Τοῖς οἰκοῦσι δὲ τὴν Ἔδεσσαν προαγορεύομεν ἀπέχεσθαι πάσης στάσεως καὶ φιλονεικίας, ἵν' μὴ τὴν ἡμετέραν φιλανθρωπίαν κινήσαντες, καθ' ὑμῶν αὐτῶν

XLIII.

HECEBOLO.

Equidem de Galilaeis omnibus adeo clementer et humanite statui, ut nemo vim patiatur, neque in templum trahatur neque alia de re ulla praeter voluntatem suam contumeli afficiatur. At qui sunt de Ecclesia Arianorum, luxuriante opibus, in Valentinianos invaserunt, eaque apud Edessam per petraverunt, quae nunquam in civitate bene instituta accidis sent. Quare quod ipsis a lege admirabili imperatum est, qu facilius in regnum caelorum veniant, nos ad id hominibus oper tulimus, eorumque pecunias omnes ab Edessenorum Ecclesi tolli jussimus, ut militi dividantur, et facultates, ut nostr privatis attribuantur: quo illi pauperes facti sapiant, nequ regno caelesti, quod nunc etiam sperant, priventur. Iis autem qui Edessam incolunt, edicimus, ut seditione pugnaque omn

ὑπὲρ τῆς τῶν κοινῶν ἀταξίας δίκην τίσητε, ξίφει καὶ φυγῇ καὶ πυρὶ ζημιωθέντες.

μδ'.

Accepisse se litteras nunciat amici; quem coram videre cupit.

Λιβανίῳ.

Ἄρτι μοι πανσαμένῳ τῆς χαλεπῆς πάνυ καὶ ταχείας νόσου, τῇ τοῦ πάντα ἐφορῶντος προνοίᾳ, γράμματα εἰς χεῖρας ἦλθεν ὑμέτερα, καθ' ἣν ἡμέραν πρῶτον ἐλουσάμην. Δείλης ἤδη ταῦτα ἀναγνοὺς, οὐκ ἂν εἴποις ῥᾳδίως ὅπως ἐρρωννύμην, αἰσθανόμενος τῆς σῆς ἀκραιφνοῦς καὶ καθαρᾶς εὐνοίας. ἧς εἴθε γενοίμην ἄξιος, ὡς ἂν μὴ καταισχύναιμι τὴν σὴν φιλίαν. Τὰς μὲν οὖν ὑμετέρας ἐπιστολὰς εὐθὺς ἀνέγνων, καίπερ οὐ σφόδρα τοῦτο ποιεῖν δυνάμενος· τὰς δὲ τοῦ Ἀντωνίου πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον, εἰς τὴν ὑστεραίαν ἐταμιευσάμην. Ἐκεῖθεν ἑβδόμῃ σοι ταῦτα ἔγραφον ἡμέρᾳ, κατὰ λόγον μοι τῆς ῥώσεως προχωρούσης διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ προμήθειαν. Σώζοιό μοι, ποθεινότατε καὶ φιλτάτε ἀδελφέ. [ὑπὸ τοῦ τὰ πάντα ἐφορῶντος Θεοῦ· ἴδοιμί σε

abstineant, ne, si nostram humanitatem commoverint, vos ipsi pro communi omnium intemperie ac insolentia poenas luatis, gladio, exilio, igne multati.

XLIV.

LIBANIO.

Nuper cum e gravissimo atque acerrimo morbo, Numinis providentia, recreatus essem, vestras accepi litteras, quo die primum balneum intravi. Quas cum vesperi legissem, dici non potest, quam sim confirmatus perspecta tua sincera puraque benevolentia: qua utinam dignus essem, ne dedecori sim amicitiae tuae. Igitur statim litteras vestras legi, quamvis id facere non admodum possem: quas autem Antonius ad Alexandrum mittebat, in posterum diem reservavi. Inde ad te septimo die haec scripsi, cum mihi, Dei providentia, valetudo e sententia procederet. Serveris mihi, optatissime et carissime frater. [a

ἐμὸν ἀγαθόν· καὶ ἰδίᾳ χειρί· νὴ τὴν σωτηρίαν καὶ τὴν ἐμὴν, νὴ τὸν πάντα ἐφορῶντα θεόν· ὡς φρονῶ, γέγραφα. ἀγαθώτατε, πότε σε ἴδω καὶ περιλάβωμαι; νῦν γάρ σου καὶ τοὔνομα, καθάπερ οἱ δυσέρωτες, φιλῶ.]

μέ.

Zeno medicus ab exilio revocatur Alexandriam.

Ζήνωνι.

Πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα σοι μαρτυρεῖ, καὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης εἰς τὰ πρῶτα ἀνήκειν, καὶ ἤθους, καὶ ἐπιεικείας, καὶ βίου σωφροσύνης συμφώνως πρὸς τὴν τέχνην ἔχειν· νῦν δὲ προσῆλθε τὸ κεφάλαιον τῆς μαρτυρίας. Τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων πόλιν ἀπὼν ἐπιστρέφεις εἰς σεαυτόν· τοσοῦτον αὐτῇ κέντρον, ὥσπερ μέλιττα, καταλέλοιπας. Εἰκότως· καλῶς γὰρ εἰρῆσθαι καὶ Ὁμήρῳ δοκεῖ τὸ,

Εἷς ἰητρὸς ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Σὺ δὲ οὐκ ἰατρὸς ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ διδάσκαλος τοῖς βουλομένοις τῆς τέχνης· ὥστε σχεδὸν ὃ πρὸς τοὺς πολλούς εἰσιν οἱ ἰατροὶ,

Deo, qui omnia respicit. Videam te, meum bonum; et propria manu: per salutem tuam ac meam, per omnia respicientem Deum, ut sentio, scripsi. O optime, quando te videbo et complectar? nunc enim et nomen tuum, sicuti perdite amantes solent, diligo].

XLV.

ZENONI.

Cum multae aliae res testificantur te ad summum medicae artis gradum pervenisse, eique parem morum ac vitae temperantiam adjunxisse; tum vero hoc tempore maximum omnium testimonium accessit, quod Alexandriam absens universam in te convertis: tantum ei tuo decessu aculeum tanquam apis reliquisti. Nec sane immerito; praeclare enim Homerus:

Vir medicus par est multorum millibus unus.

Tu vero non tantum medicus es, verum etiam magister omnibus, qui ejus artis studio ducuntur: ut propemodum quod

τοῦτο ἐκείνοις σύ. Λύει δέ σοι τὴν φυγὴν καὶ ἡ πρόφασις αὐτὴ, καὶ μάλα λαμπρῶς. εἰ γὰρ διὰ Γεώργιον μετέστης τῆς Ἀλεξανδρείας, οὐ δικαίως μετέστης, καὶ δικαιότατα ἂν ὀπίσω κατέλθῃς. Κάτιθι τοίνυν ἐπίτιμος, καὶ τὸ πρότερον ἔχων ἀξίωμα· καὶ ἡμῖν κοινὴ πρὸς ἀμφοτέρους χάρις ἀντικείσθω, Ἀλεξανδρεῦσι μὲν Ζήνωνα, σοὶ δὲ ἀποδοῦσα τὴν Ἀλεξάνδρειαν.

μς'.

Praedium amico donat laudibus exornatum.

Ε ὐ α γ ρ ί ῳ.

Συγκτησείδιον μικρὸν ἀγρῶν τεττάρων δοθέντων μοι παρὰ τῆς τίτθης ἐν τῇ Βιθυνίᾳ, τῇ σῇ διαθέσει δῶρον δίδωμι· ἔλαττον μὲν ἢ ὥστε ἄνδρα εἰς περιουσίαν ἐννοῆσαί τι μέγα καὶ ἀποφῆναι ὄλβιον, ἔχον δὲ οὐδὲ ὡς οὐ παντάπασιν ἀτερπῆ τὴν δόσιν, εἴ σοι τὰ καθ' ἕκαστα περὶ αὐτοῦ διέλθοιμι. παίζειν δὲ οὐδὲν κωλύει πρός σε χαρίτων γέμοντα καὶ εὐμουσίας. Ἀπώκισται μὲν τῆς θαλάσσης σταδίους οὐ πλέον εἴκοσι, καὶ οὔτε ἔμπορος, οὔτε ναύτης ἐνοχλεῖ λάλος, καὶ ὑβριστὴς τῷ χωρίῳ.

medici sunt populo, hoc ipse sis medicis. Haec autem causa te liberat exilio, et quidem magnifice. Nam si propter Georgium Alexandria excessisti, non jure excessisti: justissime autem reverti potes. Redi igitur cum honore et dignitate pristina: nobis autem gratia sit apud utrumque, et quia Zenonem Alexandrinis, et quia Zenoni Alexandriam restituimus.

XLVI.

E V'A G R I O.

Parvam acceperam ab avia mea possessionem in Bithynia quatuor agrorum; eamque tuo in me amori dono. Munus est profecto levius, quam ut eo quispiam possit vel de opum abundantia gloriari, vel beatum se praedicare: munus tamen non omnino injucundum, si tibi cuncta ejus bona sigillatim recenseam. Nec sane absurdum sit, tecum, qui elegantiae atque amoenitatis plenus es, jocari. Abest a mari stadia non amplius viginti, neque mercator aut nauta loquax et petulans loco illi

Οὐ μὴν ἀφῄρηται τὰς παρὰ Νηρέως χάριτας παντελῶς· ἔχει δὲ ἰχθὺν πρόσφατον ἀεὶ καὶ ἀσπαίροντα, καὶ ἐπί τινος ἀπὸ τῶν δωμάτων προελθὼν γηλόφου, ὄψει τὴν Θάλατταν τὴν Προποντίδα, καὶ τὰς νήσους, τήν τε ἐπώνυμον πόλιν τοῦ γενναίου βασιλέως· οὐ φυκίοις ἐφεστὼς καὶ βρύοις, οὐδὲ διενοχλούμενος ὑπὸ τῶν ἐκβαλλομένων εἰς τοὺς αἰγιαλοὺς, καὶ εἰς τὰς ψάμμους ἀτερπῶν πάνυ, καὶ οὐδὲ ὀνομαζομένων ἐπὶ μικρόν· ἀλλ' ἐπὶ σμίλακος, καὶ Θύμου, καὶ πόας εὐώδους. Ἡσυχίᾳ δὲ πολλῇ κατακλινομένῳ εἰς τὸ βιβλίον ἀφορῶντι, εἶτα διαναπαύοντι τὴν ὄψιν, ἥδιστον ἐπιδεῖν εἰς τὰς ναῦς καὶ τὴν Θάλατταν. Τοῦτο ἐμοὶ μειρακίῳ κομιδῇ νέῳ πεδίον ἐδόκει φίλτατον· ἔχει γὰρ καὶ πηγὰς οὐ φαύλας, καὶ λουτρὸν οὐκ ἀναφρόδιτον, καὶ κῆπον, καὶ δένδρα· ἀνὴρ δ' ὢν ἤδη, τὴν παλαιὰν ἐκείνην ἐπόθουν δίαιταν, καὶ ἦλθον πολλάκις, καὶ γέγονεν ἡμῖν οὐκ ἔξω λόγου ἡ σύνοδος. Ἔστι δ' ἐνταῦθα καὶ γεωργίας ἐμῆς μικρὸν ὑπόμνημα, φυταλιὰ βραχεῖα, φέρουσα οἶνον εὐώδη τε καὶ ἡδὺν, οὐκ ἀναμένοντά τι παρὰ τοῦ χρόνου προσλαβεῖν. Τὸν Διόνυσον ὄψει, καὶ τὰς Χάριτας. Ὁ βότρυς δὲ ἐπὶ τῆς ἀμπέ-

obstrepit. Sed tamen non propterea Nerei gratiam amittit: habet enim perpetuo piscem recentem et palpitantem; et si domo in tumulum terrae aliquem prodieris, videbis mare Proponticum, atque insulas et urbem nobilissimi Regis nomine appellatam: neque interim in algulis et musco, aut rebus aliis injucundis, quae in littus atque arenas ejiciuntur, et fere non nominantur, versabere; sed in smilace, et thymo, et herbis fragrantibus. Cum vero magna attentione in librum incubueris, et oculos multa lectione defatigatos reficere voles, gratissimus erit maris et navium aspectus. Mihi quidem adolescentulo rus id videbatur gratissimum, quia fontes habet non contemnendos, et balneum non invenustum, praeterea hortum et arbores: cumque vir jam essem, eadem loci illius cupiditate tenebar. Itaque persaepe illuc veni, neque mihi praeter rem fuit loci congressus. Est etiam illic agriculturae meae monumentum exiguum, parva quaedam vinea, quae vinum fert suave et odoriferum, neque temporis diuturnitate vitii quicquam assumens: denique Bacchum et Gratias videbis. Iam uva et cum in vite adhuc pendet, et cum in torculario premitur, odorem

λον, καὶ ἐπὶ τῆς ληνοῦ θλιβόμενος, ἀποζεῖ τῶν ῥόδων· τὸ γλεῦκος δὲ ἐν τοῖς πίθοις ἤδη τοῦ νέκταρός ἐστιν ἀποῤῥὼξ Ὁμήρῳ πιστεύοντι. Τί δῆτα οὐ πολὺ γέγονεν, οὐδ' ἐπὶ πλέθρα πάνυ πολλὰ τοιούτων ἀμπέλων; Τυχὸν μὲν οὐδὲ ἐγὼ γεωργὸς γέγονα πρόθυμος· ἀλλὰ ἐπεὶ ἐμοὶ νηφάλιος ὁ τοῦ Διονύσου κρατὴρ, καὶ ἐπὶ πολὺ τῶν νυμφῶν δέεται, ὅσον εἰς ἐμαυτὸν καὶ τοὺς φίλους (ὀλίγον δέ ἐστι τὸ χρῆμα τῶν ἀνδρῶν) παρεσκευάσμην. Νῦν δή σοι δίδωμι δῶρον, ὦ φίλη κεφαλὴ, μικρὸν μὲν ὅπερ ἐστὶ, χαρίεν δέ φίλῳ παρὰ φίλου, οἴκοθεν οἰκάδε, κατὰ τὸν σοφὸν ποιητὴν Πίνδαρον. Τὴν ἐπιστολὴν ἐπισύρων πρὸς λύχνον γεγράφα. ὥστε εἴ τι ἡμάρτηται, μὴ πικρῶς ἐξέταζε, μήδ' ὡς ῥήτωρ ῥήτορα.

μζ'.

Debitorum vectigalium partem remittit.

Θρᾳξί.

Βασιλεῖ μὲν πρὸς κέρδος ὁρῶντι χαλεπὸν ἂν ὑμῶν ἐφάνη τὸ αἴτημα, καὶ οὐκ ἂν ᾠήθη δεῖν τὴν δημοσίαν εὐπορίαν βλάπτειν

edit rosarum; mustum vero in doliis, jam nectaris est liquor, si Homero credimus. Quaeres fortasse, quamobrem, cum tales essent vites, non tamen multo plura jugera eodem genere conseverim? Quoniam, inquam, neque ipse fortasse valde diligens agricola fui: deinde cum sobrius sit mihi Bacchi calix, magnamque partem nymphis indigeat, tantum vini comparavi, quantum mihi et amicis (quorum exiguus solet esse numerus) satis esse videretur. Nunc igitur illud tibi, o carum caput, dono: exiguum certe, quicquid est; sed tamen gratum amico ab amico, domum domo, ut ait sapiens poeta Pindarus. Epistolam hanc raptim ad lucernam conscripsi. Quare si quid peccatum erit, ne severe neque ut rhetor in rhetorem inquiras.

XLVII.

THRACIBUS.

Imperatori ad lucrum spectanti difficilis vestra postulatio videretur, neque unquam paucorum gratia publicis vectigalibus

τῇ πρός τινας ἰδίᾳ χάριτι. Ἐπεὶ δὲ ἡμεῖς οὐχ ὅτι πλεῖστα παρὰ τῶν ὑπηκόων ἀθροίζειν πεποιήμεθα σκοπὸν, ἀλλ' ὅτι πλείστων ἀγαθῶν αὐτοῖς αἴτιοι γίγνεσθαι, τοῦτο καὶ ὑμῖν ἀπολύσει τὰ ὀφλήματα. Ἀπολύσει δὲ οὐχ ἁπλῶς ἅπαντα, ἀλλὰ μερισθήσεται τὸ πρᾶγμα, τὸ μὲν εἰς ὑμᾶς, τὸ δὲ εἰς τὴν τῶν στρατιωτῶν χρείαν· ἐξ ἧς οὐκ ἐλάχιστα καὶ αὐτοὶ δήπου φέρεσθε, τὴν εἰρήνην καὶ τὴν ἀσφάλειαν. Τοιγαροῦν μέχρι μὲν τῆς τρίτης ἐπινεμήσεως ἀφίεμεν ὑμῖν πάντα, ὅσα ἐκ τοῦ φθάνοντος ἐλλείπει χρόνου· μετὰ ταῦτα δὲ εἰσοίσετε κατὰ τὸ ἔθος. Τιμῖν τε γὰρ ἀφιέμενα χάρις ἱκανή· καὶ ἡμῖν τῶν κοινῶν οὐκ ἀμελητέον. Περὶ τούτου καὶ τοῖς ἐπάρχοις ἐπέσταλκα, ἵν' ἡ χάρις ὑμῖν εἰς ἔργον προχωρήσῃ. Ἐρρωμένους ὑμᾶς οἱ θεοὶ σώζοιεν τὸν ἅπαντα χρόνον.

μή.

Quomodo valeat, amico nunciat, mutuasque litteras poscit.

Ζήνωνι.

Πάντων μὲν ἕνεκά μοι τὸ σῶμα διάκειται μετρίως. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς γνώμης ἔχει καλῶς. Οἶμαι δ' ἐγὼ τούτου

detrimentum afferriis pateretur. Verum quia consilium est nostrum, non quamplurima e subditis colligere, sed quamplurimum eis prodesse: idcirco vobis debita condonamus. Neque tamen omnia, sed pars una vobis, altera militibus cedet: quae quidem et ipsa maxima ex parte vestra erit, cum praesertim pacis et securitatis vestrae causa impendatur. Quare usque ad tertiam indictionem vobis remittimus quaecunque e praeterito tempore reliqua sunt: deinceps autem solvetis, sicut consuetudo postulat. Nam et quae vobis remisimus, satis multa sunt: neque nobis rei publicae rationes sunt negligendae. Hac de re ad praefectos scripsi, ut beneficium vobis verbo datum re persolvatur. Valentes vos Dii per omne tempus servent.

XLVIII.

ZENONI.

Cum omnibus de causis mihi corpus est in mediocri statu valetudinis: tum vero animus recte se habet. Hoc prooemio

προοίμιον εἶναι μηδὲν κρεῖττον ἐπιστολῇ φίλῳ παρὰ φίλου πεμπομένῃ. Τίνος οὖν ἐστι τὸ προοίμιον; αἰτήσεως, οἶμαι. τίς δὲ ἡ αἴτησις; ἐπιστολῶν ἀμοιβαίων· ἃς εἴη γε καὶ κατὰ διάνοιαν ὁμολογῆσαι ταῖς ἐμαῖς, αἴσια παρὰ σοῦ ταὐτὰ πρὸς ἡμᾶς ἐξαγγελλούσας.

μϑ'.

Pontifici Galatiae praecepta tradit, quibus servandis labentem Deorum cultum ille reficiat.

Ἀρσακίῳ ἀρχιερεῖ Γαλατίας.

Ἑλληνισμὸς οὔπω πράττει κατὰ λόγον ἡμῶν, ἕνεκα τῶν μετιόντων αὐτόν· τὰ γὰρ τῶν ϑεῶν λαμπρὰ καὶ μεγάλα, κρείττονα πάσης μὲν εὐχῆς, πάσης δὲ ἐλπίδος· ἵλεως δὲ ἔστω τοῖς λόγοις ἡμῶν Ἀδράστεια. Τὴν γὰρ ἐν ὀλίγῳ τοσαύτην καὶ τηλικαύτην μεταβολὴν οὐδὲ εὔξασθαί τις ὀλίγῳ πρότερον ἐτόλμα. Τί οὖν ἡμεῖς οἰόμεθα ταῦτα ἀρκεῖν, οὐδὲ ἀποβλέπομεν, ὡς μάλιστα τὴν ἀϑεότητα συνηύξησεν ἡ περὶ τοὺς ξένους φιλαν-

melius nullum esse potest epistolae ab amico ad amicum missae. Quid est igitur in hoc prooemio? Petitio, ut opinor. Cujus tandem rei? Epistolarum mutuarum: quae utinam sententiam habeant cum meis congruentem, nobisque de te laeta ac prospera omnia renuntient.

XLIX.

ARSACIO

Pontifici Galatiae.

Quod quidem nondum religio Gentilium ex nostra procedat sententia, impedimento sunt hi qui eam profitentur. Quae autem a Diis nobis donata sunt, ea splendida magnaque sunt, et excellentiora, quam quae omnino vel optari, vel sperari poterant: sit quidem Nemesis verbis nostris propitia. Nam in tam exiguo temporis spatio tantam ac talem rerum mutationem paulo ante ne optare quidem quisquam audebat. Sed quid est causae, cur in hisce, perinde ac si nihil amplius opus esset, conquiescamus, ac non potius convertamus oculos

θρωπία, καὶ ἡ περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν προμήθεια, κα
πεπλασμένη σεμνότης κατὰ τὸν βίον; ὧν ἕκαστον οἶομαι χρ
παρ' ἡμῶν ἀληθῶς ἐπιτηδεύεσθαι. Καὶ οὐκ ἀπόχρη τὸ σὲ μ
εἶναι τοιοῦτον, ἀλλὰ πάντας ἁπαξαπλῶς οἳ περὶ τὴν Γ
τίαν εἰσὶν ἱερεῖς· οὓς ἢ δυσώπησον, ἢ πεῖσον εἶναι σπουδα
ἢ τῆς ἱερατικῆς λειτουργίας ἀπόστησον, εἰ μὴ προσέχοιντο
γυναικῶν καὶ παίδων καὶ θεραπόντων τοῖς θεοῖς, ἀλλὰ
χοιντο τῶν οἰκετῶν, ἢ υἱέων, ἢ τῶν Γαλιλαίων γαμετῶν
βούντων μὲν εἰς τοὺς θεούς, ἀθεότητα δὲ θεοσεβείας π
μώντων. Ἔπειτα παραίνεσον ἱερέα μήτε θεάτρῳ παραβάλ
μήτε ἐν καπηλείῳ πίνειν, ἢ τέχνης τινὸς καὶ ἐργασίας αἰσ
καὶ ἐπονειδίστου προΐστασθαι· καὶ τοὺς μὲν πειθομένους
τοὺς δὲ ἀπειθοῦντας ἐξώθει. Ξενοδοχεῖα καθ' ἑκάστην π
κατάστησον πυκνά, ἵν' ἀπολαύσωσιν οἱ ξένοι τῆς παρ'
φιλανθρωπίας, οὐ τῶν ἡμετέρων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἄλλων
ἂν δεηθῇ χρημάτων. Ὅθεν δὲ εὐπορήσεις, ἐπινενόηταί
τέως. ἑκάστου γὰρ ἐνιαυτοῦ τρισμυρίους μοδίους κατὰ π

ad ea, quibus impia Christianorum religio crevit, id est
benignitatem in peregrinos, ad curam ab illis in mortuis s
liendis positam, et ad sanctimoniam vitae, quam simul
Quorum singula a nobis vere exequenda esse censeo. Ne
satis est, te solum esse talem; sed velim omnes nostros sa
dotes omnino, qui Galatiam incolunt: quos vel minis,
persuasione impellas, ut sint honesti: vel sacerdotali minist
abdices, si non una cum uxoribus, liberis et famulis,
colendis sedulo animos attendant, sed patiantur servos,
filios, aut conjuges Galilaeorum impie in Deos se gerere
impietatem pietati praeponere. Deinde sacerdotem quen
hortare, ne accedat ad spectacula, neve in taberna bibat,
artem aliquam aut opificium turpe infameve exerceat. Et
tibi in his rebus morem gerunt, eis honorem tribuito:
autem resistunt, expellito. Porro xenodochia multa in sin
civitatibus exstruito, ut peregrini nostra benignitate fruan
neque solum hi, qui nostram colunt religionem, sed alii
que, si qui pecuniarum indigeant. At ratio, qua res tib
hoc institutum necessariae abunde suppetant, a me int
excogitata est. Nam triginta millia modiorum tritici in

τὴν Γαλατίαν ἐκέλευσα δοθῆναι σίτου καὶ ἑξακισμυρίους οἴνου ξέστας· ὧν τὸ μὲν πέμπτον εἰς τοὺς πένητας τοὺς τοῖς ἱερεῦσιν ὑπηρετουμένους ἀναλίσκεσθαι φημὶ χρῆναι, τὰ δὲ ἄλλα τοῖς ξένοις καὶ τοῖς μεταιτοῦσιν ἐπινέμεσθαι παρ' ἡμῶν. Αἰσχρὸν γὰρ, εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων οὐδεὶς μεταιτεῖ, τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους· οἱ δὲ ἡμέτεροι τῆς παρ' ἡμῶν ἐπικουρίας ἐνδεεῖς φαίνονται. Δίδασκε δὲ καὶ συνεισφέρειν τοὺς Ἑλληνιστὰς εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας, καὶ τὰς Ἑλληνικὰς κώμας ἀπάρχεσθαι τοῖς θεοῖς τῶν καρπῶν· καὶ τοὺς Ἑλληνικοὺς ταῖς τοιαύταις εὐποΐαις προέθιζε, διδάσκων αὐτοὺς ὡς τοῦτο πάλαι ἦν ἡμέτερον ἔργον. Ὅμηρος γοῦν αὐτὸ πεποίηκεν Εὔμαιον λέγοντα·

Ξεῖν' οὔ μοι θέμις ἔστ', οὔτ' εἰ κακίων σέθεν ἔλθοι,
Ξεῖνον ἀτιμῆσαι· πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες,
Ξεῖνοί τε, πτωχοί τε. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε.

Μὴ δὲ τὰ παρ' ἡμῖν ἀγαθὰ παραζηλοῦν ἄλλοις συγχωροῦντες, αὐτοὶ τῇ ῥαθυμίᾳ καταισχύνοιμεν, μᾶλλον δὲ καταπροδώμεθα

Galatia, et sexaginta millia sextariorum vini in singulos annos dari jussi: quorum quintam partem in pauperes, qui sacerdotibus inserviunt, insumendam esse mando; quod reliquum est, peregrinis et mendicantibus sublevandis distribuendum. Nam turpe profecto est, cum nemo ex Judaeis mendicet, et impii Galilaei non suos modo, sed nostros quoque alant; ut nostri auxilio, quod a nobis ferri ipsis debeat, destituti videantur. Quare doceto gentiles in ejusmodi ministeria pecuniam conferre, et pagos gentilium ex fructibus Diis offerre primitias, atque Deorum cultores ejusmodi beneficentiae officiis assuefacito, planumque illis facito hoc nostrum olim munus fuisse. Nam Homerus Eumaeum sic loquentem facit:

Hospes si nostris succederet advena tectis
Vilior, acciperem placide. Sunt dives, egensque,
A Jove: parvum hoc est, (fateor) sed munus amicum.

Neque autem permittamus, alios nostrorum imitatione bonorum nobis laudem praeripere, ut ipsi propter socordiam turpitudine

τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐλάβειαν. Εἰ ταῦτα πυθοίμην ἐγὼ πράττοντα, μεστὸς εὐφροσύνης ἔσομαι.

Τοὺς ἡγεμόνας ὀλιγάκις ἐπὶ τῆς οἰκίας ὅρα· τὰ πλεῖστα αὐτοῖς ἐπίστελλε. εἰσιοῦσι δὲ εἰς τὴν πόλιν ὑπαντάτω μη αὐτοῖς ἱερέων· ἀλλ' ὅταν εἰς τὰ ἱερὰ φοιτῶσι τῶν θεῶν, τῶν προθύρων. Ἡγείσθω δὲ μηδεὶς αὐτῶν εἴσω στρατιώ ἑπέσθω δὲ ὁ βουλόμενος. Ἅμα γὰρ εἰς τὸν οὐδὸν ἦλθε τεμένους, καὶ γέγονεν ἰδιώτης. ἄρχεις γὰρ αὐτὸς, ὡς οἶσ τῶν ἔνδον· ἐπεὶ καὶ ὁ θεῖος ταῦτα ἀπαιτεῖ θεσμός. Κα μὲν πειθόμενοι κατὰ ἀλήθειαν εἰσὶ θεοσεβεῖς· οἱ δὲ ἀντ μενοι τοῦ τύφου, δοξοκόποι εἰσὶ καὶ κενόδοξοι.

Τῇ Πεσσινοῦντι βοηθεῖν ἕτοιμός εἰμι, εἰ τὴν Μητέρα θεῶν ἵλεων καταστήσουσιν ἑαυτοῖς. Ἀμελοῦντες δὲ αὐ οὐκ ἀμεμπτοι μόνον, ἀλλὰ πικρὸν εἰπεῖν μὴ καὶ τῆς ἡμῶν ἀπολαύσωσι δυσμενείας.

Οὐ γάρ μοι θέμις ἐστὶ κομιζέμεν, ἢ ἐλεαίρειν
Ἄνδρας, οἳ καὶ θεοῖσιν ἀπέχθωντ' ἀθανάτοισιν.

et infamia afficiamur; immo potius, ne pietatem erga Deos p tus prodere videamur. Quod si te ista sedulo obire accep maxima sane laetitia gestiam.

Praesides domi raro invisas: sed scribas ad eos litteras pissime. Ingredientibus illis in urbem nemo sacerdos obv prodeat: nisi quando ad templa Deorum accedunt, solum i vestibula. Eos intrantes nullus miles praecedat: sequatur aut qui vult. Nam simul ut ingreditur limen delubri, privati sonam induit; siquidem ipse, ut nosti, his qui intus praees, propterea quod divina lex istud postulat. Et qui parent, sunt revera pii: qui autem prae arrogantia resistu ostentatores sunt, et inanis gloriae appetentes.

Pessinunti opem ferre paratus sum, dummodo matrem D rum sibi propitiam reddant. At si eam contemnant, non m querendi praetextu carent, verum etiam, quod dictu acerl est, in gravissimam apud nos offensionem incurrent.

Nam scelus infandum est, dextram praestare benignam
Illis, qui superis indicunt bella beatis.

Πεῖθε τοίνυν αὐτοὺς, εἰ τῆς παρ' ἐμοῦ κηδεμονίας ἀντέχονται, παιδημεὶ τῆς Μητρὸς τῶν Θεῶν ἱκέτας γενέσθαι.

ν'.

Lepide Nili incrementum significat ei, qui id ex officio ipsi nunciare debuerat.

Ἰουλιανὸς Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου.

Ἡ μὲν παροιμία φησίν· ἐμοὶ σὺ διηγῇ τοὐμὸν ὄναρ. ἐγὼ δὲ ἔοικά σοι τὸ σὸν ὕπαρ ἀφηγεῖσθαι. Πολὺς, φησὶν, ὁ Νεῖλος ἀρθεὶς μετέωρος τοῖς πήχεσιν, ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον. εἰ δὲ καὶ τὸν ἀριθμὸν ἀκοῦσαι ποθεῖς, εἰς τὴν εἰκάδα τοῦ Σεπτεμβρίου τρὶς πέντε. Μηνύει δὲ ταῦτα Θεόφιλος ὁ στρατοπεδάρχης. Εἰ τοίνυν ἠγνόησας αὐτὸ, παρ' ἡμῶν ἀκούων, εὐφραίνου.

Persuade igitur illis, ut, si a me curam de se suscipi cupiant, omnes una se Deorum matri supplices praebeant.

L.

JULIANUS ECDICIO

Praefecto Aegypti.

Meum tu mihi somnium narras; ait proverbium. At ego verum tibi visum tuum narraturus videor. Nilus, ut ferunt, multis in altum cubitis elatus in universam exundavit Aegyptum. Ac si cubitorum quoque numerum audire vis, A. D. XII. Cal. Oct. quindecim deprehensi sunt. Significavit hoc Theophilus castrorum praefectus. Quam ob rem si id nescisti hactenus, a nobis audiens gaudeto.

νά.

Negat Alexandrinorum petitum, ut exulem Athanasium redire sineret. Qua occasione illos a christiana fide avertere conatur. Denique Athanasium ab universa Aegypto relegat.

Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσιν.

Εἰ μέν τις τῶν ἄλλων ἦν ὑμῶν οἰκιστὴς, οἳ τὸν ἑαυτοῦ παραβάντες νόμον, ἀπέτισαν ὁποίας ἦν εἰκὸς δίκας, ἑλόμενοι μὲν ζῆν παρανόμως, εἰσαγαγόντες δὲ κήρυγμα, καὶ διδασκαλεῖον νεαρὰν, λόγον εἶχεν οὐδ' ὡς Ἀθανάσιον ὑφ' ὑμῶν ἐπιζητεῖσθαι. Νυνὶ δὲ κτίστου μὲν ὄντος Ἀλεξάνδρου τῆς πόλεως, ὑπάρχοντος δὲ ὑμῖν πολιούχου θεοῦ τοῦ βασιλέως Σαράπιδος, ἅμα παρέδρῳ κόρῃ, καὶ τῇ βασιλίδι τῆς Αἰγύπτου πάσης Ἴσιδι * * * τὴν ὑγιαίνουσαν οὐ ζηλοῦντες πόλιν· ἀλλὰ τὸ νοσοῦν μέλος ἐπιφημίζειν ἑαυτῷ τολμᾷ τὸ τῆς πόλεως ὄνομα.

Λίαν αἰσχύνομαι νὴ τοὺς θεοὺς, ἄνδρες Ἀλεξανδρεῖς, εἰ ὅλως Ἀλεξανδρέων ὁμολογεῖ Γαλιλαῖος εἶναι. Τῶν ὡς ἀληθῶς Ἑβραίων οἱ πατέρες Αἰγυπτίοις ἐδούλευον πάλαι. νυνὶ δὲ ὑμ

LI.

JULIANUS ALEXANDRINIS.

Etsi alius quispiam vestrae conditor urbis esset ex iis, suas ipsi leges transgressi meritas poenas eo ipso persolveru quod et nefariam vitam sponte sua delegerunt, et nov dogmatis doctrinaeque genus invexerunt; ne tum quidem d derari a vobis aequum esset Athanasium. Nunc vero, cum urbis vestrae conditorem habeatis Alexandrum; et tutel vobis praesesque sit Deus ille rex Sarapis, una cum assest puella, et Aegypti regina totius Iside, * * * minime sa civitatem imitantes. Verum male affecta pars audet civit nomen assumere.

Equidem pudore, per Deos, haud mediocri teneor, Alex drini, quod ullus apud vos Galilaeum se esse fateri aud Hebraeorum quondam verorum parentes Aegyptiis servieb

ἄνδρες Ἀλεξανδρεῖς Αἰγυπτίων κρατήσαντες· ἐκράτησε γὰρ ὁ πίστης ὑμῶν τῆς Αἰγύπτου· τοῖς κατωλιγωρηκόσι τῶν πατρίων νομάτων δουλείαν ἐθελούσιον, ἄντικρυς τῶν παλαιῶν δεσμῶν φίστασθε. καὶ οὐκ εἰσέρχεται μνήμη τῆς παλαιᾶς ὑμᾶς ἐκείνης εὐδαιμονίας, ἡνίκα ἦν κοινωνία μὲν πρὸς Θεοὺς Αἰγύπτῳ τῇ πάσῃ, πολλῶν δὲ ἀπηλαύομεν ἀγαθῶν. Ἀλλ' οἱ νῦν εἰσαγαγόντες ὑμῖν τὸ καινὸν τοῦτο κήρυγμα, τίνος αἴτιοι γεγόνασιν ἀγαθοῦ τῇ πόλει; φράσατέ μοι. Κτίστης ὑμῖν ἦν ἀνὴρ Θεοσεβὴς Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών, οὔτι μὰ Δία κατά τινα τούτων ὤν· οὐδὲ κατὰ πάντας Ἑβραίους μακρῷ γεγονότας αὐτῶν κρείττονας. Ἐκείνων μὲν οὖν καὶ ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος ἦν ἀμείνων. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ Ῥωμαίοις ἐπὶ ἄμιλλαν ἰὼν, ἀγῶνα παρεῖχεν. Τί οὖν μετὰ τὸν κτίστην οἱ Πτολεμαῖοι, τὴν πόλιν ὑμῶν, ὥσπερ γνησίαν θυγατέρα, παιδοτροφήσαντες; Οὔτι τοῖς Ἰησοῦ λόγοις ηὔξησαν αὐτήν· οὐδὲ τῇ τῶν ἐχθίστων Γαλιλαίων διδασκαλίᾳ, τὴν οἰκονομίαν αὐτῇ ταύτην, ὑφ' ἧς νῦν ἐστιν εὐδαίμων, ἐξειργάσαντο. Τρίτον, ἐπειδὴ Ῥωμαῖοι κύριοι γεγόναμεν αὐτῆς, ἀφελόμενοι τοὺς Πτολεμαίους οὐ καλῶς ἄρχοντας· ὁ Σεβαστὸς δὲ ἐπιδημήσας ὑμῶν τῇ πόλει, καὶ πρὸς τοὺς ὑμετέ-

dit vos, Alexandrini modo, qui Aegyptum subegistis: (hanc enim conditor vester sibi subjecit:) patriorum dogmatum contemtoribus servire sponte contra antiqua jura sustinetis; neque priscae illius felicitatis recordamini, quae tum suppetebat, cum et communionem cum Diis Aegyptus habebat omnis, et in multa bonorum abundantia viveremus. At illi, qui novam hanc vobis religionem invehunt, cujus tandem auctores boni civitati fuerint vestrae, dicite. Conditor vobis obtigit pius erga Deos vir Alexander Macedo; non istorum utique similis, neque Hebraeorum omnium, qui longe illis antecelluerunt. Iisdem porro Lagi quoque filius Ptolemaeus praestitit. Nam Alexander Romanos ipsos, si cum iis certasset, in discrimen adduxisset. Quid deinde post conditorem vestrum Ptolemaei, vestram civitatem, velut germanam filiam, a primis annis educantes? Non Jesu sermonibus eam ad incrementum evexerunt: neque invisorum Galilaeorum doctrina tantam hanc, quae beatam nunc illam facit, administrationem rerum copiamque pepererunt. Tertio, postquam nos Romani compotes illius urbis fuimus, quam

ρους πολίτας διαλεχθείς· «Ἄνδρες, εἶπεν, Ἀλεξανδρεῖς, ἀφίημι τὴν πόλιν αἰτίας πάσης, αἰδοῖ τοῦ μεγάλου Θεοῦ Σαράπιδος αὐτοῦ τε ἕνεκα τοῦ δήμου, καὶ τοῦ μεγέθους τῆς πόλεως· αἰτία δέ μοι τρίτη τῆς εἰς ὑμᾶς εὐνοίας ἐστὶ καὶ ὁ ἑταῖρος Ἄρειος. Ἦν δὲ ὁ Ἄρειος οὗτος πολίτης μὲν ὑμέτερος, Καίσαρος δὲ τοῦ Σεβαστοῦ συμβιωτὴς, ἀνὴρ φιλόσοφος.

Τὰ μὲν οὖν ἰδίᾳ περὶ τὴν πόλιν ὑμῶν ὑπάρξαντα παρὰ τῶν Ὀλυμπίων Θεῶν, ὡς ἐν βραχεῖ φράσαι, τοιαῦτα· σιωπῶ δὲ διὰ τὸ μῆκος ταῦτα τὰ πολλά. Τὰ δὲ κοινῇ καθ' ἡμέραν οὐκ ἀνθρώποις ὀλίγοις, οὐδὲ ἑνὶ γένει, οὐδὲ μιᾷ πόλει, παντὶ δὲ ὁμοῦ τῷ κόσμῳ παρὰ τῶν ἐπιφανῶν Θεῶν δεδομένα, πῶς ὑμεῖς οὐκ ἴστε; Μόνοι τῆς ἐξ Ἡλίου κατιούσης αὐγῆς ἀναισθήτως ἔχετε; μόνοι θέρος οὐκ ἴστε, καὶ χειμῶνα παρ' αὐτοῦ γινόμενον μόνοι, ζωογονούμενα καὶ φυόμενα παρ' αὐτοῦ τὰ πάντα; τὴν δὲ ἐξ αὐτοῦ, καὶ παρ' αὐτοῦ δημιουργὸν τῶν ὅλων Σελήνην οὖσαν οὐκ αἰσθάνεσθε πόσων ἀγαθῶν αἰτία τῇ πόλει γίνεται. Καὶ τούτων μὲν τῶν Θεῶν οὐδένα προσκυνεῖν τολμᾶτε· ὃν δὲ

Ptolemaeis haud recte imperantibus eripuimus; Augustus a eam veniens, et ad vestros cives verba faciens: *O cives*, inquit *Alexandrini! urbi vestrae culpam omnem remitto, cum ob magn Dei Sarapidis reverentiam, tum propter populum ipsum, ac civ tatis amplitudinem. Accedit meae erga vos benevolentiae ter mihi causa, amicus meus Arius.* Erat autem Arius iste civ vester, et Augusti Caesaris contubernalis, professione Phil sophus.

Quae privatim igitur in civitatem vestram coelestium Deor beneficio commoda redundarunt, ejusmodi fere, ut pau eloquar, fuerunt. Nam id genus pleraque, ne sim longi omitto. Quae autem communiter quotidie, non in pau homines, nec in unum aliquod genus, unamque civitate sed in mundum universum ab illustribus Diis bona proficiscunt qui tandem non agnoscitis? An soli splendoris illius a S manantis sensum nullum habetis? soli aestatem et hiemem illo fieri nescitis? soli, vegetari ab eo producique penitus u versa? Jam illam, ab eodem ac per eundem, molitricem omni Lunam non videtis quantas commoditates afferat civitati? Atq nullum istorum audetis adorare numinum. Hunc vero, qu

οὔτε ὑμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν ἑωράκασιν Ἰησοῦν οἴεσθε χρῆναι Θεὸν Λόγον ὑπάρχειν. ὃν δὲ ἐξ αἰῶνος ἅπαν ὁρᾷ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, καὶ βλέπει, καὶ σέβεται, καὶ σεβόμενον εὖ πράττει· τὸν μέγαν Ἥλιον λέγω, τὸ ζῶν ἄγαλμα, καὶ ἔμψυχον, καὶ ἔννουν, καὶ ἀγαθοεργὸν τοῦ νοητοῦ πατρὸς, * * * εἴ τι μοι πείθεσθε παραινοῦντι, καὶ μικρὰ ὑμᾶς αὐτοὺς ἐπανάγετε πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Οὐχ ἁμαρτήσεσθε τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ πειθόμενοι τῷ πορευθέντι κἀκείνην τὴν ὁδὸν ἄχρις ἐτῶν εἴκοσι, καὶ ταύτην, ἰδοὺ, σὺν θεοῖς πορευομένῳ δωδέκατον ἔτος.

Εἰ μὲν οὖν φίλον ὑμῖν πείθεσθαι, μειζόνως εὐφρανεῖτε· τῇ δεισιδαιμονίᾳ δὲ καὶ κατηχήσει τῶν πανούργων ἀνθρώπων ἰσμένειν· εἴπερ ἐθέλοιτε, τὰ πρὸς ἀλλήλους ὁμονόειτε, καὶ τὸν Ἀθανάσιον μὴ ποθεῖτε. Πολλοὶ πάντως εἰσὶ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν δυνάμενοι τὰς ἀκοὰς ὑμῶν κνηστιώσας καὶ δεομένας ἀσεβῶν ῥημάτων ἱκανῶς παραμυθήσασθαι. Ὤφελε γὰρ Ἀθανασίῳ μόνῳ ἡ τοῦ δυσσεβοῦς αὐτοῦ διδασκαλεῖον κατακεκλεῖσθαι μοχθηρία! νῦν δέ ἐστι πλῆθος ὑμῶν οὐκ ἀγεννές· καὶ πρᾶγμά τι οὐδέν. Ὃν γὰρ ἂν ἕλησθε τοῦ πλήθους, ὅσα γε εἰς τὴν τῶν

neque vos, neque patres vestri videre, Jesum Deum esse Verbum creditis oportere. Quem autem ex aeterno genus omne videt atque intuetur hominum, et veneratur, ac venerando beliciter degit; magnum dico Solem illum; vivum, et animatum, meateque praeditum, ac beneficum simulacrum intelligibilis patris; * * * si quid hortanti mihi creditis, et vos paululum ipsos ad veritatem reflectitis. Non enim a recto tramite aberratis, si ei fidem habeatis, qui ad annum usque vicesimum rectis illa via progressus est; et hanc alteram modo duodecimum jam insistit annum.

Vos igitur, si monenti mihi obtemperare vultis, majorem laetitiam afferetis. Sin est, ut in illa superstitione et callidorum hominum institutione perseveretis malitis; at mutuam inter vos concordiam retinete, neque Athanasium desiderate. Sunt enim ex ejus discipulis utique complures, qui prurientibus ac sermonibus impiis expleri cupientibus auribus vestris abunde satisfaciant. Utinam enim Athanasio solo sacrilegae ipsius schola circumscripta esset improbitas! Sed est in vobis ejusmodi non improbilis multitudo: ac ne id quidem est difficile factu. Nam

γραφῶν διδασκαλίαν ἥκει, χείρων οὐδέν ἐστι τοῦ παρ' ὑμῶν ποθουμένου. Εἰ δὲ τῆς ἄλλης ἐντρεχείας ἐρῶντες Ἀθανασίου (πανοῦργον γὰρ εἶναι τὸν ἄνδρα πυνθάνομαι) ταύτας ἐποιήσασθε τὰς δεήσεις, ἴστε διὰ τοῦτο αὐτὸν ἀπεληλαμένον τῆς πόλεως. Ἀνεπιτήδειον γὰρ φύσει προστάτευών δήμου πολυπράγμων ἀνήρ. εἰ δὲ μηδὲ ἀνήρ, ἀλλ' ἀνθρωπίσκος εὐτελής· καθάπερ οὗτος ὁ μέγας οἰόμενος περὶ τῆς κεφαλῆς κινδυνεύειν· τοῦτο δὲ δίδωσιν ἀταξίας ἀρχήν. Ὅθεν οὖν, ἵνα μὴ γένηται τοιοῦτο πρὸς ὑμᾶς μηδὲν, ἀπελθεῖν αὐτῷ προηγορεύσαμεν τῆς πόλεως πάλαι· ἤννι δὲ καὶ Αἰγύπτου πάσης.

Προτεθήτω τοῖς ἡμετέροις πολίταις Ἀλεξανδρεῦσιν.

νβ'.

Queritur de Christianis, praesertim Clericis, ut seditionum studiosis. Tum Bostrenos concitat, ut ab episcopo Tito calumniae poenas repetant.

Ἰουλιανὸς Βοστρηνοῖς.

Ὤμην ἐγὼ τοὺς τῶν Γαλιλαίων προστάτας ἕξειν μοι μείζονα χάριν, ἢ τῷ φθάσαντι πρὸ ἐμοῦ τὴν ἀρχὴν ἐπιτροπεῦσαι.

quicunque tandem e populo delectus erit a vobis, quod ad scripturarum enarrationem pertinet, nihilo est eo, qui optatur a vobis, deterior. Sin, quod reliqua vos Athanasii solertia delectat, (veteratorem enim esse hominem illum audio) idcirco mihi pro eo supplicastis; scitote hac ipsa de causa urbe illum ejectum fuisse. Etenim parum commoda per sese res est, vir populo praesidens, ac multiplicium rerum novandarum cupidus. Quod si ne ille quidem vir est, sed contemtus homuncio: qualis iste Magnus, qui de capite periclitari existimat: hoc vero publicae perturbationis initium est. Quamobrem, ne quid simile apud vos contingat, cedere illum pridem civitate jussimus; nunc vero Aegypto etiam universa.

Proponatur civibus nostris Alexandrinis.

LII.

JULIANUS BOSTRENIS.

Equidem Galilaeorum praesules majorem mihi gratiam, quam ei, qui ante me imperio praefuit, habituros putabam. Nam

Συνέβη γὰρ ἐπὶ μὲν ἐκείνου τοὺς πολλοὺς αὐτῶν καὶ φυγαδευθῆναι, καὶ διωχθῆναι, καὶ δεσμευθῆναι, πολλὰ δὲ ἤδη καὶ σφαγῆναι πλήθη τῶν λεγομένων αἱρετικῶν· ὡς ἐν Σαμοσάτοις, καὶ Κυζίκῳ, καὶ Παφλαγονίᾳ, καὶ Βιθυνίᾳ, καὶ Γαλατίᾳ, καὶ πολλοῖς ἄλλοις ἔθνεσιν ἄρδην ἀνατραπῆναι πορθηθείσας κώμας. Ἐπ' ἐμοῦ δὲ τοὐναντίον. οἵ τε γὰρ ἐξορισθέντες ἀφείθησαν, καὶ οἱ δημευθέντες ἀπολαμβάνειν τὰ σφέτερα ἅπαντα νόμῳ παρ' ἡμῶν ἔλαβον. Οἵ δ' εἰς τοσοῦτον λυσσομανίας ἦκουσι καὶ ἀπονοίας, ὥςτε, ὅτι μὴ τυραννεῖν ἔξεστιν αὐτοῖς, μηδὲ ἃ ποτὲ ἐπραττον μετ' ἀλλήλων, ἔπειτα καὶ ἡμᾶς τοὺς θεοσεβεῖς εἰργάζοντο, διατιθέναι, παροξυνόμενοι πάντα κινοῦσι λίθον, καὶ συνταράττειν τολμῶσι τὰ πλήθη, καὶ στασιάζειν· ἀσεβοῦντες μὲν εἰς τοὺς θεοὺς, ἀπειθοῦντες δὲ τοῖς ἡμετέροις προστάγμασι, καίπερ οὕτως οὖσι φιλανθρώποις. Οὐδένα γοῦν αὐτῶν ἄκοντα πρὸς βωμοὺς ἐῶμεν ἕλκεσθαι· διαῤῥήδην δὲ αὐτοῖς προαγορεύομεν, εἴ τις ἑκὼν χερνίβων καὶ σπονδῶν ἡμῖν ἐθέλει κοινωνεῖν, καθάρσια προσφέρεσθαι πρῶτον, καὶ τοὺς ἀποτροπαίους ἱκετεύειν θεούς. Οὕτω πόῤῥω τυγχάνομεν τοῦ διά τινα τῶν δυσ-

imperante illo plerique ex iis relegati, ac in jus rapti, vinctique sunt; tum eorum, quos haereticos vocant, turbae quamplurimae jugulatae sunt: adeo ut Samosatis, et in Cyzico, Paphlagonia, Bithynia, et Galatia, aliisque gentibus integri pagi vastati sint ac funditus eversi. Me vero rerum potiente contra accidit. Nam et relegatis permissus est reditus; et quorum bona publicata fuerant, edicto nostro omnia sua recuperarunt. At illi eo furoris ac vecordiae venerunt, ut, quia tyrannice grassari iis amplius non licet, nec ea, quae in se primum invicem, tum in nos quoque pios numinum cultores moliebantur, perpetrare possunt, iracundia perciti nullum non lapidem moveant, neque miscere tumulto populos et ad seditionem incitare vereantur. In quo et adversus Deos impii sunt, et adversus edicta nostra, quamlibet humanitatis plena, contumaces. Sane neminem istorum trahi ad aras nostras invitum patimur. Quin iis aperte denunciamus; si quis sponte lustrationum libationumque particeps esse nobiscum velit, adhibere piacula primum oportere, et averruncos exorare Deos. Tantum ab eo absumus, ut privatim sacrilegorum quempiam

σεβῶν ἐθελῆσαί ποτε ἢ διανοηθῆναι τῶν παρ' ἡμῖν εὐαγῶν μεταλαχεῖν θυσιῶν, πρὶν τὴν μὲν ψυχὴν ταῖς λιτανείαις πρὸς τοὺς θεοὺς, τὸ δὲ σῶμα τοῖς νομίμοις καθαρσίοις καθήρασθαι.

Τὰ γοῦν πλήθη τὰ παρὰ τῶν λεγομένων Κληρικῶν ἐξηπατημένα πρόδηλον, ὅτι ταύτης ἀφαιρεθείσης στασιάζει τῆς ἀδείας. Οἱ γὰρ εἰς τοῦτο τετυραννηκότες οὐκ ἀγαπῶσιν, ὅτι μὴ τίνουσι δίκην ὑπὲρ ὧν ἔπραξαν κακῶς· ποθοῦντες δὲ τὴν προτέραν δυναστείαν, ὅτι μὴ δικάζειν ἔξεστιν αὐτοῖς, καὶ γράφειν διαθήκας, καὶ ἀλλοτρίους σφετερίζεσθαι κλήρους, καὶ τὸ πάντα ἑαυτοῖς προσνέμειν, πάντα κινοῦσιν ἀκοσμίας κάλων· καὶ, τὸ λεγόμενον, πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύουσι· καὶ τοῖς προτέροις κακοῖς μείζονα ἐπιθεῖναι τολμῶσιν, εἰς διάστασιν ἄγοντες τὰ πλήθη. Ἔδοξεν οὖν μοι πᾶσι τοῖς δήμοις προαγορεῦσαι διὰ τοῦδε διατάγματος, καὶ φανερὸν καταστῆσαι, μὴ συστασιάζειν τοῖς Κληρικοῖς, μηδὲ ἀναπείθεσθαι παρ' αὐτῶν λίθους αἴρειν, μήτε ἀπιστεῖν τοῖς ἄρχουσιν, ἀλλὰ συνιέναι μὲν ἕως ἂν ἐθέλωσιν, εὔχεσθαι δὲ ἃς νομίζουσιν εὐχὰς περὶ ἑαυτῶν· εἰ δὲ ἀναπεί-

velimus unquam, aut vel levissime cogitemus, in sacrorum illorum, quae penes nos sunt religiosissima, communionem recipere, priusquam et animam supplicationibus ad Deos, et corpus legitimis purgationibus expiatum habeat.

Vulgus igitur ab iis, qui Clerici vocantur, in errorem inductum illa ipsa, quam dixi, impunitate ac licentia ei detracta, perspicue tumultus excitat. Nam qui ad id usque tempus tyrannidem gesserunt, non hoc ipso contenti sunt, quod praeteritorum criminum poenas nullas luant: sed prioris dominationis cupidi, quoniam neque jus dicere amplius illis permittitur, neque testamenta scribere, aut alienas haereditates intervertere, et ad sese omnia transferre; omnes, ut ita dicam, petulantiae rudentes explicant, et, quod est in proverbio, ignem in ignem derivare, ac priora mala majoribus cumulare non dubitant, dum civitatum populos seditionibus invicem committunt. Quocirca populis omnibus praesenti edicto denunciare ac notum facere voluimus: ne cum Clericis una seditiones faciant, neque ab ipsis induci se sinant, ut vel lapides tollant, vel magistratibus non obtemperent; sed ut conventus quidem suos frequentent, quoad illis videbitur, et quas habent constitutas pro se preces

δοιεν ὑπὲρ ἑαυτῶν στασιάζειν, μηκέτι συνᾴδειν, ἵνα μὴ δίκην δῶσι.

Ταῦτα δέ μοι παρέστη τῇ Βοστρηνῶν ἰδίᾳ προαγορεῦσαι πόλει, διὰ τὸ τὸν ἐπίσκοπον Τίτον καὶ τοὺς Κληρικοὺς ἐξ ὧν ἐπέδοσαν βιβλίων, τοῦ μετὰ σφῶν πλήθους κατηγορηκέναι· τῶν μὲν παραινούντων τῷ πλήθει μὴ στασιάζειν, ὁρμωμένου δὲ τοῦ πλήθους πρὸς ἀταξίαν. Ἐν γοῦν τοῖς βιβλίοις καὶ αὐτὴν, ἣν ἐτόλμησεν ἐγγράψαι, τὴν φωνὴν ὑπέταξά μου τῷδε τῷ διατάγματι. «καί τοι Χριστιανῶν ὄντων ἐφαμίλλων τῷ πλήθει τῶν Ἑλλήνων, κατεχομένων δὲ τῇ ἡμετέρᾳ παραινέσει μηδένα μηδαμοῦ ἀτακτεῖν.» ταῦτα γάρ ἐστιν ὑπὲρ ὑμῶν τοῦ ἐπισκόπου τὰ ῥήματα. Ὁρᾶτε ὅπως τὴν ὑμετέραν εὐταξίαν οὐκ ἀπὸ τῆς ὑμετέρας εἶναί φησι γνώμης· οἵ γε ἄκοντες, ὥς γε εἶπε, κατέχεσθε διὰ τὰς αὐτοῦ παραινέσεις. Ὡς οὖν κατήγορον ὑμῶν ἑκόντες τῆς πόλεως διώξατε· τὰ πλήθη δὲ ὁμονόειτε πρὸς ἀλλήλους. καὶ μηδεὶς ἐναντιούσθω, μηδὲ ἀδικείτω· μήθ' οἱ πεπλανημένοι τοῖς ὀρθῶς καὶ δικαίως τοὺς θεοὺς θεραπεύουσι κατὰ τὰ ἐξ αἰῶνος ἡμῖν παραδεδομένα,

obeant; sin iidem suapte causa ad seditiones illos vocent, minime iis assentiantur, ne poenis subjaceant.

Haec porro Bostrenorum civitati privatim denunciare volui, quod episcopus Titus et Clerici in libellis, quos obtulerunt, in populum, qui apud se est, crimen omne contulerunt: tanquam se frustra cives a seditione revocantibus, ii nihilominus ad turbas ac tumultus decurrerint. Sane verba ipsa, quae in oblatis libellis inserere ausus est, praesenti edicto subjeci: *Cum tamen Christiani gentilibus haud inferiores numero essent; sed hortatu nostro continerentur, ne quis uspiam tumultuari vellet.* Haec enim de vobis verba sunt episcopi. Videte quemadmodum modestiam vestram non ex animi vestri proposito venisse dicat: utpote qui inviti, ut ait ipse, cohortatione sua repressi a seditione temperetis. Quamobrem vos illum, tanquam accusatorem vestrum, e civitate sponte pellite: cives autem concordiam mutuo retinete; ita ut nemo adversetur, aut injuriam faciat alteri: neque vos qui in errore estis, aliis, qui Deos recte justeque venerantur iis ritibus, qui nobis ab omni aeternitate traditi sunt; neque Deorum cultores illorum aedibus, qui igno-

μήδ' οἱ θεραπευταὶ τῶν θεῶν λυμαίνεσθε ταῖς οἰκίαις, ἢ διαρπάζετε τῶν ἀγνοίᾳ μᾶλλον, ἢ γνώμῃ πεπλανημένων. λόγῳ δὲ πείθεσθαι χρὴ καὶ διδάσκεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὐ πληγαῖς, οὐδὲ ὕβρεσιν, οὐδὲ αἰκισμῷ τοῦ σώματος. Αὖθίς τε καὶ πολλάκις παραινῶ τοῖς ἐπὶ τὴν ἀληθῆ θεοσέβειαν ὁρμωμένοις, μηδὲν ἀδικεῖν τῶν Γαλιλαίων τὰ πλήθη, μηδὲ ἐπιτίθεσθαι, μηδὲ ὑβρίζειν εἰς αὐτούς. Ἐλεεῖν δὲ χρὴ μᾶλλον, ἢ μισεῖν τοὺς ἐπὶ τοῖς μεγίστοις πράττοντας κακῶς. μέγιστον γὰρ τῶν καλῶν ὡς ἀληθῶς ἡ θεοσέβεια· καὶ τοὐναντίον τῶν κακῶν ἡ δυσσέβεια. Συμβαίνει δὲ τοὺς ἀπὸ θεῶν ἐπὶ τοὺς νεκροὺς καὶ τὰ λείψανα μετατετραμμένους ταύτην ἀποτίσαι τὴν ζημίαν. ὡς τοῖς μὲν ἐνεχομένοις τινὶ συναλγοῦμεν, τοῖς δὲ ἀπολυομένοις καὶ ἀφιεμένοις ὑπὸ τῶν θεῶν συνηδόμεθα.

Ἐδόθη τῇ τῶν Καλανδῶν Αὐγούστου ἐν Ἀντιοχείᾳ.

rantia magis, quam animi consilio in errore versantur, vim inferte, aut eas diripite. Quippe oratione persuaderi docerique sátius est homines, quam verberibus, ac contumeliis, corporumque suppliciis. Ergo iterum ac saepius eos admoneo, qui in veram religionem voluntate sua feruntur, ne qua injuria Galilaeos afficiant; neve in eos impetum faciant, aut contumeliis vexent. Etenim misericordia potius illi, quam odio digni sunt, qui maximis in rebus calamitatem patiuntur. Est autem ut bonorum omnium revera maximum pietas, ac religio; sic contra maximum malorum, impietas. Cujusmodi sibi damnum inferunt qui a Diis immortalibus ad mortuos et eorum reliquias sese transferunt. Ac qui in malo aliquo versantur, eorum vicem dolemus: de iis vero, qui liberati et a Diis exemti sunt, plurimum gratulamur.

Datum Calèndis Augusti, Antiochiae.

νγ'.

Demonstrat gaudium ex Jamblichi litteris perceptum. Ejusdem absentiam dolet.

Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ.

Ὦ Ζεῦ, πῶς ἔχει καλῶς, ἡμᾶς μὲν ἐν Θρᾴκῃ διάγειν μέσῃ, καὶ τοῖς ἐνταῦθα σιροῖς ἐγχειμάζειν· παρ' Ἰαμβλίχου δὲ τοῦ καλοῦ, καθάπερ ἐφ' ὁρον τινὸς ἔαρος, ἡμῖν τὰς ἐπιστολὰς ἀντὶ χιλιάδνων πέμπεσθαι· καὶ μήτε ἡμῖν εἶναι μηδέπω παρ' αὐτὸν ἐλθεῖν, μήτ' αὐτῷ παρ' ἡμᾶς ἥξειν ἐξεῖναι. Τίς ἂν ἐκὼν εἶναι ταῦτα δέξαιτο, ἐὰν μὴ Θρᾴξ τις ᾖ, καὶ Τηρέως ἀντάξιος;

Ζεῦ ἄνα! ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ἀπὸ Θρῄκηθεν Ἀχαιούς·
Ποίησον δ' αἴθρην· δός δ' ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι

ποτὲ τὸν ἡμέτερον Ἑρμῆν, καὶ τά τε ἀναλκτορα αὐτοῦ προσιπεῖν, καὶ τοῖς ἕδεσιν ἐμφῦναι· καθάπερ τὸν Ὀδυσσέα φασὶν, ὅτε ἐκ τῆς ἅλης τὴν Ἰθάκην εἶδεν. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν οἱ Φαίακες ἔτι καθεύδοντα, ὥςπερ τι φορτίον, ἐκθέμενοι τῆς νεὼς ᾔχοντο· ἡμᾶς δὲ οὐδὲ ὕπνος αἱρεῖ, μέχρις ἂν εἰς τὸ μέγα τῆς

LIII.

JAMBLICHO

Philosopho.

O Jupiter! qui tandem bellum illud est, nos in Thracia media vivere, et in ejus cryptis hiemare, dum a praeclaro interim Jamblicho, tanquam orientali quodam vere, hirundinum ad nos loco litterae mittuntur; adeo ut neque ad illum nobis hucusque venire, nec ad nos illi proficisci licitum fuerit? Quis haec, nisi Thrax et Tereo dignus, aequo tandem animo patiatur?

Jupiter rex! age, libera e Thracia Achivos:
Induc vero serenitatem; da oculis intueri

aliquando Mercurium nostrum, atque et illius adyta salutare, et simulacra complecti: quemadmodum Ulyssem fecisse narrant, cum post diuturnos errores Ithacam revisit. At Phaeaces illo, cum adhuc dormiret, e navi mercis instar exposito, discesserunt: nos contra ne somnum quidem capimus, donec ingens orbis

οἰκουμένης ὄφελος ἰδεῖν ἐγγένηται. Καί τοι σὺ μὲν τὴν ἐῴαν ὅλην ἐμέ τε, καὶ τὸν ἑταῖρον Σώπατρον εἰς τὴν Θρᾴκην μετενηνοχέναι προσπαίζεις· ἡμῖν δὲ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἕως ἂν Ἰάμβλιχος μὴ παρῇ, Κιμμερίων ἀχλὺς συνοικεῖ. Καὶ σὺ μὲν δυοῖν θάτερον αἰτεῖς· ἢ ἡμᾶς παρὰ σὲ ἥκειν, ἢ αὐτόν σε παρ' ἡμᾶς ἀραμένους ἔχειν. ἡμῖν δὲ τὸ μὲν ἕτερον εὐκταῖόν τε ὁμοῦ καὶ σύμφορον, αὐτοὺς ἐπανελθεῖν ὡς σὲ, καὶ τῶν παρὰ σοὶ καλῶν ἀπολαῦσαι· τὸ δὲ ἕτερον, εὐχῆς μὲν ἁπάσης κρεῖττον. Ἐπεὶ δὲ ἀδύνατόν σοί γε καὶ ἀξύμφορόν ἐστι, σὺ μὲν οἴκοι μένειν, καὶ χαίρειν, καὶ τὴν ἡσυχίαν, ἣν ἔχεις, σώζειν· ἡμῖν δὲ ὅ,τι ἂν θεὸς διδῷ, γενναίως οἴσομεν. Ἀνδρῶν γὰρ ἀγαθῶν εἶναί φασι τὸ μὲν εὔελπι κεκτῆσθαι, καὶ τὰ δέοντα πράττειν· ἕπεσθαι δὲ τοῖς ἀναγκαίοις τοῦ δαίμονος.

terrarum commodum fas sit aspicere. Tu vero jocari etiam voluisti, cum diceres, me et sodalem meum Sopatrum transportasse Orientem in Thraciam: atqui, si quod res est fateri convenit, quamdiu abest Jamblichus, Cimmeriae tenebrae nobis obversari videntur. Porro tu duorum alterum postulas; ut vel ad te nos eamus, vel tu ad nos ipse venias. Quorum alterum, ut ad te redeamus ac bonis tuis perfruamur, optandum nobis est, atque utile; alterum voto omni praestantius est. Sed quoniam facere illud non potes, neque rationibus tuis expedit; tu domi te quidem contine, ac bene vale, et quam habes quietem obtine: nos quicquid divinitus nobis acciderit, forti animo perferemus. Nam proborum virorum hoc dicitur, bona spe praeditum esse, atque officium suum facere; ad ea vero, quae fatalis necessitas imposuerit, accommodare sese.

νδ'.

Ex amici litteris ansam arripit, ut de Echo garriat; respondendi studium significaturus.

Γεωργίῳ Καθολικῷ.

Ἡ μὲν ἠχὼ Θεὸς ἔστω, κατὰ σὲ, καὶ λάλος· εἰ δὲ βούλει, καὶ Πανὶ σύζυγος. οὐ γὰρ διοίσομαι. Κἂν γὰρ ἐθέλῃ με διδάσκειν ἡ φύσις, ὅτι ἐστὶν ἠχὼ φωνῆς ἐς ἀέρος πλῆξιν ἀντίτυπος ἠχὴ, πρὸς τοὔμπαλιν τῆς ἀκοῆς ἀνταναπλωμένη· ὅμως, παλαιῶν ἀνδρῶν ἔτι καὶ νέων οὐκ ἔλαττον ἢ τῷ σῷ πειθόμενος λόγῳ, Θεὸν εἶναι τὴν ἠχὼ δυσωποῦμαι. Τί γοῦν ἂν εἴη τοῦτο πρὸς ἡμᾶς, εἰ πολλῷ τῷ μέτρῳ τοῖς πρὸς σὲ φιλικοῖς τὴν ἠχὼ πικῶμεν; Ἡ μὲν γὰρ οὐ πρὸς ἅπαντα, ὅ,τι ἂν ἀκούσῃ, μᾶλλον ἢ πρὸς τὰ ἔσχατα τῆς φωνῆς ἀντιφθέγγεται, καθάπερ ἐρωμένη φιλῳλὸς ἄκροις ἀντιφιλοῦσα τὸν ἐραστὴν τοῖς χείλεσιν· ἡμεῖς δὲ καὶ τῶν πρὸς σὲ κατάρχομεν ἡδέως, καὶ αὖθις εἰς τὴν παρὰ σοῦ πρόσκλησιν, οἱονεὶ σφαίρας δίκην, τὸ ἴσον ἀντιπέμπομεν. Ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις αὐτὸς ἔνοχος ὢν οἷς γράφεις· καὶ σαυτὸν,

LIV.

GEORGIO CATHOLICO.

Esto vero, ita ut dicis, Dea quaedam, et loquax Echo: ac Panos adeo, si placet, conjux. Non enim repugnem. Nam tametsi natura nos docere conetur, Echo nihil aliud esse, nisi vocis ex aëris percussione respondentem ac resonantem imaginem, quae aurium ex adverso reciprocatur ac refringitur; tamen eandem illam Echo Deam esse non magis tuo, quam veterum ac recentiorum omnium sermone ac sententia adducor, ut credam. Sed quid nostra illud interest, si in amore erga te longo a nobis Echo intervallo superatur? Haec enim, quicquid audierit, non ad omnia potius, quam ad vocis extrema respondet; sic tanquam praeparca quaedam amicula, quae amatorem suum summis tantummodo labris osculatur: nos vero cum libenter hoc tibi genere officii praeimus, tum abs te ipso provocati, velut in pilae ludo, par vicissim remittimus. Quocirca nunquam effugies, quin tutemet in iis, quae

ἀφ' ὧν πλέον λαμβάνων, ἐλάχιστον ἀντιδίδως, οὐχ ἡμᾶς, ἐν οἷς ἐπ' ἄμφω πλεονεκτεῖν σπεύδομεν, ἐς τὸ ὅμοιον τῆς εἰκόνος ἐγκρίνων. Πλὴν ἄν τε ἴσῳ τῷ μέτρῳ διδῷς ὅπερ ἂν λάβῃς, ἄν τε μή· ἡμῖν ὅ,τι ἂν ἐξῇ παρὰ σοῦ λαβεῖν, ἡδύ, καὶ πρὸς τὸ ὅλον ἀρκεῖν πιστεύεται.

νέ.

Condiscipulis quondam suis studium commendat litterarum ac philosophiae.

Εὐμενίῳ καὶ Φαριανῷ.

Εἴ τις ὑμᾶς πέπεικεν, ὅτι τοῦ φιλοσοφεῖν ἐπὶ σχολῆς ἀπραγμόνως ἐστὶν ἥδιον, ἢ λυσιτελέστερόν τι τοῖς ἀνθρώποις, ἠπατημένος ἐξαπατᾷ. Εἰ δὲ μένει παρ' ὑμῖν ἡ πάλαι προθυμία, καὶ μὴ, καθάπερ φλὸξ λαμπρὰ, ταχέως ἀπέσβη· μακαρίους ἔγωγε ὑμᾶς ὑπολαμβάνω. Τέταρτος ἐνιαυτὸς ἤδη παρελήλυθε, καὶ μὴν οὐτοσὶ τρίτος ἐπ' αὐτῷ σχεδὸν, ἐξότε κεχωρίσμεθα ἡμεῖς ἀλλήλων. Ἡδέως δ' ἂν ἐσκεψάμην, ἐν τούτῳ πόσον τι προεληλύθατε. Τὰ δὲ ἐμὰ, εἰ καὶ φθεγγοίμην Ἑλληνιστὶ, θαν-

scribis, reus atque obnoxius tenearis: ac te ipsum, quatenus plura idem accipis, et quam minimum reddis; non utique nos, qui in ambobus superiores esse studemus, in illius imaginis similitudine reponas. Verumtamen sive eadem mensura reddis quod acceperis, sive non reddis; quicquid est, quod a te licet accipere, mihi hoc gratissimum est, et in solidum sufficere persuasum habeo.

LV.

EUMENIO ET PHARIANO.

Si quis est, qui vobis persuaserit, jucundius aliquid et utilius hominibus esse, quam in otio ac secure philosophari; falsus hic opinione vos fallit. Sin pristina in vobis adhuc alacritas perseverat, neque confestim, emicantis flammae instar, extincta est; equidem felices vos esse judico. Quartus jam annus abiit, ac tertius fere praeterea mensis, ex quo ab invicem sejuncti sumus. Quantum igitur toto illo interjecto tempore progressum habueritis, libenter inspexerim. Quod autem

μάζειν ἄξιον. οὕτως ἐσμὲν ἐκβεβαρβαρωμένοι διὰ τὰ χωρία. Μὴ καταφρονεῖτε τῶν λογιδίων, μηδὲ ἀμελεῖτε ῥητορικῆς, μηδὲ τοῦ ποιήμασιν ὁμιλεῖν. ἔστω δὲ τῶν μαθημάτων ἐπιμέλεια πλείων· ὁ δὲ πᾶς πόνος τῶν Ἀριστοτέλους καὶ Πλάτωνος δογμάτων ἐπιστήμη. Τοῦτο ἔργον ἔστω· τοῦτο κρηπὶς, θεμέλιος, οἰκοδομία, στέγη· τἆλλα δὲ πάρεργα, μετὰ μείζονος σπουδῆς παρ' ὑμῶν ἐπιτελούμενα, ἢ παρά τισι τὰ ἀληθῶς ἔργα. Ἐγὼ, νὴ τὴν θείαν δίκην, ὑμᾶς ὡς ἀδελφοὺς φιλῶν, ταῦτα ὑμῖν συμβουλεύω. γεγόνατε γάρ μοι συμφοιτηταὶ, καὶ πάνυ φίλοι. Εἰ μὲν οὖν πεισθείητε, πλέον στέρξω· ἀπειθοῦντας δὲ ὁρῶν λυπήσομαι. Λύπη δὲ συνεχὴς εἰς ὅ ποτε τελευτᾷ εἰωθεν, εἰπεῖν παραιτοῦμαι οἰωνοῦ κρείττονος ἕνεκα.

id me attinet, mirum est, si vel Graece loqui possim: tantam ex regionibus istis barbariem contraximus. At vos neque oratorium studium contemnite; neque rhetoricam, aut poëtarum lectionem negligite: sed ita tamen, ut in disciplinas ipsas vehementius incumbatis. Itaque labor omnis vester in Aristotelicorum Platonicorumque dogmatum scientia versetur. Vestrum hoc opus sit; hoc crepido, fundamentum, aedificium, tectum: reliqua sint accessionis instar; quae majore tamen a vobis studio, quam legitima opera ab nonnullis, elaborentur. Ego vero, per divinum jus fasque, vos tanquam fratres diligens, id vobis consilii dedi: utpote condiscipulis olim meis, et amicitia conjunctissimis. Quod si mihi hac in re parueritis, ego vos majori quodam amore complectar; sin minus responderitis, equidem res dolebo. Porro continuus dolor quem tandem exitum habeat, melioris ominis causa tacere malo.

νζ'.

Ad musicae studium Alexandriae promovendum nonnulla praecipit.

Ἐκδικίῳ.

Ἄξιόν ἐστιν, εἴπερ ἄλλου τινὸς, καὶ τῆς ἱερᾶς ἐπιμεληθῆναι μουσικῆς. Ἐπιλεξάμενος οὖν ἐκ τοῦ δήμου τῶν Ἀλεξανδρέων εὖ γεγονότας μειρακίσκους, ἀρτάβας ἑκάστῳ κέλευσον δύο τοῦ μηνὸς χορηγεῖσθαι· ἔλαιόν τε ἐπ' αὐτῷ, καὶ σῖτον, καὶ οἶνον· ἐσθῆτα δὲ παρέξουσιν οἱ τοῦ ταμείου προεστῶτες. Οὗτοι δὲ τέως ἐκ φωνῆς καταλεγέσθωσαν. Εἰ δέ τινες δύναιντο καὶ τῆς ἐπιστήμης αὐτῆς εἰς ἄκρον μετασχεῖν, ἵστωσαν ἀποκείμενα πάνυ μεγάλα τοῦ πόνου τὰ ἔπαθλα καὶ παρ' ἡμῶν. Ὅτι γὰρ πρὸ ἡμῶν αὐτοὶ τὰς ψυχὰς ἀπὸ τῆς θείας μουσικῆς καθαρθέντες ὀνήσονται, πιστευτέον τοῖς προαποφαινομένοις ὀρθῶς ὑπὲρ τούτων. ὑπὲρ μὲν οὖν τῶν παίδων τοσαῦτα. Τοὺς δὲ νῦν ἀκροωμένους τοῦ μουσικοῦ Διοσκόρου, ποίησον ἀντιλαβέσθαι τῆς τέχνης προθυμότερον· ὡς ἡμῶν ἑτοίμων, ἐπὶ ὅπερ ἂν ἐθέλωσιν αὐτοῖς συνάρασθαι.

LVI.

EDICIO.

Si qua res est studio nostro curaque digna, ejusmodi esse sacra musica videtur. Tu igitur ex Alexandrinorum populo delectis bonae indolis adolescentulis, menstruas in singulos artabas duas erogari praecipe; nec non oleum, frumentum, et vinum: vestem porro praebebunt aerarii praefecti. Atque illi quidem interim ex voce conscribantur. Quod si aliqui perfecte artem illam consequi potuerint, sciant haud mediocria sibi laboris illius praemia etiam a nobis esse constituta. Nam quod, citra nostra illa praemia, non mediocrem fructum divinae ope musicae ex animorum suorum purgatione percepturi sint, persuadent illi, qui olim recte hac de re statuerunt. De pueris igitur ita praecipimus. Jam vero quod ad musici Dioscori discipulos attinet, fac ut artem illam studiosius addiscant. Nos enim ad illos, quacumque in re voluerint, juvandos parati sumus.

νϛ'.

Litteras etiamsi breves breviter poscit.

Ἐλπιδίῳ φιλοσόφῳ.

Ἔστι καὶ μικροῦ γράμματος ἡδονὴ μείζων, ὅταν ἡ τοῦ γράφοντος εὔνοια μὴ τῇ τῆς ἐπιστολῆς σμικρότητι μᾶλλον, ἢ τῷ τῆς ψυχῆς μεγέθει μετρῆται. Εἰ δὲ δὴ καὶ νῦν βραχέα τὰ τῆς προςρήσεως ὑφ' ἡμῶν γένηται, μήδ' οὕτω τὸν ἐπ' αὐτοῖς πόθον τεκμηριώσῃ· ἀλλ' εἰδὼς ἐφ' ὅσον ὁ παρ' ἡμῶν ἔρως ἐπὶ σοὶ τέταται, τῇ μὲν τοῦ γράμματος βραχύτητι συγγνώμην νέμε, τοῖς ἴσοις δὲ ἡμᾶς ἀμείβεσθαι μὴ κατόκνει. Πᾶν γὰρ ὅ, τι ἂν διδῷς, κἂν μικρὸν ᾖ, παντὸς ἀγαθοῦ γνώρισμα παρ' ἡμῖν σώζει.

νή.

Obeliscum lapideum ab Alexandrinis poscit. Quos potestate remuneratur, aeream statuam erigendi.

Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσιν.

Ὀβελὸν εἶναι παρ' ὑμῖν ἀκούω λίθινον εἰς ὕψος ἱκανὸν ᾐρμένον, ἐπὶ τῆς ἠϊόνος, ὥςπερ ἄλλό τι τῶν ἀτιμοτάτων, ἐῤῥιμμέ-

LVII.

ELPIDIO

Philosopho.

Affert et epistola parva voluptatem majorem, cum ejus, qui scripsit, benevolentiam non parvitate potius epistolae, quam animi magnitudine metimur. Quamobrem si haec salutatio paulo a nobis brevior instituatur, noli de nostro in te studio conjecturam ex ea re facere. Imo vero cum meus amor in te quam vehemens sit, optime noris, litterarum brevitati sic ignoscas velim, ut sine ulla cunctatione vicissim rescribas. Quicquid enim a te in nos profectum fuerit, id, etsi parvum est, boni specimen omnis apud nos obtinet.

LVIII.

JULIANUS ALEXANDRINIS.

Obeliscum apud vos esse audio lapideum, in magnam altitudinem exstructum; despici tamen, et, ut quid vile, jacere

νον. Ἐπὶ τούτῳ ἐναυπήγησε σκάφος ὁ μακαρίτης Κωνστάντιος, ὡς μετάξων αὐτὸν εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα Κωνσταντίνου πόλιν. Ἐπεὶ δὲ ἐκείνῳ συνέβη, Θεῶν ἐθελόντων, ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν, ἡ πόλις ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ τὸ ἀνάθημα· πατρὶς οὖσά μου, καὶ προσήκουσα πλέον ἢπερ ἐκείνῳ. Ὁ μὲν γὰρ αὐτὴν ὡς ἀδελφὴν, ἐγὼ δὲ ὡς μητέρα φιλῶ· καὶ γὰρ ἐγενόμην παρ' αὐτῇ καὶ ἐτράφην ἐκεῖσε, καὶ οὐ δύναμαι περὶ αὐτὴν ἀγνωμονῆσαι. Τί οὖν; ἐπειδὴ καὶ ὑμᾶς οὐδὲν ἔλαττον τῆς πατρίδος φιλῶ, δίδωμι καὶ παρ' ὑμῖν ἀναστῆναι τὴν χαλκῆν εἰκόνα. Πεποίηται δὲ ἔναγχος ἀνδριὰς τῷ μεγέθει κολοσσικὸς, ὃν ἀναστήσαντες ἕξετε ἀντὶ ἀναθήματος λιθίνου χαλκοῦν· ἀνδρὸς, οὗ φατε ποθεῖν εἰκόνα καὶ μορφὴν, ἀντὶ τριγώνου λίθου χαράγματα ἔχοντος Αἰγύπτια. Καὶ τὸ λεγόμενον δὲ, ὡς τινές εἰσιν οἱ θεραπεύοντες καὶ προσκαθεύδοντες αὐτοῦ τῇ κορυφῇ, πάνυ με πείθει χρῆναι, τῆς δεισιδαιμονίας ἕνεκα ταύτης, ἀπάγειν αὐτόν. Οἱ γὰρ θεώμενοι τοὺς καθεύδοντας ἐκεῖ, πολλοῦ μὲν ῥύπου, πολλῆς δὲ ἀσελγείας περὶ τὸν τόπον, ὡς ἔτυχεν, οὔσης, οὔτε πιστεύουσιν αὐτὸν θεῖον εἶναι, καὶ διὰ τὴν τῶν προσεχόντων αὐτῷ

in littore. Eum Divus Constantius instructo navigio Constantinopolim, patriam meam, advehi praeceperat. Sed quandoquidem ille, Diis ita volentibus, fatalem istinc ad plures migrationem migravit, exigit a me eadem civitas donarium: quum ipsa mihi sit patria, adeoque majore mihi, quam illi, necessitudine conjuncta. Ille namque eam ut sororem, at ego ut matrem amo: in ejus enim solo primum steti in lucem editus; illic altus educatusque sum; nec fieri ulla ratione potest, ut in illam ingratus unquam videar. Quid igitur? quoniam et vos non minus quam patriam amo, do, ut et apud vos aereum erigatur simulacrum. Facta est autem nuper statua colossea magnitudine, quam vos erigentes habebitis pro lapideo donario aereum; viri, cujus simulacrum et formam desiderare dicitis, pro triangulo lapide Aegyptiis notis inscripto. Et, quod vulgo fertur, quosdam esse Therapeutas, qui obelisci hujus vertici indormiant, valde mihi persuadet, ob hujusmodi superstitionem oportere, ipsum abduci. Nam qui inspiciunt indormientes ibi, multasque sordes ac flagitia loco, ut casus tulit, circumfusa, illum minime arbitrantur quid divinum esse; et propter eorum,

δεισιδαιμονίαν ἀπιστότεροι περὶ τοὺς θεοὺς καθίστανται. Δι' αὐτὸ δὴ οὖν τοῦτο καὶ μᾶλλον ὑμῖν προσήκει συνεπιλαβέσθαι, καὶ πέμψαι τῇ ἐμῇ πατρίδι τῇ ξενοδοχούσῃ καλῶς ὑμᾶς, ὅτε εἰς τὸν Πόντον εἰσπλεῖτε, καὶ ὥσπερ εἰς τὰς τροφὰς, καὶ εἰς τὸν ἐκεῖ κόσμον συμβάλλεσθαι. Πάντως οὐκ ἄχαρι καὶ παρ' αὐτοῖς ἱστάναι τι τῶν ὑμετέρων, εἰς ὃ προσπλέοντες τῇ πόλει μετ' εὐφροσύνης ἀποβλέψετε.

νθ'.

Perstringitur sycophanta ob delicta quaedam et probra dictorum, quibus Julianum Imperatorem laeserat. Insuper imperitia styli graeci exprobratur.

Διονυσίῳ.

Ἀμείνων ἦσθα σιωπῶν πρότερον, ἢ νῦν ἀπολογούμενος. Τί ὦν; οὐδὲ γὰρ ἐλοιδορεῖ τότε, καί τοι διανοούμενος ἴσως αὐτό· νυνὶ δὲ ὥσπερ ὠδίνων τὴν καθ' ἡμῶν λοιδορίαν ἄθροον ἐξέχεας. Ἦ γὰρ οὐ χρή με καὶ λοιδορίαν αὐτὸ καὶ βλασφημίαν νομίζειν, ὅτι με τοῖς ἑαυτοῦ φίλοις ὑπέλαβες εἶναι προσόμοιον; ὧν ἑκατέρῳ

qui saxo eidem immorantur, superstitionem, minus de Diis credunt. Idcirco igitur magis etiam vobis convenit incoeptum adjuvare, saxumque illud ad patriam meam mittere, quae vos honesto excipere solet hospitio, quando in Pontum navigatis, et quemadmodum annona deferenda, ita et externo urbis ornatu augendo opem vestram conferre. Neque omnino vobis ingratum erit, apud nos ipsos aliquid vestrum extare, in quod, quum ad urbem adnavigatis, cum hilaritate in posterum respiciatis.

LIX.

DIONYSIO.

Rectius faciebas prius, cum taceres, quam nunc, quum te instituis defendere. Quid igitur? Neque enim ullam tunc inferebas injuriam, etsi illam fortasse meditabare; nunc autem, veluti pariendi dolores patiens, contumeliam in nos gnaviter effudisti. Annon enim oportet me contumeliam et blasphemiam interpretari, quod me tuis amicis adsimilem esse existimas?

δέδωκας σεαυτὸν ἄκλητον, μᾶλλον δὲ τὸ μὲν ἄκλητον τῷ προτέρῳ, τῷ δευτέρῳ δὲ ἐνδειξαμένῳ μόνον, ὅτι σὲ συνεργὸν ἐθέλει προσλαβεῖν, ὑπήκουσας. Ἀλλ' εἰ μὲν ἐγὼ προσόμοιός εἰμι Κώνσταντι καὶ Μαγνεντίῳ, τὸ πρᾶγμα αὐτό, φασι, δείξει· σὺ δ' ὅτι, κατὰ τὸν Κωμικὸν,

σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥσπερ Ἀστυδάμας, γύναι·

πρόδηλόν ἐστιν ἐξ ὧν ἐπέστειλας. Ἡ γὰρ ἀφοβία, καὶ τὸ μέγα θράσος, καὶ τὸ, εἴθ' ἐμὲ γνοίης, οἷός εἰμι, καὶ πάντα ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα· βαβαὶ, πηλίκου κτίπου καὶ κόμπου ῥημάτων ἐστίν! Ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν Χαρίτων καὶ τῆς Ἀφροδίτης, εἰ τολμηρὸς οὕτωσὶ καὶ γενναῖος, τί καὶ τρίτον εὐλαβήθης, ἂν δέῃ προσκρούειν; Οἱ γὰρ τοῖς κρατοῦσιν ἀπεχθανόμενοι, τὸ μὲν κουφότατον καὶ, ὡς ἂν εἴποι τις, ἥδιστον τῷ γε νοῦν ἔχοντι, τοῦ πράγματος ἔχειν ταχέως ἀπαλλάττονται· μικρὰ δὲ εἰ χρὴ προσζημιωθῆναι, περὶ τὰ χρήματα πταίουσι· τὸ δὲ κεφάλαιόν ἐστι τῆς ὀργῆς καὶ τὸ παθεῖν, φασι, τὰ ἀνήκεστα, τὸ ζῆν προέσθαι. Τούτων δὴ πάντων ὑπερορῶν, ὅτι καὶ τὸν ἰδίως ** ἐπέγνωκας· καὶ τὸν κοινῶς καὶ γενικῶς ἄνθρωπον ὑφ' ἡμῶν ὀψιμαθῶν ἀγνοούμενον, ἀνθ' ὅτου, πρὸς τῶν θεῶν, εὐλαβεῖσθαι ἔφης, μὴ

quorum utrique tu te invocatum obtulisti, maxime autem priori invocatum, alteri vero tantum annuenti tuam sibi gratam fore operam, obedientissime paruisti. Caeterum, an ego sim Constanti et Magnentio similis, res ipsa, quod ajunt, indicabit: quod vero tu, juxta Comicum, *te ipsam laudas, velut Astydamas, mulier*; id ex iis, quae scripsisti, liquet. Omnia enim illa, *imperterrita mens*, et *ingens audacia*, itemque illud, *Utinam me nosses qualis sim*, et caetera deinceps ejusmodi, papae! ut personantia sunt, et tumida turgidaque. Sed Gratias testor et Venerem, si ita audax es et generosus, quid adeo metuebas tertia vice ne collidere esset necesse? Qui enim Principum incurrerunt odium, promte a munere, quod habent, discedunt; id quod facillimum sapientique, ut ita dicam, suavissimum: sin leve insuper oporteat damnum sustinere, parvam opum jacturam faciunt: summus autem irae effectus est pati supplicium et vita cedere. Haec omnia tu facis flocci, qui et proprie tibi faventem abnegasti; et ex communi ac generali captu hominem, quem nos scilicet tardi studiorum cum ignarissimis novimus, cur,

τρίτον προσκρούσῃς; Οὐ γὰρ δὴ πονηρὸν ἐκ χρηστοῦ σε ποιήσω, χαλεπήνας ἐγώ. ζηλωτὸς γὰρ ἦν ἐν δίκῃ τοῦτο δυνάμενος· ἡ γάρ, ὥς φησι Πλάτων, καὶ τοὐναντίον οἷός τε ἦν ἄν. Ἀδεσπότου δὲ τῆς ἀρετῆς οὔσης, ἐχρῆν ὑπολογίζεσθαι μηδὲν τῶν τοιούτων. Ἀλλ' οἴει μέγα τὸ πάντας μὲν βλασφημεῖν, πᾶσι δὲ ἁπλῶς λοιδορεῖσθαι, καὶ τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος ἀποφαίνειν ἐργαστήριον. Ἢ τοῦτο νομίζεις ὑπὲρ τῶν παλαιῶν ἁμαρτημάτων ἀπολογεῖσθαι πρὸς ἅπαντας, καὶ τῆς πάλαι ποτὲ μαλακίας παραπέτασμα τὴν νῦν ἀνδρείαν εἶναί σοι; Τὸν μῦθον ἀκήκοας τὸν Βαβρίου· Γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς εὐπρεποῦς ἐρασθεῖσα· τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε. Πολλὰ εἰπὼν, οὐδένα ἂν πείσῃς ἀνθρώπων, ὡς οὐ γέγονας ὅπερ οὖν γέγονας, καὶ οἷον πολλοὶ πάλαι σε ἠπίσταντο. Τὴν νῦν δὲ ἀμαθίαν καὶ τὸ θράσος οὐ φιλοσοφία, μὰ τοὺς θεοὺς, ἐνεποίησέ σοι· τοὐναντίον δὲ ἡ διπλῆ κατὰ Πλάτωνα ἄγνοια. Κινδυνεύων γὰρ εἰδέναι μηδὲν, ὡς οὐδὲ ἡμεῖς, οἴει πάντων εἶναι σοφώτερος, οὐ τῶν νῦν ὄντων, ἀλλὰ καὶ τῶν γεγονότων, ἴσως δὲ καὶ ἐσομένων. οὕτω σοι πρὸς ὑπερβολὴν ἀμαθίας τὰ τῆς οἰήσεως ἐπέδωκε.

per Deos, metuere dixisti, ne tertia vice collideres? Non enim profecto, si tibi succenseam, ex bono malum facturus sum; quod qui posset facere, in pretio habendus merito esset. Idem enim, ut est apud Platonem, posset etiam contrarium efficere. Sed libera res cum sit virtus, nihil tale cogitare te oportebat. Tu vero magnum putas omnes petere maledictis, ac de omnibus promiscue detrahere, et ex pacis delubro facere officinam armorum. An id putas, quaecunque a te pridem sunt peccata, facile apud omnes excusari purgarique, et nupera fortitudine umbram mollitiei pristinae obduci? Fabulam audivisti Babrii: *Mustela quondam amore capta formosi;* caetera e libro disce. Quamvis multa dicas, nemini tamen persuadebis unquam, te eam non fuisse qui fueris, et qualem te permulti jam pridem norunt. Nunc autem inscitiam tibi ac temeritatem non philosophia, Deos testor, attulit, sed potius duplex, ut ait Plato, ignorantia. Quum enim nihil propemodum scias, quod et nos de nobis ipsi fatemur, autumas te sapientiorem esse omnibus, qui sunt, qui fuerunt, quique futuri sunt posthac: tantum in te stoliditatis de tua opinione exuberat.

Ἀλλὰ σοῦ μὲν ἕνεκα, καὶ ταῦτα τῶν ἱκανῶν εἴρηταί σοι πλείω. Δεῖ δὲ ἴσως ἀπολογήσασθαι διά σε καὶ τοῖς ἄλλοις, ὅτι προχείρως ἐπὶ κοινωνίαν σε παρεκάλεσα πραγμάτων. Οὐ πρῶτος, οὐδὲ μόνος ἔπαθον, ὦ Διονύσιε. Ἐξηπάτηκε καὶ Πλάτωνα ὁ σὸς ὁμώνυμος· ἀλλὰ καὶ ὁ Ἀθηναῖος Κάλλιππος. Εἰδέναι μὲν γὰρ αὐτόν φασι κοπρὸν, τηλικαύτην δὲ ἐν αὐτῷ τὸ μέγεθος κακίαν, οὐδὲ ἐλπίσαι πώποτε. Καὶ τί δὴ χρὴ λέγειν ὑπὲρ τούτων, ὅπως καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν ὁ κράτιστος Ἱπποκράτης ἔφη· ἔσφηλεν δέ μου τὴν γνώμην αἱ περὶ τὴν κεφαλὴν ῥαφαί; Εἰ' ἐκεῖνοι μὲν ὑπὲρ ὧν ᾔδεσαν ἐξηπατοῦντο, καὶ τὸ τεχνικὸν ἐλάνθανε τὸν ἰατρὸν θεώρημα· θαυμαστὸν δὲ, εἴπερ Ἰουλιανὸς, ἀκούσας ἐξαίφνης ἀνδρίζεσθαι τὸν Νειλῶον ἢ Διονύσιον, ἐξηπατήθη; Ἀκούεις ἐκεῖνον τὸν Ἠλεῖον Φαίδωνα, καὶ τὴν ἱστορίαν ἐπίστασαι· εἰ δὲ ἀγνοεῖς, ἐπιμελέστερον πολυπραγμόνησον. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐρῶ τοῦτο. Ἐκεῖνος ἐνόμιζεν, ἀνίατον οὐδένα τῇ φιλοσοφίᾳ· πάντας δὲ ἐκ πάντων ὑπ' αὐτῆς καθαίρεσθαι βίων, ἐπιτηδευμάτων, ἐπιθυμιῶν, πάντων ἁπαξαπλῶς τῶν τοιούτων. Εἰ γὰρ τοῖς εὖ πεφυκόσι καὶ καλῶς τεθραμμένοις ἐπήρκει μόνα, οὐδὲν ἦν θαυμαστὸν τὸ κατ' αὐτήν· εἰ δὲ καὶ τοσούτῳ διαπειν-

Sed haec tibi quidem propter te dicta plus satis. Verum mihi pluribus fortean apud alios agendum est, quod tam inconsiderate te ad rerum gerendarum societatem vocavi. Nec primus ego, nec solus indigna sum passus, Dionysi. Decepit et Platonem cognominis tibi Dionysius; imo etiam Callippus Atheniensis: quem non ignorasse quidem se ait esse nauci, tanta vero malitia hominem nunquam sperasse. Et quid hic moror? nonne et medicorum praestantissimus Hippocrates dixit: *opinionem meam suturae capitis fefellerunt?* At illi quidem in iis, quae nosse apprime debuerant, decepti sunt, medicumque latuit artis suae regula. Mirum vero, si et Julianus audiens Nilotem aut Dionysium subito virum extitisse, deceptus est? Audis Eleum illum Phaedonem, et historiam nosti: sin secus, accuratius inquire; nec enim dicam. Putabat ille neminem esse tam prave affectum, quem philosophia non curaret, omnesque illius ope libidines, cupiditates, affectus atque, ut uno semel verbo dicam, cuncta hujuscemodi tolli facillime posse. Nam si bene et feliciter natos solum juvat, quid magnum philo-

νους ἀνάγει πρὸς τὸ φῶς, δοκεῖ μοι διαφερόντως εἶναι Θαυσιον. Ἐκ τούτων ἡ περί σέ μοι κατ' ὀλίγον γνώμη, ὡς ἴσασιν Θεοὶ πάντες, ἔῤῥεπεν ἐπὶ τὸ βέλτιον. Οὕτω γοῦν οὐδὲ ἐν πρώς, οὐδὲ ἐν δευτέροις τῶν κρατίστων ἐθέμην ἀνδρῶν τὸ κατὰ Ἐπίστασαι ἴσως αὐτό· εἰ δὲ ἀγνοεῖς, τοῦ καλοῦ Συμμάχου πυνθάνου. πέπεισμαι γὰρ, ἐκεῖνος ὅτι οὔποτε ἂν ἑκὼν αι ψεύσαιτο, τὰ πάντα ἀληθίζεσθαι πεφυκώς. Εἰ δὲ ἀγανακῖς ὅτι μὴ πάντων σε προετιμήσαμεν, ἐγὼ μὲν ἐμαυτοῦ, ὅτι καὶ ἐν ἐσχάτοις ἔταξα, μέμφομαι· καὶ χάριν οἶδα τοῖς Θεοῖς σι τε καὶ πάσαις, οἳ κοινωνῆσαι καὶ φίλους ἡμᾶς πραγμάτων ἔσθαι διεκώλυσαν. Καὶ γὰρ εἰ πολλὰ περὶ τῆς φήμης οἱ ιηταί φασιν ὡς ἔστι Θεὸς, ἔστω δὲ, εἰ βούλει, δαιμόνιον· ι τὸ τῆς φήμης οὐ πάντη προσεκτέον αὐτῇ· διότι πέφυκε τὸ μόνιον οὐ πάντα καθαρὸν οὐδὲ ἀγαθὸν τελείως, ὡς τὸ τῶν ῶν εἶναι γένος, ἀλλ' ἐπικοινωνεῖ πως καὶ πρὸς Θάτερον. Εἰ ὑπὲρ τῶν ἄλλων δαιμόνων οὐ Θέμις τοῦτο φάναι, περὶ τῆς μης οἶδ' ὅτι λέγων, ὡς πολλὰ μὲν ψευδῶς, πολλὰ δὲ ἀληθῶς γέλλει, οὔποτ' ἂν αὐτὸς ἁλοίην ψευδομαρτυριῶν.

phia habet? si vero homines usque adeo corruptos valet ducere ad lucem, hoc inprimis esse admirabile mihi videtur. que exinde quoque paullatim de te, ut norunt omnes Dii, elius sentire coepi. Neque tamen sic in primo te nec in cundo praestantium virorum numero computavi, quod ipse rtean nosti: si ignoras, sciscitare ex optimo Symmacho. rto enim scio non se turpi mendacio contaminaturum, qui apte natura verum dicere consuevit. Si vero aegre fers quod n omnibus a me praelatus es, ego mihi ipsi indignor quod non in postremissimis habui; gratiasque ago Diis et Deabus nibus, qui me prohibuerunt, ne propius communicaremus negotiorum conjunctione fieremus amici. Etsi enim multa fama dicuntur a poëtis, quod Dea sit, sit potius daemonium; quidem famae non est per omnia fides tribuenda. Est enim emonium non purum bonumque per omnia, qualis Deorum tura esse consuevit; sed ab sequiore parte etiam quodamodo participat. Quod si de aliis non fas sit affirmare daemonibus, de fama novi dicentem, quod falso multa, multa vere nciat, me nunquam falsi argutum iri testimonii.

Ἀλλὰ τὴν παῤῥησίαν τὴν σὴν οἶει τεττάρων εἶναι ὀβολῶν, τὸ λεγόμενον, ἀξίαν. Οὐκ οἶσθ' ὅτι καὶ Θερσίτης ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἐπαῤῥησιάζετο; καὶ Ὀδυσσεὺς μὲν αὐτὸν ὁ συνετώτατος ἔπαιε τῷ σκήπτρῳ· τῷ δὲ Ἀγαμέμνονι τῆς Θερσίτου παῤῥησίας ἧττον ἔμελεν, ἢ χελώνῃ μυιῶν, τὸ τῆς παροιμίας; Πλὴν οὐ μέγα ἔργον ἐστὶν ἐπιτιμᾷν ἄλλοις, ἑαυτὸν δὲ ἀνεπιτίμητον παρασχεῖν. Εἰ δέ σοι ταύτης μέτεστι τῆς μερίδος, ἐπίδειξον ἡμῖν Ἀρ' ὅτε νέος ἦσθα, καλὰς ἔδωκας περὶ σαυτοῦ τοῖς πρεσβυτέροις ὁμιλίας. ἀλλ' ἐγὼ, κατὰ τὴν Εὐριπίδειον Ἠλέκτραν, καὶ τοιαύτας σιγῶ τύχας. Ἐπεὶ δὲ ἀνὴρ γέγονας καὶ στρατοπέδῳ παρέβαλες, ἔπραξας ὅπως πρὸς τοῦ Διὸς ὑπὲρ τῆς ἀληθείας φῇς, προσκρούσας ἀπηλλάχθαι. Ἐκ τίνων τοῦτο ἔχων δεῖξαι, ὥςπερ οὐ πολλῶν καὶ πονηροτάτων, ὑφ' ὧν περ καὶ αὐτὸς ἀπηλάθης, ἐκτοπισθέντων. Οὐ τοῦτό ἐστιν, ὦ συνετώτατε Διονύσιε, σπουδαίου ἀνδρὸς καὶ σώφρονος, ἀπεχθόμενον ἀπελθεῖν τοῖς κρατοῦσιν. Ἦσθα δὲ ἂν βελτίων, εἰ τοὺς ἀνθρώπους ἐκ τῆς πρὸς ἑαυτὸν συνουσίας ἀπέφηνας ἡμῖν μετριωτέρους. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐ κατὰ σὲ, μὰ τοὺς θεοὺς, οὐδὲ κατὰ μυρίους ἄλλους, ὅσοι ζηλοῦσι τὸν σὸν τρόπον. Πέτραι γὰρ πέτραις, καὶ λίθοι λίθοις

Verum tu tuam libertatem in dicendo quatuor, quod dicitur, obolorum pretio aestimas. An nescis, quod et Thersites inter Graecos libertate in dicendo utebatur? quem sceptro percussit Ulysses sapientissimus: Agamemnoni autem minus curae erat Thersitae maledicentia, quam, ut est in proverbio, muscas testudo curat. Non magnum negotium est alios reprehendere, sed aliis sese inculpatum et irreprehensibilem praebere: quod si tibi contigit, age, id nobis demonstrato. Scilicet juvenis cum esses, bellas de te praebuisti fabulas senioribus: ego tamen cum Euripidea Electra tales *casus silentio praetereo.* At vir factus, quando adversus hostes res gerenda erat, fecisti profecto quod de veritate ais, obviam illis datus retrocessisti. Quibus hoc possum testibus demonstrare? non e vulgo nec levissimis, sed a quibus ipse es repulsus, qui ex locis illis ad nos venerunt. Illud strenui prudentisque viri non est, cordatissime Dionysi, discedere principibus invisum infensumque: at tum esses melior, si tua consuetudine et familiaritate homines nobis reddidisses sapientiores. Sed hoc tibi nunquam, neque aliis mille tui

μειράκιον Ἑρμόλαος ὠνείδισεν; ἢ τοῦτο μὲν οὐδεὶς οὕτως ἐστὶν ἀνόητος, ὡς ὑπονοῆσαι περὶ σοῦ· τοὐναντίον δὲ καὶ ὅπερ ἀπεδέρετο παθὼν Ἑρμόλαος, καὶ διόπερ διενοεῖτο τὸν Ἀλέξανδρον, ὥς φασιν, ἀποκτεῖναι, τοῦτο δὲ οὐδεὶς ὅστις πεπεισμένος οὐκ ἔστι περὶ σοῦ. Πολλῶν δὲ ἐγὼ, νὴ τοὺς θεοὺς, καὶ σφόδρα σε φαμένων φιλεῖν, ἀκήκοα πολλὰ ὑπὲρ ταύτης ἀπολογουμένων τῆς ἁμαρτίας· ἤδη δέ τινος καὶ ἀπιστοῦντος. ἀλλ' οὗτός ἐστιν ἡ μία χελιδὼν· οὐ ποιεῖ τὸ ἔαρ. Ἀλλ' ἴσως ἐκεῖθεν Ἀλέξανδρος ὤφθη σοι μέγας, ὅτι Καλλισθένη μὲν ἀπέκτεινε πικρῶς, Κλεῖτος δὲ αὐτοῦ τῆς παροινίας ἔργον ἐγένετο, Φιλώτας τε καὶ Παρμενίων. [καὶ τὸ Παρμενίωνος παιδίον.] Ἔπειτα τὰ περὶ τὸν Ἕκτορα τὸν ἐν Αἰγύπτῳ τοῦ Νείλου ταῖς δίναις ἢ ταῖς Εὐφράτου, (λέγεται γὰρ ἑκάτερον) ἐναποπνιγέντα, καὶ τὰς ἄλλας αὐτοῦ παιδιὰς σιωπῶ, μὴ βλασφημεῖν ἄνδρα δόξαιμι, τὸ κατορθώμενον μὲν οὐδαμῶς ἔχοντα, κράτιστον μέντοι τὰ πολεμικὰ στρατηγόν· ὧν σὺ κατὰ τὴν προαίρεσιν καὶ κατὰ τὴν ἀνδρίαν ἔλαττον μετέχεις, ἢ τριχῶν ἰχθύες. Ἄκουε δὴ τῆς παραινέσεως, μὴ λίαν ὀργίλως·

Οὔ τοι, τέκνον ἐμὸν, δέδοται πολεμήϊα ἔργα.

puer Hermolaus exprobravit? Nemo autem ita desipit, ut istud de te suspicetur; contrarium vero, et de quo graviter conquerebatur affectus verberibus Hermolaus, quam ob causam quoque ajunt Alexandrum voluisse occidere: hoc nemo est qui de te non sit persuasus. Ex multis ego, Deos testor, et qui vehementer te ajebant a se diligi, audivi multa pro hoc scelere a te removendo disputare; erat etiam aliquis, qui negaret se illud credere. Sed una hirundo ille fuerit, quae ver non facit. At enim fortasse ideo magnus tibi Alexander visus est, quod Callisthenem crudeliter interfecit, quod Clitum per temulentiam, quod Philotam et Parmenionem (et Parmenionis filium). Tum quae Hectorem attinent in Nili Aegyptii fluctibus vel Euphratis (utrumque enim fertur) suffocatum, et alios ejus lusus omitto; ne contumeliosus in virum videar, qui morum quidem rectitudine neutiquam conspicuus fuit, in bello autem praeclarissimus dux. Quorum utrorumque, et virtutis studii et fortitudinis, minus etiam est in te, quam comarum in piscibus. Audi vero quod te monebo, nec ira tibi mentem efferat:

Non tibi, nata, datum est armorum laude lucere.

τὸ δὲ ἑξῆς οὐ παραγράφομαι. αἰσχύνομαι γὰρ, νὴ τοὺς θεούς. Ἀξιῶ μέντοι σε προσυπακούειν αὐτό. καὶ γὰρ εὔλογον ἕπεσθαι τοῖς ἔργοις τοὺς λόγους, ἀλλὰ μὴ φεύγειν τὰ ῥήματα τὸν μηδαμῶς διαπεφευγότα ἔργον.

Ἀλλ' ὁ τὴν Μαγνεντίου καὶ Κώνσταντος ὁσίαν αἰσχυνόμενος, ἀνθ' ὅτου τοῖς ζῶσι πολεμεῖς, καὶ τοῖς ὁπωσοῦν βελτίστοις λοιδορῇ; πότερον ὅτι μᾶλλον ἐκεῖνοι δύνανται τῶν ζώντων ἀμύνεσθαι τοὺς λοιδοροῦντας; Ἀλλά σοι τοῦτο οὐ προσῆκε λέγειν. εἰ γὰρ, ὡς γράφεις, θαῤῥαλεώτατος. Ἀλλ' εἰ μὴ τοῦτο, τυχὸν ἕτερον, ὥσπερ οὐκ αἰσθανομένους ἐπισκώπτειν; ἴσως οὐ βούλει. Τῶν ζώντων δὲ ἄρα τίς οὕτως εὐήθης ἐστὶν, ἢ μικρόψυχος, ὃς ἀξιώσειεν ἂν αὐτοῦ παρὰ σοὶ λόγον εἶναί τινα, καὶ οὐ βουλήσεται μάλιστα μὲν ἀγνοεῖσθαι παρὰ σοῦ παντάπασιν, εἰ δ' ἀδύνατον εἴη, λοιδορεῖσθαι παρὰ σοῦ μᾶλλον, καθάπερ ἐμοὶ νῦν, ἢ τιμᾶσθαι; Μήποτε οὕτω κακῶς φρονήσαιμι, μήποτε τῶν παρὰ σοῦ μᾶλλον ἐπαίνων ἢ ψόγων ἀντιποιησαίμην.

Ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο τὸ γράφειν πρὸς σὲ δακνομένου τυχὸν ἴσως ἐστίν; Οὐ μὰ τοὺς θεοὺς τοὺς σωτῆρας, ἀλλ' ἐπικόπτοντος ἄγαν αὐθάδην, καὶ τὴν θρασύτητα, καὶ τὴν ἀκολασίαν τὴν τῆς γλώτ-

Quae apud Poëtam sequuntur, non adscribo; nam profecto pudore cohibeor: velim tamen ea cogitatione tua suppleri, cum rationi sit congruens rebus verba subsequi, eumque, qui rem neutiquam refugit, nec verba debere aliena a se putare.

Sed qui Magnentii et Constantis manes revereris, cur oppugnas viventes, et optimis quibusque convitiaris? Num quod illi superstitibus amplius possunt ulcisci injurias? Quod tamen tibi affirmare neutiquam convenit, si quidem, ut scribis, es audentissimus. Sed si hoc non valeat, alterum fortasse, quod illos tanquam non sensuros derides. Sed non opinor hoc volueris. Ex viventibus autem quis ita est stolidus aut pusillanimis, ut hilum curet sui apud te haberi rationem quamcunque, et non malit prorsus tibi esse ignotus; aut si hoc non possit fieri, convitiis peti a te potius, ut mihi nunc contigit, quam honorari? Nolim equidem tam male sapere, ut laudes a te, quam vituperationes tuas, potiores existimem.

Sed hoc ipsum fortasse, quod ad te scribo, laesum me offensumque indicat. Minime sane, Deos servatores testor: sed

της, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς ἄγριον, καὶ τὸ μαινόμενον τῶν φρενῶν, καὶ τὸ παρακινηκὸς ἐν πᾶσιν. Ἐξῆν γοῦν ὅπερ ἐδεδήγμην, ἔργοις ἀλλὰ μὴ λόγοις σε σφόδρα νομίμως κολάσαι· πολίτης γὰρ ὢν καὶ τῆς γερουσίας μετέχων, αὐτοκράτορος ἐπίταγμα παρῆτήσω. τοῦτο δὲ οὐκ ἐξῆν δήπουθεν τῷ μὴ μεγάλην ἀνάγκην προϊσχομένῳ. Οὔκουν ἐξήρκει μοι ὑπὲρ τούτου ζημιῶσαι σε παντοίαν ζημίαν· ἀλλ' ᾠήθην δὴ γράψαι πρὸς σὲ πρῶτον, νομίζων ἰάσιμον ἐπιστολίῳ βραχεῖ. ὡς δὲ ἐμμένοντα τοῖς αὐτοῖς, μᾶλλον δὲ τὸ λελῃθὸς τέως τῆς μανίας ἐφώρατα, μή τι καὶ νομισθεὶς ἀνὴρ, οὐκ ἀνὴρ ὤν· καὶ παῤῥησίας μεστὸς, ἐμβροντησίας ὢν πλήρης· καὶ παιδείαν μετεσχηκὼς, οὐδὲ γρὺ λόγων ἁψάμενος· ὅσα εἰκός ἐστι ταῖς ἐπιστολαῖς τεκμήρασθαι. Τὸ γὰρ φροῦδον οὐδεὶς εἶπε τῶν ἀρχαίων ἐπὶ τοῦ προφανοῦς, ὥςπερ σὺ νῦν, ἐπὶ τὰς ἄλλας σου τῆς ἐπιστολῆς ἁμαρτίας. Οὐδεὶς ἂν ἐξελθεῖν ἐν μακρῷ βιβλίῳ δυνηθείη καὶ τὸ μαστροπὸν ἐκεῖνο, καὶ βδελυρὸν ἦθος, ὑφ' οὗ σεαυτὸν προαγωγεύεις· οὐ γὰρ τοὺς ἐξ ἑτοίμου * * φηλοῖς ἥκοντας, * * οὐδὲ τοὺς ἐφεδρεύοντας ταῖς ἀρχαῖς, ἀλλὰ τοὺς

reprimere cupio nimis sibi placentem hominem, audacemque et effraenem ejus linguam, et ferocem animam, et insanam prorsusque turbatam mentem. Licebat sane, si morsu offensus essem tuo, rebus, non verbis legitimas omnino poenas a te repetere. Civis enim et ex Senatorio ordine cum sis, Imperatoris mandatum transgressus es. Hoc autem fas non erat, summa ad hoc non adigente necessitate. Igitur neque causae hoc mihi satis fuit, propterea te damno qualicunque afficere; sed duxi prius ad te scribendum, sperans brevi te epistolio sanari posse. Cum vero delictis institeris tuis, sive potius latentem prius insaniam prodideris palam: ne deinceps, qui vir non es, virum te putent homines; et libere dicentem, qui es maxime stupidus; vel eruditum, qui litteras nunquam attigisti, ut ex epistolis tuis licet arguere. Nec enim antiquorum ullus τὸ φροῦδον, ut rem manifestam significaret, usurpavit, quod tu nunc facis inter ceteros epistolae tuae lapsus. Nemo denique sermone quamvis longo lenoninos et impuros tuos mores queat explicare. Stas enim velut prostibulum, nec eos modo, qui te ultro adeunt, ductando captas * * Neque enim hos qui magistratus aucupantur, sed eos qui firmo

βεβαίᾳ κρίσει χρωμένους, καὶ δὴ τοῦτο τὸ δέον αἱρουμένους τούτους δεῖν, ἀλλὰ τοὺς ἑτοίμως ὑπακούοντας αἱρεῖσθαι; Καλάς γε ἡμῖν ἐλπίδας ὑποφαίνεις οὐδὲ δεόμενος, ὡς ὑπείξων, ἢν αὖθις καλῶμεν ἐπὶ κοινωνίᾳ πραγμάτων. Ἐμοὶ δὲ τοσοῦτον μέρος τούτου περίεστιν, ὥςτέ σε, τῶν ἄλλων εἰσιομένων, οὐδὲ προσιέρηκα πώποτε· καί τοι γε πρὸς πολλοὺς ἔγωγε τοῦτο ἐποίησα γνωρίμων τε καὶ ἀγνοουμένων ἐμοὶ κατὰ τὴν Θεοφιλῆ Ῥώμην διατρίβοντας. Οὕτω σου τῆς φιλίας ἀντεποιούμην· οὕτω σε σπουδῆς ἄξιον ᾠόμην. Εἰκὸς οὖν, ὅτι καὶ τὰ μέλλοντα πρὸς σὲ τοιαῦτα ἴσται. Καὶ γὰρ νῦν ἔγραψα ταυτηνὶ τὴν ἐπιστολήν, οὐ σοὶ μόνον ἀνάγνωσμα, ἐπεὶ καὶ ἀναγκαίαν πολλοῖς αὐτὴν εἶδειν· καὶ δώσω γε πᾶσιν, οὐκ ἄκουσιν, ὡς ἐμαυτὸν πείθω, λαβομένοις. σεμνότερον γὰρ ὁρῶντές σε καὶ ὀγκωδέστερον τῶν ἔμπροσθέν σου βεβιωμένων ἄχθονται. Τελείαν ἔχεις παρ' ἡμῶν τὴν ἀπόκρισιν, ὥςτέ σε μηδὲν ἐπικοθεῖν. Οὔκουν οὐδὲ ἡμεῖς παρὰ σοῦ τι πλέον ἀπαιτοῦμεν. Ἀλλ' ἐντυχών, ὅτε βούλει, τοῖς γράμμασι χρῆσαι. τὸ γὰρ ἡμετέρας φιλίας ἐπέπραταί σοι. Ἐρρωσο τρυφῶν καὶ λοιδορούμενος ἐμοὶ παραπλησίως.

utuntur judicio, et per hoc rectum colunt, ita ut decet, deligemus, et qui obsequi parati sunt. Bonas nobis spes objicis, dum ne rogas quidem, ut obsecundaturus, si iterum te ad communia negotia appellaverimus. Ego vero tantum ab illo absum, ut, caeteris intrantibus, te ne adlocutus quidem sim unquam: quod tamen multis ego feci notis et ignotis, qui Romae in illa dilecta Diis urbe versantur. Tanti amicitiam tuam aestimavi; ita dignum te esse ratus sum. Verisimile igitur in posteram quoque meam hanc de te sententiam fore. Nam et in praesenti hanc ad te exaravi Epistolam, non solum legendam tibi, sed quam necessariam duco, ut multi cognoscant; et dabo legendam omnibus, qui, ut opinor, non illubentes eam a me accipient. Cum enim vident te ita insolentem et turgidum esse prae aliis, indignantur. Perfectam hanc habes a nobis responsionem, ita ut nihil desiderare possis amplius: nec nos a te quicquam amplius postulamus. Igitur epistolas nostras, cum voles, lege; amicitiam enim nostram vendidisti. Vale inter delicias tuas et tua in me convicia.

ξ'.

Laetitiam, imo salutem, quam amici litteris debuit, uberrime significat. Tum ut illum adire sibi liceat, vota facit.

Ἰ α μ β λ ί χ ῳ.

Ἦλθες, καὶ ἐποίησας· ἦλθες γὰρ δὴ καὶ ἀπὼν, οἷς γράφεις· ἐγὼ δέ σε μὰ ἐμὰν ἂν δ' ἐφύλαξας, ἐμὰν φρένα καιομέναν πόθῳ οὔκουν οὐδὲ ἀρνοῦμαι τὸ φίλτρον, οὐδὲ ἀπολείπω σε κατ' οὐδέν· ἀλλὰ καὶ ὡς παρόντα τῇ ψυχῇ θεωρῶ, καὶ ἀπόντι σύνειμι· καὶ οὐδὲν ἱκανόν ἐστί μοι πρὸς κόρον ἀρκέσαι. Καί τοι σύ γε οὐκ ἀνίης καὶ παρόντας εὖ ποιῶν ἀεὶ, καὶ ἀπόντας οὐκ εὐφραίνων μόνον οἷς γράφεις, ἀλλὰ καὶ σώζων. Ὅτε γοῦν ἀπήγγειλέ μοί τις ἔναγχος, ὡς παρὰ σοῦ γράμματα κομίσας ἑταῖρος ἥκοι, ἐτύγχανον μὲν ἐν ἀηδίᾳ τοῦ στομάχου τριταῖος ἤδη καθεστὼς, καί τοι καὶ περιαλγῶς ἔχων τοῦ σώματος, ὡς μηδὲ ἔξω πυρετοῦ μεῖναι· σημανθὲν δὲ, ὡς ἔφην, ὅτι μοι πρὸς ταῖς θύραις ὁ τὰ γράμματα ἔχων εἴη, ἐγὼ μὲν, ὥςπέρ τις ἀκρατὴς ἐμαυτοῦ, καὶ κάτοχος, ἀναπηδήσας ἦξα πρὶν ὅτι δέοι παρεῖναι. Ἐπεὶ δὲ καὶ

LX.

JAMBLICHO.

Venisti, et feeisti. Nam et absens per eas, quas scribis, litteras venisti. Ego vero te, per meam, quam tu servasti, meam, inquam, mentem ardentem desiderio, nec amorem inficior, nec te ulla re desero; sed tanquam praesentem contempler animo, et cum absente versor: nec est quicquam quod me plene satiare possit. Verum tu neque de praesentibus bene merendi finem facis; nec absentes cum oblectare scriptis tuis, tum salutem iis afferre desinis. Cum igitur mihi nuper nunciasset aliquis, advenisse sodalem, qui a te litteras afferret; tertium jam diem stomacho laborabam, et affecta eram valetudine, ut nec extra febrem consisterem: sed cum mihi, ut dixi, significatum esset, adesse praeforibus, qui a te litteras haberet; statim velut impotens mei, et furore quodam instinctus, exiliensque, nec ministris expectatis, obviam erupi. Ut autem

ἔλαβον εἰς χεῖρας τὴν ἐπιστολὴν μόνον, ὀμνύω τοὺς θεοὺς αὐτοὺς, καὶ τὸν ἐπί σοί με ἀνάψαντα πόθον, ὡς ἅμα τε ἔφυγον οἱ πόνοι, καί με καὶ ὁ πυρετὸς ἀνῆκεν εὐθὺς, ὥςπέρ τινι τοῦ σωτῆρος ἐναργεῖ παρουσίᾳ δυσωπούμενος. Ὡς δὲ καὶ λύσας ἀνέγνων, τίνα με ἠγῇ ψυχὴν ἐσχηκέναι τότε, ἢ πόσης ἡδονῆς ἀνάπλεων γεγενῆσθαι; τὸν φίλτατον, ὡς φῂς, ἂν ἐμὸν, τὸν ἐρωτικὸν ἀληθῶς, τὸν διάκονον τῶν καλῶν, ὑπερεπαινοῦντά τε, καὶ φιλοῦντα δικαίως, ὅτι μοι τῶν παρὰ σοῦ γραμμάτων ὑπηρέτης γέγονεν, οἱονεὶ πτηνοῦ δίκην ἡμῖν τὴν ἐπιστολὴν διευθύνας σεσίφ τε καὶ πομπίμῳ πνεύματι· δι' ἧς οὐ μόνον ὑπῆρξεν ἡσθῆναί μοι τὰ εἰκότα περὶ σοῦ γνόντι, ἀλλὰ καὶ αὐτῷ κάμνοντι παρὰ σοῦ σωθῆναι. Τά γε μὴν ἄλλα, πῶς ἃ πρῶτον πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ἔκαθον εἴποιμ' ἄν, ἢ πῶς ἂν ἀρκούντως ἐμαυτοῦ τὸν ἔρωτα καταμηνύσαιμι; ποσάκις ἀνέδραμον εἰς ἀρχὴν ἐκ μέσου; ποσάκις ἴδεισα μὴ πληρώσας λάθω; ποσάκις, ὥςπερ ἐν κύκλῳ τινὶ, καὶ στροφῆς περιόδῳ, τοῦ συμπεράσματος τὸ πλήρωμα πρὸς τὴν ἀρχὴν ἀνέλκων, οἷον ἐν ᾄσματι μουσικῷ, ταὐτὸν τοῦ ῥυθμοῦ

epistolam in manus tantummodo sumsi, Deos ipsos, et illud meum, quo in te sum inflammatus, desiderium testor; repente fugisse dolores omnes, ac me febrim reliquisse, velut manifesta salutaris cujusdam numinis praesentia territam. Postquam vero resignatam legere coepi; quo me tandem animo fuisse tunc existimas, aut quantam cepisse voluptatem? cum amicissimum, ut ais, meum, et ad amores reipsa factum, ac rerum praeclararum administrum impense collaudarem, ac merito osculares; quod perferendis ad me litteris tuis operam navaverat, easque more volucris ad nos secundo ac prospero vento direxerat: quae mihi non solum oblectationem attulerunt, quod ex ipsis in illo, quem par erat, statu res tuas esse cognovi; sed aegrotanti quoque salutem ac sospitatem reddiderunt. Jam quod ad caetera spectat; quis animi mei affectus fuerit, cum primum epistolam illam legi, qua tandem oratione consequar? aut quemadmodum desiderium meum idoneis verbis explicem? quoties me ad initium a fine revocavi; quoties veritus sum, ne imprudens totam legendo percurrerem? quoties, velut in circulo quodam ac strophae ambitu, finem et clausulam ad principium retraxi; sic tanquam in musico cantu idipsum, a quo carmen exordium cepe-

τῷ τέλει, τὸ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἡγούμενον μέλος ἀντιδιδοὺς. ἦ καὶ
νὴ Δία, τὰ ἐξῆς τούτων· ὁσάκις μὲν τῷ στόματι τὴν ἐπιστολ
προσήγαγον, ὥςπερ αἱ μητέρες τὰ παιδία προσπλέκονται· ὁσά
δὲ ἀνεφόη τῷ στόματι, καθάπερ ἐρωμένην ἐμαυτοῦ φιλεύ
ἀσπαζομένου· ὁσάκις δὲ τὴν ἐπιγραφὴν αὐτὴν, ἣ χειρὶ σῇ, κα
περ ἐναργεῖ σφραγῖδι, σεσήμαντο, προσειπὼν καὶ φιλήσας,
ἐπέβαλον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἱονεὶ τοῖς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης δε
δακτύλοις ἐν τῷ τῶν γραμμάτων ἴχνει προσπεφυκώς. Χα
δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν πολλά· καθάπερ ἡ καλὴ Σαπφὼ φησι·
οὐκ ἰσάριθμα μόνον τῷ χρόνῳ, ὃν ἀλλήλων ἀπελείφθημεν, ἀλλ
γὰρ καὶ ἀεὶ χαῖρε, καὶ γράφε, καὶ μέμνησο ἡμῶν τὰ εἰκό
Ὡς ἡμᾶς γε οὐκ ἐπιλείψει χρόνος, ἐν ᾧ σε μὴ πάντα, κα
παντὶ καιρῷ, καὶ λόγῳ διὰ μνήμης ἔξομεν. ἀλλήλων δέ π
Ζεὺς δοίη ἱκέσθαι ἐς πατρίδα γαῖαν, καί σου τὴν ἱερὰν ἑστ
ἑστίαν ἐλθὶς ὑπέλθοιμεν, μὴ φείσῃ λοιπὸν, ὡς φυγάδος· ἀλλ
δῆσον, εἰ δοκεῖ, πρὸς τοῖς ἑαυτοῦ θώκοις τοῖς φιλτάτοις, ὡς
τινα Μουσῶν λειποτάκτην ἑλών· εἶτα τοῖς εἰς τιμωρίαν ἀρκο
παιδεύων. Πάντως οὔτε ἄκων ὑποστήσομαι τὴν δίκην, ἀλλ
ἑκὼν δὴ, καὶ χαίρων, ὥςπερ ἀγαθοῦ πατρὸς ἐπανόρθωσιν πρ

rat, modulationis in fine repeterem? Vel illa, per Jovem! qu
deinde consecuta sunt? quoties ad os meum epistolam admovi
sicut matres filiolos suos exosculantur? quoties ad idem meum
os adhaesit, tanquam suavissimam meam amasiam complecterer?
quoties inscriptionem ipsam, quam velut manifesto sigillo
tuapte manu obsignaveras, blande compellavi suaviatusque sum?
tum oculis imposui, quasi sacrae illius dextrae digitis in istis
litterarum vestigiis affixus. Tu vero nobis et ipse plurimum
salve; ut egregia illa Sappho loquitur; nec pro ratione modo
temporis ejus, quo invicem abjuncti sumus, sed perpetuo salve;
ac scribe; et, quantum par est, memento nostri. Nam, quod
ad me attinet, nullum tempus erit, quo non tui penitus, et in
occasione omni ac sermone meminerim. Quod si unquam Jupiter
dederit contingere patriam terram, ac tuos illos sacros penates
subire liceat; noli, tanquam fugitivo, deinceps parcere, sed ad
jucundissima tua subsellia, non secus ac desertorem Musarum
a fuga retractum, si videtur, alliga: tum pro ejus merito casti-
gatum admone. Equidem ultro ac gaudens, nedum invitus,

σε [illegible] καὶ σωτήριον. Εἰ δή μοι καὶ κατ' ἐμαυτοῦ τὴν κρίσιν ἐδέ[illegible] πιστεῦσαι, καὶ δίδως ἐνεγκεῖν ἣν βούλομαι, ἐμαυτὸν, ὦ [illegible]ναῖε, τῷ σῷ χιτωνίσκῳ προσάψαιμι ἂν ἡδέως· ἵνα σου κατὰ [illegible]δὲν ἀπολειποίμην, ἀλλὰ συνείην ἀεὶ, καὶ πανταχῆ προσφεροί[illegible]ην, ὥςπερ οὓς οἱ μῦθοι διφυεῖς ἀνθρώπους πλάττουσιν· εἰ μὴ [illegible]μῦνο οἱ μῦθοι λέγουσι μὲν ὡς παίζοντες, αἰνίττονται δὲ εἰς [illegible] τῆς φιλίας ἐξαίρετον, ἐν τῷ τῆς κοινωνίας δεσμῷ τὸ δι' ἑκα[illegible]φον τῆς ψυχῆς ὁμογενὲς ἐμφαίνοντες.

ξά.

[illegible]ponit, quam molestum ipsi sit intervallum, quo tam [illegible]ci, quam temporis ratione disjunctus sit ab Jamblicho.

Τῷ αὐτῷ.

Ἱκανὴν ὁμολογῶ τῆς σῆς ἀπολείψεως ἐκτετικέναι δίκην· οὐ [illegible]μόνον οἷς παρὰ τὴν ἀποδημίαν ἀνιαροῖς συννενέχθην, ἀλλὰ γὰρ [illegible]καὶ αὐτῷ τούτῳ πλέον, ὅτι σου τὸν τοσοῦτον ἀπελείφθην χρόνον· [illegible]καί τοι πολλαῖς καὶ ποικίλαις πανταχοῦ χρησάμενος τύχαις,

poenas istas, tanquam ab optimo patre providam ac salutarem emendationem, excipiam. Sin est ut mihi de me, qualemcumque velim, sententiam ferre permittas: hoc mihi, praestantissime vir, libenter imponam, ut ad tuniculam tuam adhaerescam, nec a te ullo tempore divellar, sed una tecum assidue verser, et ubique sim applicitus; cujusmodi sunt, quos biformes fingunt fabulae: nisi id istae ludentes fortasse praedicant, quod singularis cujusdam amicitiae significationem habeat; ut in communionis illius vinculo naturae in amborum animis consensionem exprimant.

LXI.

E I D E M.

Satis magnas poenas abjunctionis abs te meae dedisse me fateor; non ob eas molestias solum, quas in peregrinatione ista sum expertus, sed hujus unius rei maxime causa, quod tanto abs te sum tempore divulsus: quanquam et multis et variis fortunae casibus ubique conflictatus fuerim; sic ut nullius non

τῷ τέλει, τὸ πρὸς τὴν ἀρχὴν ἡγούμενον μέλος ἀντιδιδούς. ἦ καὶ, νὴ Δία, τὰ ἐξῆς τούτων· ὁσάκις μὲν τῷ στόματι τὴν ἐπιστολὴν προσήγαγον, ὥσπερ αἱ μητέρες τὰ παιδία προσπλέκονται· ὁσάκις δὲ ἀνεφόη τῷ στόματι, καθάπερ ἐρωμένην ἐμαυτοῦ φιλτάτην ἀσπαζομένου· ὁσάκις δὲ τὴν ἐπιγραφὴν αὐτὴν, ἣ χειρὶ σῇ, καθαπερ ἐναργεῖ σφραγῖδι, σεσήμαντο, προσειπὼν καὶ φιλήσας, εἶτα ἐπέβαλον τοῖς ὀφθαλμοῖς, οἱονεὶ τοῖς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης δεξιᾶς δακτύλοις ἐν τῷ τῶν γραμμάτων ἴχνει προσπεφυκώς. Χαῖρε δὲ καὶ αὐτὸς ἡμῖν πολλά· καθάπερ ἡ καλὴ Σαπφώ φησι· καὶ οὐκ ἰσάριθμα μόνον τῷ χρόνῳ, ὃν ἀλλήλων ἀπελείφθημεν, ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀεὶ χαῖρε, καὶ γράφε, καὶ μέμνησο ἡμῶν τὰ εἰκότα. Ὡς ἡμᾶς γε οὐκ ἐπιλείψει χρόνος, ἐν ᾧ σε μὴ πάντα, καὶ ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ λόγῳ διὰ μνήμης ἔξομεν. ἀλλήλων δέ ποθι Ζεὺς δοίη ἱκέσθαι ἐς πατρίδα γαῖαν, καί σου τὴν ἱερὰν ἐκείνην ἑστίαν αὖθις ὑπέλθοιμεν, μὴ φείσῃ λοιπὸν, ὡς φυγάδος· ἀλλὰ δῆσον, εἰ δοκεῖ, πρὸς τοῖς ἑαυτοῦ θώκοις τοῖς φιλτάτοις, ὥσπέρ τινα Μουσῶν λειποτάκτην ἑλών· εἶτα τοῖς εἰς τιμωρίαν ἀρκοῦσι παιδεύων. Πάντως οὔτε ἄκων ὑποστήσομαι τὴν δίκην, ἀλλ' ἑκὼν δὴ, καὶ χαίρων, ὥσπερ ἀγαθοῦ πατρὸς ἐπανόρθωσιν προ-

rat, modulationis in fine repeterem? Vel illa, per Jovem! quae deinde consecuta sunt? quoties ad os meum epistolam admovi, sicut matres filiolos suos exosculantur? quoties ad idem meum os adhaesit, tanquam suavissimam meam amasiam complecterer? quoties inscriptionem ipsam, quam velut manifesto sigillo, tuapte manu obsignaveras, blande compellavi suaviatusque sum? tum oculis imposui, quasi sacras illius dextrae digitis in istis litterarum vestigiis affixus. Tu vero nobis et ipse plurimum salve; ut egregia illa Sappho loquitur; nec pro ratione modo temporis ejus, quo invicem abjuncti sumus, sed perpetuo salve; ac scribe; et, quantum par est, memento nostri. Nam, quod ad me attinet, nullum tempus erit, quo non tui penitus, et in occasione omni ac sermone meminerim. Quod si unquam Jupiter dederit contingere patriam terram, ac tuos illos sacros penates subire liceat; noli, tanquam fugitivo, deinceps parcere, sed ad jucundissima tua subsellia, non secus ac desertorem Musarum a fuga retractum, si videtur, alliga: tum pro ejus merito castigatum admone. Equidem ultro ac gaudens, nedum invitus,

μηδῆ καὶ σωτηρίον. Εἰ δή μοι καὶ κατ' ἐμαυτοῦ τὴν κρίσιν ἐθέλοις πιστεῦσαι, καὶ δίδως ἐνεγκεῖν ἣν βούλομαι, ἐμαυτὸν, ὦ γενναῖε, τῷ σῷ χιτωνίσκῳ προσάψαιμι ἂν ἡδέως· ἵνα σου κατὰ μηδὲν ἀπολειποίμην, ἀλλὰ συνείην ἀεὶ, καὶ πανταχῆ προσφεροίμην, ὥςπερ οὖς οἱ μῦθοι διφυεῖς ἀνθρώπους πλάττουσιν· εἰ μὴ κἀκεῖνο οἱ μῦθοι λέγουσι μὲν ὡς παίζοντες, αἰνίττονται δὲ εἰς τὸ τῆς φιλίας ἐξαίρετον, ἐν τῷ τῆς κοινωνίας δεσμῷ τὸ δι' ἑκατέρου τῆς ψυχῆς ὁμογενὲς ἐμφαίνοντες.

ξά.

Exponit, quam molestum ipsi sit intervallum, quo tam loci, quam temporis ratione disjunctus sit ab Jamblicho.

Τ ῷ α ὐ τ ῷ.

Ἱκανὴν ὁμολογῶ τῆς σῆς ἀπολείψεως ἐκτετικέναι δίκην· οὐ μόνον οἷς παρὰ τὴν ἀποδημίαν ἀνιαροῖς συννενέχθην, ἀλλὰ γὰρ καὶ αὐτῷ τούτῳ πλέον, ὅτι σου τὸν τοσοῦτον ἀπελείφθην χρόνον· καί τοι πολλαῖς καὶ ποικίλαις πανταχοῦ χρησάμενος τύχαις,

poenas istas, tanquam ab optimo patre providam ac salutarem emendationem, excipiam. Sin est ut mihi de me, qualemcumque velim, sententiam ferre permittas: hoc mihi, praestantissime vir, libenter imponam, ut ad tuniculam tuam adhaerescam, nec a te ullo tempore divellar, sed una tecum assidue verser, et ubique sim applicitus; cujusmodi sunt, quos biformes fingunt fabulae: nisi id istae ludentes fortasse praedicant, quod singularis cujusdam amicitiae significationem habeat; ut in communionis illius vinculo naturae in amborum animis consensionem exprimant.

LXI.

E I D E M.

Satis magnas poenas abjunctionis abs te meae dedisse me fateor; non ob eas molestias solum, quas in peregrinatione ista sum expertus, sed hujus unius rei maxime causa, quod tanto abs te sum tempore divulsus: quanquam et multis et variis fortunae casibus ubique conflictatus fuerim; sic ut nullius non

L. 4. *τοῦ Χαιρεφῶντος οὐδὲν ἀστειότερον*] Martinius in margine hanc notulam posuit a sequentibus Editoribus omissam: *Proverbium est: nihil a Chaerephonte differs. Dicitur in pallidos ac macilentos, qualis erat Chaerephon poeta ob immodicas vigilias.* Idem fere docuerat Suidas in vocc. *Χαιρεφῶν* ac *Διοίσειν.* quae loca in Adagiis illustrantur Schotti p. 751. Erasmi p. 1014. Miror equidem, adeo celebratum Chaerephontis nomen ab Aeliano neglectum esse Var. Hist. X, 6. ubi *Περὶ ἀνδρῶν λεπτῶν* instituit sermonem. Caeterum ironico sensu vocem adhiberi *ἀστειότερον*, e nexu liquet. *Ἀστεῖος* enim, auctore Suida, est *εὐπρόσωπος· χαρίεις· καλός.* Fortasse tamen, quum pro *ἀστειότερον* codex D. vitiose teneat *ἀστενό-*

τερον, conjiciet aliquis olim scriptum fuisse ἀσθενικότερον vel ἀσθενέστερον, i. e. *debiliorem.*

L. 5. νύμφης ἐρωτικῶς περιέχεσθαι] Adverbium e codicibus tribus adoptavi pro vulgato ἐρωτικῆς. Haud absimiliter scripsit Julianus Orat. III. p. 112, D: εἶχον αὐτοῦ πᾶσαι ἐρωτικῶς. Caes. p. 329, A: ἐρωτικῶς τε οὖν εἶχεν αὐτῆς. Caeterum codex M. incommode cum articulo scribit τῆς νυμφῆς. Neutiquam enim de certa et cognita muliere cogitatur, sed de dubia quapiam amica s. ἑταίρᾳ, cujus laqueis irretitus censetur haesisse familiaris. Talia quidem haud incongrue possent ad Libanium dicta videri, quippe qui caelebs vitam transegit.

L. 6 *sq.* γένοιτο ταῦθ' οὕτως, ὅπως Ἀφροδίτῃ φίλος ἐρᾷῃ. Ἐρρωσο] Pessime vulgabatur in Edd. omnibus: φίλον. Ἐρρώσῃ καὶ ἐρρωσο etc. vertebaturque totus locus: *Sed haec, sicuti Veneri libitum fuerit, ita sunto. Tu interea valebis; atque* etc. Ratio vocis Ἐρρώσῃ a nemine fuit explicita. Ope trium codicum, qui tamen singuli sunt ex parte corrupti, lectionem consarcinavi ni forte verissimam, veri certe simillimam. Exhibet nempe codex D: γ. τ. οὕτως. ἀφροδίτῃ φίλος ἐρώσῃ. καὶ ἐρρωσο etc. Cod. J: γ. τ. οὕτως ἀφροδίτῃ φίλον ἐρώσης· καὶ ἐρρωσο etc. Cod. M: γ. τ. οὕτως, ὅπως ἀφροδίτῃ φίλῃ ἐρώσῃ. Ἐρρωσο etc. Uti scripturam constitui, nemo non videt, aptissime Julianum optare, ut numinis beneficio roboretur ille, qui corpus habebat Chaerephontis simile. Est autem ἐρώσῃ Aoristus Subjunctivi Medii ab antiqua verbi forma ἐρόω vel ἐρώω, pro quo ῥώννυμι vulgo usurpatur. Quum autem in Veneris cultu non tam robur, quam infirmitas concilietur corporibus, ironiam involvere videtur votum Juliani.

L. 7. καί σε θᾶττον] Cod. D. vitiose: καὶ δὴ θᾶττον.

L. 8. καὶ παίδων πατέρα.] « Male alteram lectionem reponit idem πατρίδα pro πατέρα, neque tolerabilius interpretatur. » Petav. — Putaverat scilicet Barthus l. c., scriptorem in animo habuisse supra laudatum Ulyssem, itaque vovisse, ne sine filio tantus heros periret, sed Ulyssis exemplo domum rediens parvum in aula Telemachum inveniret. Quare pro σε conjiciens σον legendum, *Julianus,* ait, *ut hominem urat, terram illam quam tantopere ille aversatur, etiam filiorum ipsius patriam salutare cupit.* Quae profecto tam inepta sunt et adfectata, ut in refellendo minime sit morandum. Equidem unice veram puto

scripturam *πατέρα*, quam, excepta Cujacii Editione, (quae in textu quidem *πατρίδα*, sed in Versione *patrem* exhibet) omnes mei libri tuentur editi aeque ac manuscripti: verum suspicor, aliud quid, ac eatenus visum est, significari. Minime licet absurdum sit, de sobolis procreatione cogitare, ubi modo *νύμφη* memorata est, satius tamen videtur, quoniam ad sophistam forte scribacem a litterarum amantissimo scribitur, verba nostra metaphorico sensu accipere, quo *παῖδες ingenii foetus*, eorumque auctor *πατὴρ* appellari solent; cujus dicendi usus exempla multa suppeditat V. C. Boissonade ad Marinum p. 75 sq. unde unicum adponam ex Julian. Orat. II. p. 50, A: *ὁ πατὴρ ἐκείνων τῶν λόγων*. Exemplis non adstruam usum vocabuli *παῖδες* pro *scriptis*; nihil enim nisi actum agere possem: sed occasionem arripiam, ut *Nostri* locum emaculem, in quo vox illa, diverso licet consilio, nempe de sermone, usurpatur. Sic enim occurrit Orat. II. p. 79, C: *δέος οὐ φαῦλον με ἔχει περὶ τῶν ἔμπροσθεν λόγων, καὶ ἐμαυτοῦ· μή ποτε ἄρα τοὺς μὲν παῖδας ἀποφήνητε; σοφιστὴν δὲ ἐμὲ γελοῖον καὶ ἀμαθῆ*. q. d. *non parum mihi propter ea, quae dixi hactenus, metuendum est, ne vos pueros illos fuisse, me vero ridiculum atque imperitum sophistam esse censeatis.* At pro *παῖδας* e praescripto codicis A. legendum est *παιδείους*, h. e. *ne sermones istos esse pueriles declaretis.* Non ignoro tamen, usu consecratam esse locutionem *παῖδα ἀποφαίνειν τινὰ*, quando imbecillitas alicujus aperitur, e. g. apud Lucianum Hipp. c. 3. (T. VII. p. 297. ed. Bipont.): *παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν*, q. d. *effecit, ut pueri viderentur superiores.* Ib. De Morte Peregr. c. 11. (T. VIII. p. 278. ed. Bipont.): *ἐν βραχεῖ παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε*, q. d. *Brevi tempore, ut pueri juxta se viderentur omnes, effecit.* Sed vix ejusmodi locutio traduci poterit in res inanimatas vel orationem.

(Interpres gallicus p. 492.)

EPISTOLA II.

Haec extat in codicibus meis DJ. et in Barocciano.

L. 12. Προαιρεσίῳ.] Baroccianus codex addit Σοφιστῇ. De Prohaeresii eloquentia copiose scripsit Eunapius. Huic tamen antepositum a Juliano Libanium scribit Suidas [voce Λιβάνιος], ut illum ureret; nimirum quod Christianus esset:

ut in Chronico refert Hieronymus et Eunapius in calce Vitae ejus.» Petav. — Additamento carent mei codices cum Edd. omnibus. In universum est frequentissima in exhibendis inscriptionibus dissensio codicum, qui formam illarum uno alterove vocabulo modo dilatant, modo coarctant. Quum igitur desperandum sit agnosci posse, quid in ejusmodi locis scriptum reliquerit Julianus, equidem non nisi gravissimis adductus rationibus inscriptiones aliter posui, ac in Edd. occurrebant, quae quidem in talibus inter se convenire solent. Si quidem rationem habuissem codicum invicem haud raro discrepantium, sine fructu aucta esset inscriptionum dissimilitudo jam praeter elegantiam inaequalium. Haec semel indicasse sufficiat. De rebus Prohaeresii, qui Athenis litteras docuit, apte disserit Bleterius in *Vie de Julien* lib. IV. p. 236 sqq.

L. 13. Προαιρέσιον *τὸν καλὸν*] Singulari errore censuit Barthus in Adversariis lib. I. cap. 12. *τὸν καλὸν* pertinere ad *formositatem* Prohaeresii, quae secundum Eunapium egregia fuerit; quam autem Julianus, ut minime formae studiosus, tanquam rem magnam per ironiam laudaret. Non minus inscite Bleterius l. l. his ex verbis *probitatem* commendat Prohaeresii. Potius *καλὸς* est Atticae elegantiae epitheton, quod optimorum scriptorum exemplo frequentat *Noster*, e. g. Epp. XXIV. p. 34: Θεόφραστος δὲ ὁ καλός. XXXIV. p. 56: *τὸν* Ὀρφέα *τὸν καλόν*. et: Ἰάμβλιχον *τὸν καλόν*. XXXVII. p. 64: *ὁ καλὸς ἡμῶν* Ἀμέριος. XL. p. 72: *ὁ καλὸς* Σώπατρος. Ex aliis auctoribus exempla collegit Boissonade ad Philostr. Her. p. 306. jam laudatus et auctus a Creuzero ad Plotinum De Pulcrit. in Praeparatione p. XVI.

L. 14 *sq.* *ἐφιέντα τοῖς λόγοις, ὥσπερ οἱ ποταμοὶ τοῖς πεδίοις ἐπαφιᾶσι τὰ ῥεύματα*] Nisi contra codicum et Editionum auctoritatem *τοὺς λόγους* scribas, quod commodissimum foret, ad verba *ἐφιέντα τοῖς λόγοις* animo referri oportet *τὰ ῥεύματα*, quae vox tam orationis, quam aquarum profluvium significaret. Itaque *ἐφιέναι τοῖς λόγοις τὰ ῥεύματα* proprie sonaret *litteris eloquentiam immittere*, h. e. *litteras per eloquentiam fecundare* vel *amplificare;* quem ad modum eloquentiam cum inundantibus fluviis comparari vidimus ad Ep. I. p. 3. lin. 14. Pro vulgato olim *ἐφ' ἅπασιν*, quod et mei codices tenent, recipiendum esse ex codice Barocciano *ἐπαφιᾶσι*, perspecte monuit Petavius; cui

merito Spanhemius obsecutus est. Respondet id verbum superiori *ἐφιέντα*. Locutio redit Orat. I. p. 28, C. ubi est: *ἐπαφιεὶς δὲ ποταμῶν ῥεύματα*. Ibid. p. 30, A: *ποταμὸν ἐπαφιέμενον*.

L. 15. *καὶ ζηλοῦντα τὸν Περικλέα*] « *Aemulantem Periclem*, non *eloquentia Pericli parem*, quod Interpres posuit. » Petav. — Errorem, quem et Barthus animadvertit l. l., Spanhemius e Versione sustulit. Sensus adeo certus est, ut in Caes. p. 334, D. pro vulgatis verbis *κατὰ ζῆλον* Ἀχιλλέως in codice D. ex scholio, puto, legatur *κατὰ μίμησιν* Ἀχιλλέως. Caeterum in eodem codice perperam loco nostro *ζηλοῦται* scribitur. Quod adhuc verbum ansam praebet emendandi Julian. Orat. III. p. 103, C. ubi vulgatum est: *τοὺς δὲ ἐπιζηλοῦν ἐκεῖνα πείθει*, q. d. *hos vero ad illorum aemulationem adducit*. Nullus dubito, cum codice meo A. scribendum esse *ἐπὶ τὸ ζηλοῦν*, praesertim quum in Lexicis omnino desit verbum *ἐπιζηλοῦν*.

L. 16. *ξυγκυκᾶν τὴν Ἑλλάδα*] Edd. *συγκυκᾶν*. Codicum scripturam praetuli, quoniam Atticus adumbratur scriptor Aristophanes, cujus sunt versus in Acharn. 535 sq. (Vol. II. p. 255. ed. Inverniz.):

Ἐντεῦθεν ὀργῇ Περικλῆς ὀλύμπιος
Ἐστραπτεν, ἐβρόντα, ξυνεκύκα τὴν Ἑλλάδα.

Quem ad locum ostendunt interpretes (Comment. Vol. V. p. 145. ed. Dindorf.), quantopere celebrati sint isti versus. Juliani tamen nulla fit mentio.

L. 17. *θαυμάζειν δὲ οὐ χρὴ*] Ita codices mei. Vulgo *δ' οὐ*.

Pag. 6. *L.* 1. *μακροὺς πάνυ καὶ μεγάλους ποιεῖσθαι λόγους*] Adverbium *πάνυ* debetur codicibus meis. Quae sententiae inest ironia, eam non cepit Wolfius ad Liban. Ep. 372. not. 7. hoc ex loco probaturus, *Julianum longas amavisse epistolas*. Contrarium potius innuitur. Scilicet *λόγοι μακροὶ* apud Graecos in invidia erant; quare carpuntur hinc inde Sophistae tanquam auctores *λόγων μακρῶν*. e. g. apud Platonem Alcib. Pr. c. 3. p. 102. ed. Biester. (T. V. p. 9. ed. Bipont.), ubi ex Alcibiade quaerit Socrates: *ἆρα ἐρωτᾷς, εἴ τινα ἔχω εἰπεῖν λόγον μακρὸν, οἷους δὴ ἀκούειν εἴθισας*; scil. apud Sophistas. Quo consilio frequentatur in Platone verbum *μακρολογεῖν*, quod et *Noster* adhibuit scribens apud Cyrillum lib. IX. p. 319, D: *Ἀλλὰ τί ταῦτα ἐγὼ μακρολογῶ*; Porro citabimus Platonem in Lys. (T. V. p. 221. (ed. Bipont.): *θῆλυς τις ἦν, ὥςπερ ποίημα μακρὸν*

ογκείμενον. Aristophanem in Acharn. vs. 305: *σοῦ δ' ἐγὼ λόγους λέγοντος οὐκ ἀκούσομαι μακρούς*. Quae quidem verba sine auctoris nomine referuntur in Suida voc. Μακρούς.

L. 2. *τὰ βραχέα*] Vitiose *τοὺς βραχέα* tenet codex D.

L. 3 *sq.* *Ἴσθι δῆτά μοι πολλὰ πανταχόθεν κύκλῳ πράγματα ἐπιῤῥεῖν*] Codd. DJ: *δεῖτα*. tum *παντόθεν*. — Laconicam brevitatem excusaturus negotiorum copiam obtendit Julianus; id quod non intellexerat Interpres vertens: *Scito igitur, res nostras in magna varietate ac vicissitudine versari*. Frequentem verbi *ἐπιῤῥεῖν* usum metaphoricum ostendit Wyttenbachius Ep. Crit. p. 14. (p. 237. ed. Schaefer.), quem probavit et auxit Cl. Boissonade ad Philostr. Her. p. 414. Ex Juliano proferam indicia locorum Oratt. I. p. 18, C. III. p. 119, C. VII. p. 236, C. postamque verba Orat. II. p. 83, C: *οὔτε πλοῦτος ἀρχαῖος ἢ νεωστί ποθεν ἐπιῤῥέων βασιλέα ποιεῖ, οὔτε ἁλουργὲς ἱμάτιον, οὔτε τιάρα*. ut similem conferam Themistii sententiam Orat. XIV. p. 338. (ed. Petav.): *Τιάρα οὐ ποιεῖ βασιλέα, οὐδὲ κάνδυς, οὐδὲ μανδύη* etc. Neque praetermittam Juliani locum Orat. I. p. 34, C: *ἔθνη — — ἐπιῤῥεύσαντα Ἰταλοῖς*. quoniam ita dixerat Homerus Iliad. XI, 724: *τά δ' ἐπίῤῥυτον ἔθνσα*.

L. 4. *Τῆς καθόδου τὰς αἰτίας*] Verba *τῆς καθόδου*, quae Spanhemius e Barocciano codice recepit, ab utroque meo codice probantur. De quonam reditu ex exilio cogitandum sit, incertum est. An de reditu Proaeresii, postquam Athenis esset pulsus? de quo Eunapius p. 110 sq. An potius illo vocabulo Julianus appellat suam adversus Constantium profectionem, quum e Gallia, ubi quasi relegatus erat, Constantinopolim rediret imperiumque susciperet? Quam in sententiam hoc adducit, quod statim de Epistolis memoratur, quae in conscribendo opere juvarent amicum. Innuuntur, puto, deperditae hodie litterae, quas tum Constantius Imperator atque Julianus Caesar invicem sibi scripsere, quum res in eo essent, ut imperium ab illo ad hunc transiret. Cujus generis litterarum exemplar ab Ammiano Marcellino servatur, non quidem ad verbum, sed ad sensum expressum lib. XX. c. VIII. §. 5—17. Supra eadem re Julianus ad Senatum quoque scripsit orationem *acrem*, ut idem tradit Ammianus lib. XXI. c. X. §. 7.

Ibid. *ἱστορίαν*] Cod. D: *ἱστορίας*. haud male.

L. 5. *ἀπαγγελῶ σοι*] Mei quidem codices cum omnibus Edd. exhibent *ἀπαγγέλλω σοι*. sed e Barocciano codice postulanti sensui Futurum dedi; quam scripturam conjectura jam assecutus est Barthus in Adversariis lib. I. cap. 12. Quod in eodem codice *πάντα* adjicitur, id inoommodum esse patet.

L. 6. *τὰς ἐπιστολὰς ἀποδείξεις*] Cod. Baroccianus: *καὶ ἀποδείξεις*. male. — Singularem prorsus sententiam de planissimo loco sibi finxit Barthus capite modo laudato, hunc in modum scribens: *De eloquentia Proaeresii εἰρωνικῶς loquitur Julianus, cum Historiam in ejus epistolis agnoscere videtur. Nam si historiam compositurum rescierit, longas illi demonstrationes epistolis missurum ait, qui jam λακωνίζει.*

L. 7. *εἰ δ' ἔγνωκας*] En locum, qui haud indicata sede memoriter ex Juliano laudatur apud Vigerum De Idiot. p. 227. ed. Zeune (p. 232. ed. Hermann.), ubi usus illustratur verbi *γιγνώσκειν*. Eodem verbi sensu dixit *Noster* Caes. p. 316, B: *ἔγνωκας*, i. e. *constituisti, decrevisti.* Epp. VI. init. XVII. fin.: *τὰ ἐγνωσμένα.* Orat. II. p. 91, A: *τὰ γνωσθέντα.* Huc facit Suidas: *Ἔγνω· ἀντὶ τοῦ ἔκρινεν.*

L. 8. *εἰς τέλος ἄχρι γήρως*] In Ed. Petav. vitiose scriptum est *γήρος*. Julianus idem sic expressit Ep. XXXIV. p. 56: *εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ γήρως.*

Ibid. *μου τὴν σιωπὴν*] Corrupte *τὸν σιωπῆν μου* in codice D.

(Interpr. gall. p. 412.)

EPISTOLA III.

Haec extat in codicibus DHJKM. Mon. Barocc. Voss.

L. 11. *Λιβανίῳ*] Codices M. et Mon. praemittunt nomen *Ἰουλιανὸς*, ut alii alibi. Codex H. caret inscriptione. Satis superque notus est Antiochensis ille Sophista, quem jam attigimus ad Ep. I. init. De rebus ejus notitiam concinnavit elegantem Bleterius in *Vie de Julien;* cujus Index ostendet paginas.

L. 12. *ἐπελάθου*] Cod. D: *ὑπελάθου.*

L. 13. *Πρίσκος*] Cui inscribitur Epistola LXXIII. ubi conferantur Obss. Proximo loco Petavius male tenet *οὐκ*, ubi reliqui scribunt *οὐχ.*

L. 14. *χρονίζων*] Ita scripsi cum codicibus DHKM. quum vulgatum esset *χρονίσων*.

L. 16. *ἥδιστον πάντων*] Vulgo *ἥδιστον πάνυ*. Nova scriptura, quae debetur codici H., morem refert Juliani, v. c. Epp. XXXVII. p. 64: *ἥκιστα — — πάντων*. XL. p. 73: *πάντων ἥκιστα*. XIII. p. 191: *μάλιστα πάντων*. nec aliter Orat. I. p. 56, D.

Ibid. *Πέμπε δὴ τὸν λόγον*] Pro *δὴ* scribitur *δὲ* in codice H. — Forsan eadem intelligitur Libanii Oratio, quam *Noster* accepisse perlegisseque testatur Ep. XIV. Aequo tamen jure poterit ipsius Juliani quaepiam Oratio significari, quam is Libanio castigandam dederit, ita ut commissa reposcat amicique judicium de opere suo requirat. Hoc enim placuisse Juliano, ut scripta sua, antequam vulgaret, docti alicujus amici submitteret examini, prodit ex Epp. XVI. XXIV. fin.

L. 16 *sq.* *καὶ τὴν ἱερὰν συμβουλὴν*] In margine Mart. notatur: « *Alludit ad proverbium ἱερὰ συμβουλή.* » quae notula praetermissa est in sequentibus Edd., maximo quidem Tourleti detrimento, qui verbis illis innui putavit opus quoddam Libanii, sicut ex hac interpretatione constat: *et cette délibération sacrée*: quam deinde *deliberationem* non aliam fuisse contendit ab Oratione Pro Aristophane laudata Ep. LXXVI. Tu proverbium *Ἱερὸν ἡ συμβουλή ἐστιν* reperies apud Zenobium Cent. IV, 40. ubi Schottus optimos indicavit auctores. Adponi autem debebat geminus locus E Suida Cent. VII, 93: *Ἱερὸν ἡ συμβουλή· ἐπὶ τῶν δεινῶν συμβουλεύειν*. Diverse legimus inter Prov. Metr. vs. 148: *Σύμβουλος ἱερὸν χρῆμα*. Sententiam utramque habes in Adagiis Erasmi p. 328. tit. *Consilium res sacra.* et p. 324. tit. *Res sacra consultor.* De Juliano nusquam est memoratum.

L. 17. *πρὸς Ἑρμοῦ καὶ Μουσῶν*] Pro vulgata voce *Μούσης* posui *Μουσῶν* e codicibus Barocc. HM. Pluralem numerum et alibi tenet Julianus, e. g. Orat. VII. p. 209, A: *πρὸς τῶν Μουσῶν*. Misopog. p. 351, C: *μὰ Δία καὶ Μούσας*.

L. 17 *sq.* *ἐπεὶ καὶ τούτων*] Pro vulgato *ἀλλὰ*, quod e superiori versu descendisse poterit, *ἐπεὶ* dedi e praescripto codicum omnium praeter K., qui pristinam agnoscit scripturam.

L. 18. *ἡμερῶν*] Perperam *ἡμετέρων* in codice D.

L. 1. *ὁ Σικελιώτης ποιητὴς*] Theocritus, quem Syracusa- Pag. num fuisse constat, significatur e more Juliani, qui veteres 7.

scriptores per periphrasin laudare amat, v. c. Epp. XXII. init. et Fragm. II. p. 152: ὁ λογοποιὸς ὁ Θούριος. XVIII. p. 25: κατὰ τὸν Τήϊον ἐκεῖνον μελοποιόν. XXX. p. 51: κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητήν. Oratt. III. p. 107, B: τῷ Σταγειρίτῃ σοφῷ. VII. p. 227, A: ὁ Πάριος ποιητής. quae verba de Archilocho valere videntur ex initio Misopogonis, ubi est: Ἀρχιλόχῳ τῷ Παρίῳ. Misopog. p. 369, C: ὁ Βοιώτιος ποιητής. Ibid. p. 366, B: ὁ Τήϊος ποιητής. cujus ibi citatus versus extat in Anacreontis editione Barnesiana nr. 1316 sq. p. 312.

Ibid. ἐν ἥματι φάσκων τοὺς ποθοῦντας γηράσκειν.] Theocriti verba, quorum sedem in margine notarunt Martinius ac Spanhemius, in Idyll. XII, 2. sic leguntur:

— οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἥματι γηράσκουσι.

Quo respexit Firmus Episcopus Ep. 51. in Anecdotis Graecis Muratorii p. 310. scribens: ἐπειδὴ τοὺς ποθοῦντας ἐν ἡμέρᾳ γηράσκειν ὁ παλαιὸς κατέχει λόγος. Minus recte ποθοῦντας in Juliano vertebatur *amantes;* quemadmodum et Erasmus in Adagiis (tit. *Ergini cani,* p. 1620.) Theocriti versum interpretatus est, ut ποθεῦντες pro ἐρῶντες accipi dixerit. Sed contra Erasmum ποθεῦντες in significatione usitata pro *desiderantes* accipiendum esse, bene monuit H. Stephanus in Animadvv. ad Adagia Erasmi fol. 15. recto; ubi palmario argumento poterat esse *Nostri* locus, in quo manifeste non de amantis, sed generatim de expectantis desiderio cogitatur. Julianus porro poëtam eo aptius allegavit, quod apud illum aeque de desiderio sermo est, quod *per triduum* alebatur. Versui nimirum supra descripto praecedit alter hujusmodi: Ἤλυθες, ὦ φίλε κοῦρε, τρίτῃ σὺν νυκτὶ καὶ ἠοῖ.

Addere juvat, ex eodem Theocriti carmine, versu nempe 15., profecisse *Nostrum* Orat. VIII. p. 244, C. ubi, tecto quidem auctoris nomine, scripsit: φιληθεὶς, τὸ λεγόμενον, ἴσῳ ζυγῷ. Fontem jam aperuit Toup. Opusc. Crit. p. 185. (ed. Lips.), toto Juliani loco apud Suidam detecto T. II. vocc. Ἴσῳ ζυγῷ. sed indicare neglexit, id Suidae caput a Schotto delibatum esse Prov. Graec. E Suida Cent. VIII, 8. ubi conferatur Editoris nota.

L. 2. Εἰ δὲ ταῦτά ἐστιν, ὥςπερ οὖν ἐστι,] Pro δὲ scribitur δὴ in cod. H. Quod idem codex post verba nostra addit ἀληθῆ,

scholio deberi videtur. Similis est sententiae conformatio Platonis in Phaedro p. 242: *εἰ δ' ἐστὶν, ὥςπερ οὖν ἐστι, θεὸς ἤ τι θεῖον ὁ Ἔρως.*

L. 3. *μεταξὺ τοῦ πράττειν*] Loco verbi *πράττειν* in codice H. perperam est *γράφειν*. quae vox ex inferiori linea poterit ascendisse.

L. 4. *οἷός τε ἦμην*] Cod. H: *οἷός τε ἦν.*

L. 4 *sq.* *ἀργοτέραν ἔχων τῆς γλώττης τὴν χεῖρα*] Contrarium dicit ejus sententiae, quam in Suida lego T. I. p. 484: *Γλῶσσαν μὲν ἄργον, χεῖρα δ' εἶχον ἐργάτιν.* ubi quidem adnotatur, esse verba Sophoclis Philoctete p. 381. Adagii speciem is locus induisse videtur, quum etiam inter Prov. Metr. nr. 520. sic expressus occurrat versus: *Γλῶσσαν μὲν ἀργὴν, χεῖρα δ' ἐργάτιν φέρω.* Tali notione, qualem ex istis assequeris, nomen quoque *γλωσσαργία* gaudet, v. c. apud Lucianum Lexiph. c. 19. (T. V. p. 197. ed. Bipont.), ubi ludificando sociatur *σιωπὴν καὶ γλωτταργίαν.* Quare imperfecta est Schneideri opera ponentis in Lexico: *Γλωσσαργία, linguae petulantia.* Addendum: *linguae otium.*

L. 5 *sq.* *καίτοι μοι καὶ τὴν γλῶτταν εἶναι συμβέβηκεν ὑπὸ τῆς ἀνασκησίας ἀργοτέραν*] Quum *καὶ* vulgatum esset, apte Spanhemius e codice Barocc. a Petavio commendato recepit *καίτοι*, quod omnes mei codices probant. — Sequens particula *καὶ* videtur aliquibus offensioni fuisse; subnotatur enim in codice D. superne inscripta reperitur in codice H. — Tandem *ἀργοτέρον* scribitur in codice D. — Caeterum ad istum locum respexit Libanius Ep. 1588. quam Wolfius quidem ad aliquam Basilii epistolam spectare credidit, et quae profecto cum hac inscriptione: *Λιβάνιος Βασιλείῳ*, circumfertur inter Basilii Magni Opera T. III. p. 457. (ed. Benedict. e congr. S. Mauri) nr. CCCXLIII. (alias CL.) Sed vel nesciens, in codicibus M. et Mon. post Julianeam proxime sequi alteram inscriptam *Λιβάνιος πρὸς ταῦτα*, sentiet adfinitatem quisquis initium istud legerit: *Εἰ ταῦτα γλώττης ἀργοτέρας, τίς ἂν εἴης αὐτὴν ἀκονῶν;* Quidni adponam reliqua? *σοῦ μὲν γὰρ ἐν τῷ στόματι λόγων οἰκοῦσι πηγαὶ, κρείσσους ναμάτων ἐπιῤῥοῆς· ἡμεῖς* (Conjicit Wolf. *ἡμῖν*) *δὲ εἰ μὴ καθ' ἡμέραν ἀρδοίμεθα, λείπεται τὸ σιγᾷν.* Post quae hactenus edita sequuntur haec in codice M: *τὸν δὲ λόγον ζητεῖς ἐρημον βοηθοῦ λαβεῖν· καὶ διὰ τοῦτο σοι Πρίσκος ὁ καλὸς μίλει.*

Δέχου δὲ ὅμως. Πάντως δὲ ὅτι [leg. ὅ,τι] ἂν γνῷς στέρξωμεν. [leg. στέρξομεν]. Brevior tamen vel ejus modi epistola videri potest, quam quae pro dignitate litteris Juliani respondeat. Quare haud scio, an etiamnunc truncata sit.

L. 7. ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ προσφιλέστατε] Cod. D: ἀδελφῶν. Codd. DJ: ποθηνότατε. vitiose. Suidas: Ποθεινός· πεποθήμενος, *optatus, optabilis.* Tota compellandi formula redit Ep. LXXVI. quae pariter ad Libanium data est; similiterque ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε legitur in clausulis Epistolarum XXX. XLIV. LXXIII. Quod ἀδελφοὺς hinc inde *Noster* appellavit amicos, in causa esse videtur amoris effusio. Temperatius scripsit Epp. LV. p. 107: ὑμᾶς ὡς ἀδελφοὺς φιλῶν. X. p. 16: ἀδελφικὴν εὔνοιαν ὑμῖν ἀποσώζω.

(Interpres gallicus p. 412.)

EPISTOLA IV.

Haec extat in codicibus DGJ. et in Barocciano Vossianoque.

L. 11. Ἀριστοξένῳ φιλοσόφῳ.] Nomen proprium in Edd. Ἀριστομένει sonat; cujus quidem nominis aliquem tunc temporis extitisse probat Libanii Epistola [lib. III. nr. 89. inter Latinas, h. e. pag. 774. ed. Wolf.], quae *Aristomeni* inscribitur. Sed auctoritati quinque codicum refragari nolui, quin Ἀριστοξένῳ scriberem, etsi nemo talis per illam aetatem mihi innotuit. Oscitando Bleterius conjecit virum, cui scribitur, doctum quempiam fuisse, *imo forte philosophum.* Nihil certius est, quum in omnibus libris adjectum sit φιλοσόφῳ.

L. 12. τὸ ἀεὶ προτιμᾶν μηδαμοῦ] Haec verba, in quibus libri nihil mutant, referuntur, puto, ad nescio quid, quod Juliano scripserat Aristoxenus forte conquestus, se nusquam pro dignitate satis aestimari et honorari.

L. 13. εἰσαγάγωμεν] Solus codex G: εἰσάγωμεν.

L. 14. παρὰ τῶν φίλων] Hoc et sequenti versu codices DJ. pro παρὰ scribunt περὶ, quorum frequens est confusio, quum compendiariae notae, quibus illa signabant ταχύγραφοι, tenuissimo discrimine distinctae sint. Itaque apud *Nostrum* Ad Themist. p. 260, D. vulgo παρὰ legitur, ubi recte apud Aristotelem περί.

Ibid. ὅσα καὶ παρὰ] Post καὶ temere adjicitur οἷα in codice G.

L. 14 *sq.* ἁπλῶς, καὶ ὡς ἔτυχε] Codices GJ. probant scripturam ἁπλῶς, quam pro ἁπλῶν e Barocciano Spanhemius adoptavit a Petavio jussus. Conjunctim ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχε redit Orat. II. p. 91, B. In Juliani verbis Orat. I. p. 13, A: ἐπιτάττειν ἁπλῶς τὸ πρακτέον immerito vocem ἁπλῶς suspectavit Wyttenbachius, qui καλῶς esse legendum conjecit in Animadversionibus ad e. l. pag. 169. ed. Schaefer. Tres certe codices a me collati vulgatam lectionem tuentur, cujus sententia lucem accipit ex inferiori ejusdem Orationis particula p. 21, D. Prioris enim loci verbis eadem subjecta est notio, quam alterius loci referunt verba δεικνύων ἔργῳ τὸ πρακτέον. Utique *simplicissimo* modo militibus ille praecipit, qui exemplo praeit.

L. 15. Ἀπορήσει τις ἐνταῦθα· πῶς] Familiaris Aristoteli genus dicendi, v. c. De Mor. II, 4. initio: Ἀπορήσει δ' ἄν τις, πῶς etc. Ethic. Nic. IV, 4. initio: Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς etc. Ibid. V, 9. initio: Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, εἰ etc. Ibid. IX, 11: ἀπορήσειεν ἄν τις, πότερον etc.

L. 16. οὐκ εἰδότες ἀλλήλους, ἐσμὲν φίλοι] Non opus esse videtur, ut cum codice G. mutemus εἰδότες in ἰδόντες, quod vel e conjectura proposuit Wyttenbachius Ep. Crit. p. 34. (p. 253. ed. Schaefer.), ubi ostendit esse celebratam veteribus sententiam, virtute vel inter ignotos parari amicitiam. Quam in rem ibi collatis scriptorum locis addi potest Liban. Ep. 4. libri III. (inter Latinas), ubi legitur: *Vulgata sententia est, eas esse virtutes vires, ut eos etiam, quos minime noverimus, amare magnique facere cogamur, si egregia virtute praestant.*

L. 16 *sq.* Πῶς δὲ τοῖς πρὸ χιλίων ἐτῶν γεγονόσι] Supplendo ἐσμὲν φίλοι, tam liquida prodit sententia, ut mirer, Wyttenbachium loco modo laudato proposuisse: πῶς δὲ οἱ πρὸ χιλίων ἐτῶν γεγόνασι, q. d. *At ego vicissim quaero, qui factum sit, ut ii, qui mille annos, imo bis mille ante nos vixerunt, antea inter se fuerint amici, quam de facie noverint aut compellaverint.* Insuper adnotabo, vulgatam scripturam nullo librorum adsensu carere.

L. 17. καὶ ναὶ μὰ Δία] Solus codex G. omittit ναί. Qua occasione prodam, in Julian. Orat. VI. p. 184, D. ubi vulgatur:

ἢ ναὶ μὰ Δία, maxime mihi placere scripturam codicis mei A: ἢ καὶ, μὰ Δία.

Ibid. πάντες] Cod. G: πάντως.

Pag. 8. *L.* 1. κἀγαθοὶ] Codd. DJ: καὶ ἀγαθοὶ.

L. 2. Εἰ καὶ τοῦ εἶναι] Pro τοῦ perperam est τὸ in codice G.

L. 3. τάττει πως ἡμᾶς] Olim πῶς. Itidem corrigatur Orat. VIII. p. 240, D. ubi vulgatum est: καὶ γὰρ πῶς ἔοικεν.

L. 5 *sq.* εἴτε καὶ κλῆσιν περιμένεις] Indicativum adoptavi e codicibus DJ. quum per soloecismum esset vulgatum περιμένῃς. In codice G. vitiose scriptum est: εἴτε εἰς κλῆσιν περιμένειν.

L. 6. παράκλησις] Cod. D: περίκλησις.

L. 6 *sq.* Ἔντυχε οὖν ἡμῖν περὶ τὰ τοιαῦτα] Sic bene Edd. omnes. Inepte codices DJ: ἔτυχεν οὖν etc. Codex G: ἔντυχε γοῦν ἡμῖν περὶ τὰ τύανα. Verba περὶ τὰ τοιαῦτα neglexerat Interpres male vertens: *ut ad nos quamprimum venias.*

L. 7. πρὸς Διὸς φιλίου] Sic e praescripto quinque codicum edidi, quum vulgatum esset πρὸς Διὸς ξενίου. Formula, quam expressi, passim in Juliano legitur, e. g. Oratt. II. p. 96, A. III. p. 128, D. qui et aedem φιλίου Διὸς ab ipso frequentatam in Misopogone memorat p. 346, B. Utrumque cognomen, proprio quidem Jovis nomine suppresso, pronunciatur Orat. VIII. p. 252, C. ubi est: Ξένιος δὲ ὑποδέχοιτο καὶ Φίλιος ἔθνους. Conjunctim et apud Lucianum occurrit initio Timonis (T. I. p. 71. ed. Bipont.): Ὦ Ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε, sequentibus aliis ejusmodi; quem ad locum viri docti monuere, haec epitheta Jovis et plura item alia diligentissime et ingeniosissime explicari a Dione Chrysostomo Orat. I. De Regno p. 8. ed. Morell. Ubi Proclus amicitiae fontem anquirens Jovem φίλιον expiscatur Comment. in Platonis Alcib. Pr. p. 233, ibi Creuzerus alios ab iis, quos excitavi, scriptores indicavit veteres aeque ac recentiores.

Ibid. δεῖξον ἡμῖν] Sic Edd. omnes. Facile carebimus particula καὶ, quam illis verbis praemittunt Parisini codices.

L. 8. καθαρῶς Ἕλληνα] Apte quidem ad scriptoris mentem, sed parum eleganter in Versione Spanhemius inseruerat: *hoc est Gentilem.* Adverbio καθαρῶς innui puto virum, qui nunquam a Deorum cultu fuit alienus. In Gentilium enim numero tunc temporis haud rari conspiciebantur e Christianis transfugae;

quibus Julianus incorruptos praeferebat gentilitatis veteranos. — De Cappadocibus a Gentilium religione per illam aetatem alienissimis digna est, quae legatur, Bleterii nota, qui hanc Epistolam gallice conversam exhibet pag. 496.

L. 9. *ἐθέλοντας μὲν, οὐκ εἰδότας δὲ*] Intelliguntur qui a christiana religione defecerant ad cultum Deorum. Illi, ut novitii, non satis callebant, quod idololatriae proprium erat. Cogitavit Julianus de ritibus in sacrificando legitime servandis.

EPISTOLA V.

Haec extat in meo codice A.

L. 13. *Ἰουλιανὸς Θεοδώρᾳ τῇ αἰδεσιμωτάτῃ.*] Ita cod. cum Edd. De Theodora nihil compertum habeo, nisi quod ei nomini Libanius inscripsit Epistolam 1299. ubi suo jure censuit Wolfius, utriusque loci foeminam non differre. Epitheton, quod Ep. [XXV.] p. 42. Judaeorum Patriarchae tribuitur, ad sacerdotem pertinere conjicio.

L. 15. *Μυγδονίου*] Nomen alioquin ignobile, cui duae quidem inscribuntur epistolae Libanii. Memoravit tamen Julianus Mygdonium Orat. II. p. 62, B. sed fluvium: quo de loco videndus est Bochartus Geographia Sacra p. 269.

L. 16. *ταῦτα*] Edd. *ταῦθα.*

EPISTOLA VI.

Pag. 9.

Invenitur in codicibus meis ADJ. et in Vossiano.

Tria occurrunt sub numeris VI. XXVI. LI. adversus Athanasium Edicta, quae ratione temporum alio ac vulgato ordine sunt collocanda. Rebus enim ipsis docemur, primum datam esse Epistolam XXVI. qua illum ex urbe Alexandria pelli vult Julianus; deinde hanc nostram, qua prius illud Edictum acuitur; postremo Epistolam LI. qua tandem ex tota Aegypto eundem ejici jubetur. Sin quis existimare malit, praesentem Epistolam comitem fuisse datam Epistolae LI., facile patiar. Julianus igitur una Praefecto injungeret exequenda, quae per alteram Alexandrinis nunciaverat decreta; quemadmodum, ubi Thracibus partem vectigalium indulsurus erat, id ipsis non solum

significavit Epistola XLVI., sed, ut inibi testatur, etiam Praefectis ea de re scripsit, ut beneficium reipsa persolveretur.

L. 3. *Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου*] Sic Edd. omnes ad instar Epistolae L. Neque diversa est sententia codicis A; qui altera praemissa hanc inscribit: *Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ*. Paulo secus exhibent codices DJ: *Ἐκδικίῳ ὑπάρχῳ Αἰγυπτίων*. Conf. Obss. ad Ep. IX. tit. — Ecdicii nomine quinque saltem innotuisse viros notavit Wolfius ad Liban. Ep. 43. Ille, cui scripsit Julianus, antiqua dignitate fruebatur. *Aegyptus* enim *jam inde, uti Romano imperio juncta est, regitur a Praefectis*; ait Ammianus Marcellinus lib. XXII. c. XVI. §. 6.

L. 4. *μὴ γράφεις*] Particula negativa temere, ut saepius, omittitur in codicibus DJ.

L. 5. *τοῦ τοῖς θεοῖς ἐχθροῦ*] Perperam codd. DJ: *τοὺς τοῖς θεοῖς ἐχθροὺς*. Verbis iisdem, quibus hoc et sequenti loco Athanasium, alibi alios Christianos insignivit *Noster*, ut Eusebium spadonem, Ad S. P. Q. Athen. p. 274, A; Georgium, Ep. X. p. 14.

Ibid. *Ἀθανασίου*] De quo videsis Obss. ad Ep. XXVI. tit.

L. 5 *sq.* *πρὸ πλείονος ἤδη χρόνου*] Primo loco vitiose *πρὸς* occurrit in codd. DJ.

L. 6. *ἐγνωσμένα*] Significat Edictum, quod extat sub numero XXVI. De verbi potestate videsis notata sub finem Epistolae II.

L. 7. *Σάραπιν*] Cod. D: *σάραπι*. — Per eundem juravit Ep. X. p. 14. quae ad Alexandrinos data est. Neque autem temere, ubi de rebus Aegypti agitur, hunc obtestatur, qui deus Aegyptiorum habebatur tutelaris, ut vel ex Ep. LI. constat p. 94. med. Sarapin Juliano quidem esse Plutonem ex Oratione V. discitur p. 136, A. Sed ab aliis Deos alios illo nomine significari creditum est. Vide Tacitum Histor. lib. IV. c. 84. Cyrillum Contra Jul. lib. I. p. 13, D. qui et de nominis origine disputat.

Ibid. *Δεκεμβρίων*] Recte sic Edd. Petav. et Spanh. Antea vulgabatur, ut est in codicibus DJ: *δεκεβρίων*. quemadmodum in codice A. *σεπτεβρίου* scriptum invenimus Ep. L. p. 93. Lineola superne inducta, si neglecta fuerit, facile scripturam istam peperit.

L. 8. **Καλανδῶν**] Vitiose cod. D: *καλανδρῶν.* codd. AJ: *καλάνδων.* Vocabulum, quod in Glossario non omisit Du Cange, iteratur apud Julianum Ep. LII. fin.

Ibid. **ὁ θεοῖς ἐχθρὸς**] Sic Edd. omnes. Tres autem codices mei praesenti loco secus ac superiori θεοῖσιν exhibent; quod forte verum. Julianus in animo habuisse poterit verba Homeri Odyss. X, 74: Ἄνδρας, οἳ πᾶσι θεοῖσιν ἀπίχθωντ' ἀθανάτοισιν. quae ab ipso adferuntur Ep. XLIX. p. 90.

Ibid. **ἐξέλθοι ἐκείνης**] Scilicet πόλεως. quam vocem expressit Ep. XXVI. p. 44. ubi legitur: *αὐτῷ προαγορεύομεν ἀπιέναι τῆς πόλεως.* Intelligitur Alexandria, quae sedes Athanasii fuit episcopalis.

L. 8 *sq.* **μᾶλλον δὲ πάσης τῆς Αἰγύπτου**] Particula δὲ male carent codices DJ. Non incommode, sed solus Spanhemius post δὲ adjicit καὶ.

L. 9. **Τῇ ὑπακουούσῃ σοι τάξει**] Praeter Editionem Spanh. et codicem A. deest pronomen *σοι.* Quid omissioni occasionem dederit, in oculos occurrit.

Ibid. **προσετιμήσαμεν**] Contra libros omnes correxi vulgatum *προετιμήσαμεν*, quod e solemni ortum erat praepositionum πρὸ et πρὸς confusione, cujus exemplum vel in hujus Epistolae superiori loco reperimus. Itidem in Polluce lib. VIII. [c. 21.] perperam scriptum esse *προτιμᾶν* et *προτιμήματα* pro *προσιμᾶν* et *προστιμήματα* notavit H. Stephanus in Thes. T. III. p. 1578, D.

L. 10. **Οἶσθα δὲ πῶς εἰμὶ**] Cod. A. scribit ὅπως. Deleto autem commate, quod erat post εἰμὶ, nihil prorsus mutandum fuit. — Locum hunc invita Minerva tractavit Musgravius in Notis ad Euripidem Orest. v. 94. (Vol. I. p. 390 sq. et in Supplementis Vol. III. p. 335.) Ibi quum verba πῶς ἔφυ significare voluerit (*quomodo valet?* ad firmandam sententiam Ἔφυ, ait, idem valet ac ἐστὶ vel γίγνεται; atqui ut γίγνομαι interdum in Plutarcho cum adverbiis jungitur, ita εἰμὶ apud Julianum: ergo πῶς ἔφυ significat *quomodo valet.* At obvium est, hunc sensum usui linguae repugnare, Julianique locum id minime significare atque probare, quod debebat.

L. 11. **πολλῷ δὲ ἔτι βραδύτερος**] Corrupte sic in cod. D: *πολλὸ δὲ ἔστι βραδύτῆς.*

L. 12. Καὶ τῇ αὐτοῦ χειρὶ] «Scribe *αὐτῇ. et eadem manu:* quod passim in Epistolis legitur, ut pag. 120. cum finita epistola aliquid additur.» Petav. — Qui ex eadem sententia margini adscripserat: «*γρ. αὐτῇ.*» Libri tamen omnes a nobis consulti conveniunt in vulgata lectione. Petavii autem Nota nihil expedit, imo manifestum errorem infert. Quae enim excitatur pagina 120, ea ipsum nostrum exhibet locum; neque praeterea bis amplius occurrunt in his *Epistolis* ejusmodi formulae, scilicet nr. XXIX. p. 51: *καὶ τῇ αὐτοῦ χειρὶ*, ubi eadem obscuritas; tum nr. XLIV. p. 84: *καὶ ἰδίᾳ χειρὶ*, quod tantillum planius. In ea difficultate nihil mihi probabilius videtur sententia Bleterii, qui praesentem locum verbis explanavit hujusmodi: «*Ce qui suit, étoit écrit de la propre main de l'Empereur.*» Itaque Julianum antecedentem Epistolae partem dictasse puto, jam vero, suspenso scribae officio, propria manu reliqua pauca subjecisse: quam rem in oris exemplarium adnotarint antiquissimi librarii; quorum postea scholion auctoris textum invaserit. Raro accidit, ut viri lautiores, quando ad scribendum animum adpulissent, amanuensium defugerint ministerium. Quod nisi aliunde constaret, ex Juliano satis adpareret, qui modo dictasse se diserte testatur (Ep. III. sub fin.), modo amanuensi carere se queritur (Ep. XIII. init.), modo singulari fortuna laetatur, (Ep. LX. p. 124.) qua factum erat, ut inscriptio litterarum ab Jamblicho missarum ejus propria manu esset exarata; unde liquet, ipsam epistolam alterius manu fuisse scriptam.

Ib. 12 *sq.* *τὸ καταφρονεῖσθαι τοὺς θεοὺς πάντας*] Ita Edd. omnes. Vitiose *τῷ κ.* in codd. DJ. Codices Voss. et A. sic exhibent: *τὸ καταφρονεῖσθαι. μὰ τοὺς θεοὺς πάντας*, quibus annectuntur sequentia. Licet ejusmodi adfirmandi formulae passim in his Epistolis occurrant, e. g. X. p. 15: *μὰ τοὺς θεούς*, VII. init.: *νὴ τοὺς θεούς*, vulgata tamen scriptura propius ad mentem Juliani accedit, cujus haec esse debet sententia, ut propter contemtum Deorum pellat christianum episcopum.

L. 13. Οὐδὲν οὕτως ἰδοίμι] Solus codex A. post *οὕτως* addit *ἄν*. Miror Schaeferum ad Gregor. Corinth. p. 1015. legi jussisse *δ' ἄν*, qui ipse particula *ἄν* haud opus esse docuit, quum modus fuerit mere *εὐκτικός*. Praesenti loco verbum *ἰδοιμι* proprio gaudet optativa significatione, h. e. *nihil adeo velim*

videre. Recte germanam Optativi vim agnovit Wyttenbachius ad Phaedon. p. 73, B. ubi haec Juliani verba contulit ad Platonis locutionem: *οὐδὲν μὲν ἂν ἧττον ἀκούοιμι.*

L. 15. *τόπων*] Perperam *τούτων* in codice D.

L. 16. *τῶν ἐπισήμων*] Articulus desideratur in codice A.

Ibid. *διώκεσθαι*] Sic Edd. omnes cum codd. DJ. Codex A: *διωκέσθω.* Sed minime video, quî cum ista scriptura possit constructio institui, quamvis ita scribendum proposuerit John Seager in *The Classical Journal* Vol. VII. p. 127. jure Gibbonum reprehendens, qui in *Hist. of the decline* etc. cap. XXIII. tota hac usus Epistola locum ejus extremum ita ferme reddiderat: *Me regnante, Graecarum quarundam nobiliorum feminarum baptismus ab Athanasii persecutione provenit;* vel, ut vernaculum interpretis sermonem ponam: *Under my reign, the baptism of several Grecian Ladies of the high st rank has been the effect of his persecutions.* Me quidem judice verbum illud, quocunque demum modo positum fuerit, aliquanto languebit ob superius *ἐξελήλαμένον*, quod in inferiori loco fortius aliquod vocabulum postulare videtur: unde conjiciebam *διωλίσθαι*, *disperiisse.* Commendari tamen videtur vulgatum verbum ex ipso nexu cum verbo *ἐξελήλαμένον.* Auctore enim Suida T. I. p. 606. *Διώκειν* (q. d. *εἰς ἀγορὰν ἄγειν, in jus rapere*) tum usurpatur, *ὅταν προαποδύγῃ τις*, i. e. *cum aliquis ante fugatus fuerit*, nec vero, sicut interpres pervertit: *de eo, qui magna contentione aliquem persequitur.* Cui Suidae definitioni favet Juliani locus Ep. LII. p. 99. ubi post *φυγαδευθῆναι* ponitur *καὶ διωχθῆναι*, sicuti praesenti loco post *ἐξελήλαμένον* sequitur *διώκεσθαι.* Cuperet igitur Imperator, ante omnia pelli Athanasium ex Aegypto, deinde solemni judicio tradi, quo gravior poena decerneretur.

Si quis in hactenus dictis non acquiescat, is spectet an putare malit, verbum *διώκεσθαι* non ad exitum hujus, sed ad initium sequentis Epistolae pertinere. Quum enim in scriptis codicibus non semper distinctae, sed aliquoties in unum confusae repraesententur Epistolae singulae, fieri sane potuit, ut istius loci verba perperam dijungerentur. Posse autem *διώκεσθαι* sequentes litteras incipere, etsi nulla praeiret negativa particula, mihi quidem videtur.

Latine haec Epistola refertur in Baronii Annalibus Eccles. ad annum 362. cap. 243. (Tom. IV. p. 96. edit. Antv.); gallice apud Bleterium pag. 465.

Pag. 10.

EPISTOLA VII.

Haec extat in codicibus DGJ. Propter nimiam in re gravissima brevitatem, id scriptum judico sive fragmentum Epistolae, sive notulam esse, quam forte Praefecti rogationi adscripserat Imperator. In margine Martinius hujusmodi sententiam prodidit in sequentibus Edd. neglectam: *Epistola haec videtur ad illud tempus pertinere, cum Julianus ecclesiarum opes Ethnicis jussit attribui.* Quo de jussu Ep. XLIII.

L. 3. Ἀρταβίῳ] Sic omnes libri mei. Diversam scripturam a Petavio visam esse declarat ejus Index, in quo hoc epistolium ita designatur: « *Artabio.* in MS. *Atarbio.* » Unde Spanhemius in suo Indice posuisse videtur: « *Artabio* sive *Atarbio.* » Neutro sub nomine mihi quidem innotuit ille, cui scribitur.

L. 4. Ἐγὼ, νὴ τοὺς θεοὺς] Ad hoc initium conferri possunt, quae ad finem antecedentis paginae notavi. — Licet hoc et congruentibus locis Epp. XLIII. init. LII. p. 99. 102. Julianus vim inferri vetuerit Christianis, eorum tamen complures illo connivente mulctati feruntur exiliis atque suppliciis. Gregorius Nazianzenus scribit Adv. Julian. Orat. III. p. 74, A. (ed. Bill.), vim ac tyrannidem ab hoc Imperatore permissam esse δήμοις καὶ πόλεσι.

Ibid. τοὺς Γαλιλαίους] Ita Christianos more solemni Julianus appellat, e. g. Orat. VII. p. 224, B. Misopog. p. 357, C. p. 363, A. ne jam Epistolarum loca ponam in Indice nostro collecta. Ipse tamen illius denominationis non tam inventor, quam restaurator fuit. Nam sub primo christianae religionis initio sectatores ejus vulgo *Galilaei* dicebantur vel etiam *Nazareni*, donec imperante Claudio primum in urbe Antiochia vocarentur *Christiani*; velut e Suida constat voc. Ναζηραῖος. Post id tempus quum illa cessasset appellandi ratio, Julianus nomen Christi aversatus ejusque cultores pungendi cupidus antiquam denominationem repetiit: quod enim huic Imperatori Celsus in ea consuetudine praeiverit, id contra Dodwellum luculenter

negavit M. Gesnerus in Disputatione *De aetate et auctore Philopatridis* cap. 39. (in calce Bipontinae Luciani editionis T. IX. p. 599.) Contumelia autem, per quam Galilaeos appellavit *Noster* Christianos, in hoc nititur, quod ab antiquissimis temporibus Galilaea ejusque incolae male audiebant apud Judaeos; cujus quidem famae causas atque vindicias indagavit Buddeus peculiari Dissertatione *De Galilaea rebus gestis et miraculis Christi clara.* (inter Ejus Miscellanea Sacra p. 1156 sqq.) Rationem igitur moris, quo Julianus Galilaeos nuncupavit Christianos, nimis coarctavit Barthus in Adversariis lib. III. c. 13. hanc esse putans, quod in tali nuncupatione provocatio insit cavillatoria ad vocem angeli: *ἄνδρες Γαλιλαῖοι*, quam habes in Actis Apostolorum I, 11. Imo, si quempiam Novi Testamenti locum alludi censendum esset, potiori jure laudaretur Ev. Johannis VII, 52. coll. I, 46. Ad instar *Nostri* scriptor Philopatridis, ubi Christianis illudit, constanter *Galilaeorum* nomine utitur; quod ex Juliani imitatione fieri censuit Gesnerus in Dissertatione supra laudata.

Caeterum Juliani hic, de quo agitur, dicendi usus minime fugit antiquitatis christianae scriptores, e. g. Gregor. Nazianz. Adv. Jul. Orat. III. p. 79, D. (ed. Bill.) ubi occurrit: *Γαλιλαῖοι τε, ὡς αὐτὸς ἐφυβρίζων ἐκάλει.* Socrat. Hist. Eccl. III, 12. qui latius quidem eum usum manasse refert istiusmodi verbis: *Γαλιλαῖον γὰρ εἰώθει ὁ Ἰουλιανὸς καλεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ τοὺς Χριστιανοὺς Γαλιλαίους.* In extantibus tamen Juliani libris nullum occurrit vestigium, unde prior ejus sententiae pars probetur; quam alioquin ignorat Theodoretus scribens lib. III. c. 21: *τοὺς δὲ Χριστιανοὺς Γαλιλαίους ὠνόμαζεν, ἀτιμίαν αὐτοῖς ἐκ τῆς προσηγορίας προσάψειν ἡγούμενος.* quo deinde loco depellitur injuria, dum adfirmatur, neque Socratem, etiam si appellatus esset Critias, neque Pythagoram, licet Phalaris dictus esset, ulla labe adspersos fuisse ex nominis mutatione. Callide Cyrillus Contra Julianum lib. I. p. 39. (ed. Spanh.) Galilaeorum nomen in ipsos Gentiles retorquet, Scriptura Sacra usus, qua *Galilaea gentium* dicitur. Praeterea fama est, Julianum publica lege nomen illud intulisse Christianis. Verba sunt Gregorii Nazianzeni Adv. Jul. Orat. III. p. 81, B. (ed. Bill.): *Γαλιλαίους ἀντὶ Χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ καλεῖσθαι νομοθετήσας.*

ἦ ναὶ μὰ Δία, maxime mihi placere scripturam codicis mei A: ἦ καὶ, μὰ Δία.

Ibid. πάντες] Cod. G: πάντως.

Pag. 8. *L.* 1. ἀγαθοὶ] Codd. DJ: καὶ ἀγαθοὶ.

L. 2. Εἰ καὶ τοῦ εἶναι] Pro τοῦ perperam est τὸ in codice G.

L. 3. τάττει πως ἡμᾶς] Olim πῶς. Itidem corrigatur Orat. VIII. p. 240, D. ubi vulgatum est: καὶ γὰρ πῶς ἔοικεν.

L. 5 *sq.* εἴτε καὶ κλῆσιν περιμένεις] Indicativum adoptavi e codicibus DJ. quum per soloecismum esset vulgatum περιμένῃς. In codice G. vitiose scriptum est: εἴτε εἰς κλῆσιν περιμένειν.

L. 6. παράκλησις] Cod. D: περίκλησις.

L. 6 *sq.* Ἔντυχε οὖν ἡμῖν περὶ τὰ τοιαῦτα] Sic bene Edd. omnes. Inepte codices DJ: ἔτυχεν οὖν etc. Codex G: ἔντυχε γοῦν ἡμῖν περὶ τὰ τύφανα. Verba περὶ τὰ τοιαῦτα neglexerat Interpres male vertens: *ut ad nos quamprimum venias.*

L. 7. πρὸς Διὸς φιλίου] Sic e praescripto quinque codicum edidi, quum vulgatum esset πρὸς Διὸς ξενίου. Formula, quam expressi, passim in Juliano legitur, e. g. Oratt. II. p. 96, A. III. p. 128, D. qui et aedem φιλίου Διὸς ab ipso frequentatam in Misopogone memorat p. 346, B. Utrumque cognomen, proprio quidem Jovis nomine suppresso, pronunciatur Orat. VIII. p. 252, C. ubi est: Ξένιος δὲ ὑποδέχοιτο καὶ Φίλιος εὖνους. Conjunctim et apud Lucianum occurrit initio Timonis (T. I. p. 71. ed. Bipont.): Ὦ Ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε, sequentibus aliis ejusmodi; quem ad locum viri docti monuere, haec epitheta Jovis et plura item alia diligentissime et ingeniosissime explicari a Dione Chrysostomo Orat. I. De Regno p. 8. ed. Morell. Ubi Proclus amicitiae fontem anquirens Jovem φίλιον expiscatur Comment. in Platonis Alcib. Pr. p. 233, ibi Creuzerus alios ab iis, quos excitavi, scriptores indicavit veteres aeque ac recentiores.

Ibid. δεῖξον ἡμῖν] Sic Edd. omnes. Facile carebimus particula καὶ, quam illis verbis praemittunt Parisini codices.

L. 8. καθαρῶς Ἕλληνα] Apte quidem ad scriptoris mentem, sed parum eleganter in Versione Spanhemius inseruerat: *hoc est Gentilem.* Adverbio καθαρῶς innui puto virum, qui nunquam a Deorum cultu fuit alienus. In Gentilium enim numero tunc temporis haud rari conspiciebantur e Christianis transfugae;

quibus Julianus incorruptos praeferebat gentilitatis veteranos. — De Cappadocibus a Gentilium religione per illam aetatem alienissimis digna est, quae legatur, Bleterii nota, qui hanc Epistolam gallice conversam exhibet pag. 496.

L. 9. *ἐθέλοντας μὲν, οὐκ εἰδότας δὲ*] Intelliguntur qui a christiana religione defecerant ad cultum Deorum. Illi, at novitii, non satis callebant, quod idololatriae proprium erat. Cogitavit Julianus de ritibus in sacrificando legitime servandis.

EPISTOLA V.

Haec extat in meo codice A.

L. 13. *Ἰουλιανὸς Θεοδώρᾳ τῇ αἰδεσιμωτάτῃ.*] Ita cod. cum Edd. De Theodora nihil compertum habeo, nisi quod ei nomini Libanius inscripsit Epistolam 1299. ubi suo jure censuit Wolfius, utriusque loci foeminam non differre. Epitheton, quod Ep. [XXV.] p. 42. Judaeorum Patriarchae tribuitur, ad sacerdotem pertinere conjicio.

L. 15. *Μυγδονίου*] Nomen alioquin ignobile, cui duae quidem inscribuntur epistolae Libanii. Memoravit tamen Julianus Mygdonium Orat. II. p. 62, B. sed fluvium: quo de loco videndus est Bochartus Geographia Sacra p. 269.

L. 16. *ταῦτα*] Edd. *ταῦθα*.

EPISTOLA VI.

Pag. 9.

Invenitur in codicibus meis ADJ. et in Vossiano.

Tria occurrunt sub numeris VI. XXVI. LI. adversus Athanasium Edicta, quae ratione temporum alio ac vulgato ordine sunt collocanda. Rebus enim ipsis docemur, primum datam esse Epistolam XXVI. qua illum ex urbe Alexandria pelli vult Julianus; deinde hanc nostram, qua prius illud Edictum acuitur; postremo Epistolam LI. qua tandem ex tota Aegypto eundem ejici jubetur. Sin quis existimare malit, praesentem Epistolam comitem fuisse datam Epistolae LI., facile patiar. Julianus igitur una Praefecto injungeret exequenda, quae per alteram Alexandrinis nunciaverat decreta; quemadmodum, ubi Thracibus partem vectigalium indulsurus erat, id ipsis non solum

significavit Epistola XLVI., sed, ut inibi testatur, etiam Praefectis ea de re scripsit, ut beneficium reipsa persolveretur.

L. 3. Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου] Sic Edd. omnes ad instar Epistolae L. Neque diversa est sententia codicis A; qui altera praemissa hanc inscribit: Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ. Paulo secus exhibent codices DJ: Ἐκδικίῳ ὑπάρχῳ Αἰγυπτίων. Conf. Obss. ad Ep. IX. tit. — Ecdicii nomine quinque saltem innotuisse viros notavit Wolfius ad Liban. Ep. 43. Ille, cui scripsit Julianus, antiqua dignitate fruebatur. *Aegyptus* enim *jam inde, uti Romano imperio juncta est, regitur a Praefectis;* ait Ammianus Marcellinus lib. XXII. c. XVI. §. 6.

L. 4. μὴ γράφεις] Particula negativa temere, ut saepius, omittitur in codicibus DJ.

L. 5. τοῦ τοῖς θεοῖς ἐχθροῦ] Perperam codd. DJ: τοὺς τοῖς θεοῖς ἐχθροὺς. Verbis iisdem, quibus hoc et sequenti loco Athanasium, alibi alios Christianos insignivit *Noster*, ut Eusebium spadonem, Ad S. P. Q. Athen. p. 274, A; Georgium, Ep. X. p. 14.

Ibid. Ἀθανασίου] De quo videsis Obss. ad Ep. XXVI. tit.

L. 5 *sq.* πρὸ πλείονος ἤδη χρόνου] Primo loco vitiose πρὸς occurrit in codd. DJ.

L. 6. ἐγνωσμένα] Significat Edictum, quod extat sub numero XXVI. De verbi potestate videsis notata sub finem Epistolae II.

L. 7. Σάραπιν] Cod. D: σάραπι. — Per eundem juravit Ep. X. p. 14. quae ad Alexandrinos data est. Neque autem temere, ubi de rebus Aegypti agitur, hunc obtestatur, qui deus Aegyptiorum habebatur tutelaris, ut vel ex Ep. LI. constat p. 94. med. Sarapin Juliano quidem esse Plutonem ex Oratione V. discitur p. 136, A. Sed ab aliis Deos alios illo nomine significari creditum est. Vide Tacitum Histor. lib. IV. c. 84. Cyrillum Contra Jul. lib. I. p. 13, D. qui et de nominis origine disputat.

Ibid. Δεκεμβρίων] Recte sic Edd. Petav. et Spanh. Antea vulgabatur, ut est in codicibus DJ: δεκεβρίων. quemadmodum in codice A. σεπτεβρίου scriptum invenimus Ep. L. p. 93. Lineola superne inducta, si neglecta fuerit, facile scripturam istam peperit.

L. 8. **Καλανδῶν**] Vitiose cod. D: *καλανδρῶν.* codd. AJ: *καλάνδων.* Vocabulum, quod in Glossario non omisit Du Cange, teratur apud Julianum Ep. LII. fin.

Ibid. **ὁ θεοῖς ἐχθρὸς**] Sic Edd. omnes. Tres autem codices mei praesenti loco secus ac superiori θεοῖσιν exhibent; quod forte verum. Julianus in animo habuisse poterit verba Homeri Odyss. X, 74: Ἄνδρας, οἳ πᾶσι θεοῖσιν ἀπήχθοντ' ἀθανάτοισιν. quae ab ipso adferuntur Ep. XLIX. p. 90.

Ibid. **ἐξέλθοι ἐκείνης**] Scilicet πόλεως. quam vocem expressit Ep. XXVI. p. 44. ubi legitur: *αὐτῇ προαγορεύομεν ἐκείναι τῆς πόλεως.* Intelligitur Alexandria, quae sedes Athanasii fuit episcopalis.

L. 8 *sq.* **μᾶλλον δὲ πάσης τῆς Αἰγύπτου**] Particula δὲ male carent codices DJ. Non incommode, sed solus Spanhemius post δὲ adjicit καὶ.

L. 9. **Τῇ ὑπακουούσῃ σοι τάξει**] Praeter Editionem Spanh. et codicem A. deest pronomen *σοι.* Quid omissioni occasionem lederit, in oculos occurrit.

Ibid. **προστιμήσαιμι**] Contra libros omnes correxi vulgatum προτιμήσαιμι, quod e solemni ortum erat praepositionum πρὸ et πρὸς confusione, cujus exemplum vel in hujus Epistolae superiori loco reperimus. Itidem in Polluce lib. VIII. [c. 21.] pervera scriptum esse: προτιμᾶν et προτιμήματα pro προστιμᾶν et προστιμήματα notavit H. Stephanus in Thes. T. III. p. 1578, D.

L. 10. **Οἶσθα δὲ πῶς εἰμὶ**] Cod. A. scribit ὅπως. Deleto autem commate, quod erat post εἰμὶ, nihil prorsus mutandum fuit. — Locum hunc invita Minerva tractavit Musgravius in Notis ad Euripidem Orest. v. 94. (Vol. I. p. 390 sq. et in Supplementis Vol. III. p. 335.) Ibi quum verba πῶς ἔφυ significare voluerit *quomodo valet?* ad firmandam sententiam Ἔφυ, ait, idem valet ac ἐστὶ vel γίγνεται; atqui ut γίγνομαι interdum in Plutarcho cum adverbiis jungitur, ita εἰμὶ apud Julianum: ergo πῶς ἔφυ significat *quomodo valet.* At obvium est, hunc sensum usui linguae repugnare, Julianique locum id minime significare atque probare, quod debebat.

L. 11. **πολλῷ δὲ ἔτι βραδύτερος**] Corrupte sic in cod. D: πολλὸ δὲ ἔστι βραδύτης.

L. 12. Καὶ τῇ αὐτοῦ χειρὶ] «Scribe αὐτῇ. *et eadem manu:* quod passim in Epistolis legitur, ut pag. 120. cum finita epistola aliquid additur.» Petav. — Qui ex eadem sententia margini adscripserat: «γρ. αὐτῇ.» Libri tamen omnes a nobis consulti conveniunt in vulgata lectione. Petavii autem Nota nihil expedit, imo manifestum errorem infert. Quae enim excitatur pagina 120, ea ipsum nostrum exhibet locum; neque praeterea bis amplius occurrunt in his Epistolis ejusmodi formulae, scilicet nr. XXIX. p. 51: καὶ τῇ αὐτοῦ χειρὶ, ubi eadem obscuritas; tum nr. XLIV. p. 84: καὶ ἰδίᾳ χειρὶ, quod tantillum planius. In ea difficultate nihil mihi probabilius videtur sententia Bleterii, qui praesentem locum verbis explanavit hujusmodi: *Ce qui suit, étoit écrit de la propre main de l'Empereur.* Itaque Julianum antecedentem Epistolae partem dictasse puto, jam vero, suspenso scribae officio, propria manu reliqua pauca subjecisse: quam rem in oris exemplarium adnotarint antiquissimi librarii; quorum postea scholion auctoris textum invaserit. Raro accidit, ut viri lautiores, quando ad scribendum animum adpulissent, amanuensium defugerint ministerium. Quod nisi aliunde constaret, ex Juliano satis adpareret, qui modo dictasse se diserte testatur (Ep. III. sub fin.), modo amanuensi carere se queritur (Ep. XIII. init.), modo singulari fortuna laetatur, (Ep. LX. p. 124.) qua factum erat, ut inscriptio litterarum ab Jamblicho missarum ejus propria manu esset exarata; unde liquet, ipsam epistolam alterius manu fuisse scriptam.

Li 12 *sq.* τὸ καταφρονεῖσθαι τοὺς θεοὺς πάντας] Ita Edd. omnes. Vitiose τῷ π in codd. DJ. Codices Voss. et A sic exhibent: τὸ καταφρονεῖσθαι. μὰ τοὺς θεοὺς πάντας, quibus ambiguntur sequentia. Licet ejusmodi adfirmandi formulae passim in his Epistolis occurrant, e. g. X. p. 15: μὰ τοὺς θεούς. VII. init.: νὴ τοὺς θεούς, vulgata tamen scriptura propius ad mentem Juliani accedit, cujus haec esse debet sententia, ut propter contemtum Deorum pellat christianum episcopum.

L. 13. Οὐδὲν οὕτως ἴδοιμι] Solus codex A. post οὕτως addit ἄν. Miror Schaeferum ad Gregor. Corinth. p. 1015. legi jussisse δ' ἄν, qui ipse particula ἄν haud opus esse docuit, quum modus fuerit mere εὐκτικός. Praesenti loco verbum ἴδοιμι proprio gaudet optativa significatione, h. e. *nihil adeo velim*

videre. Recte germanam Optativi vim agnovit Wyttenbachius ad Phaedon. p. 75, B. ubi haec Juliani verba contulit ad Platonis locutionem: *οὐδὲν μὲν ἂν ἧττον ἀκούοιμι.*

L. 15. *τόπων*] Perperam *τούτων* in codice D.

L. 16. *τῶν ἐπισήμων*] Articulus desideratur in codice A.

Ibid. *διώκεσθαι*] Sic Edd. omnes cum codd. DJ. Codex A: *διωκέσθω.* Sed minime video, quî cum ista scriptura possit constructio institui, quamvis ita scribendum proposuerit John Seager in *The Classical Journal* Vol. VII. p. 127. jure Gibbonum reprehendens, qui in *Hist. of the decline* etc. cap. XXIII. tota hac usus Epistola locum ejus extremum ita ferme reddiderat: *Me regnante, Graecarum quarundam nobiliorum feminarum baptismus ob Athanasii persecutione provenit;* vel, ut vernaculum interpretis sermonem ponam: *Under my reign, the baptism of several Grecian Ladies of the high st rank has been the effect of his persecutions.* Me quidem judice verbum illud, quocunque demum modo positum fuerit, aliquanto languebit ob superius *ἐξεληλαμένον*, quod in inferiori loco fortius aliquod vocabulum postulare videtur: unde conjiciebam *διωλίσθαι*, *disperiisse.* Commendari tamen videtur vulgatum verbum ex ipso nexu cum verbo *ἐξεληλαμένον.* Auctore enim Suida T. I. p. 606. *Διώκειν* (q. d. *εἰς ἀγορὰν ἄγειν*, *in jus rapere*) tum usurpatur, *ὅταν προαποφύγῃ τις*, i. e. *cum aliquis ante fugatus fuerit*, nec vero, sicut Interpres pervertit: *de eo, qui magna contentione aliquem persequitur.* Cui Suidae definitioni favet Juliani locus Ep. LII. p. 99. ubi post *φυγαδευθῆναι* ponitur *καὶ διωχθῆναι*, sicuti praesenti loco post *ἐξεληλαμένον* sequitur *διώκεσθαι.* Cuperet igitur Imperator, ante omnia pelli Athanasium ex Aegypto, deinde solemni judicio tradi, quo gravior poena decerneretur.

Si quis in hactenus dictis non acquiescat, is spectet an putare malit, verbum *διώκεσθαι* non ad exitum hujus, sed ad initium sequentis Epistolae pertinere. Quum enim in scriptis codicibus non semper distinctae, sed aliquoties in unum confusae repraesententur Epistolae singulae, fieri sane potuit, ut istius loci verba perperam dijungerentur. Posse autem *διώκεσθαι* sequentes litteras incipere, etsi nulla praeiret negativa particula, mihi quidem videtur.

Latine haec Epistola refertur in Baronii Annalibus Eccles. ad annum 362. cap. 243. (Tom. IV. p. 96. edit. Antv.); gallice apud Bleterium pag. 465.

Pag. 10.

EPISTOLA VII.

Haec extat in codicibus DGJ. Propter nimiam in re gravissima brevitatem, id scriptum judico sive fragmentum Epistolae, sive notulam esse, quam forte Praefecti rogationi adscripserat Imperator. In margine Martinius hujusmodi sententiam prodidit in sequentibus Edd. neglectam: *Epistola haec videtur ad illud tempus pertinere, cum Julianus ecclesiarum opes Ethnicis jussit attribui.* Quo de jussu Ep. XLIII.

L. 3. Ἀρταβίῳ] Sic omnes libri mei. Diversam scripturam a Petavio visam esse declarat ejus Index, in quo hoc epistolium ita designatur: « *Artabio.* in MS. *Atarbio.* » Unde Spanhemius in suo Indice posuisse videtur: « *Artabio* sive *Atarbio.* » Neutro sub nomine mihi quidem innotuit ille, cui scribitur.

L. 4. Ἐγὼ, νὴ τοὺς θεούς] Ad hoc initium conferri possunt, quae ad finem antecedentis paginae notavi. — Licet hoc et congruentibus locis Epp. XLIII. init. LII. p. 99. 102. Julianus vim inferri vetuerit Christianis, eorum tamen complures illo connivente mulctati feruntur exiliis atque suppliciis. Gregorius Nazianzenus scribit Adv. Julian. Orat. III. p. 74, A. (ed. Bill.), vim ac tyrannidem ab hoc Imperatore permissam esse δήμοις καὶ πόλεσι.

Ibid. τοὺς Γαλιλαίους] Ita Christianos more solemni Julianus appellat, e. g. Orat. VII. p. 224, B. Misopog. p. 357, C. p. 363, A. ne jam Epistolarum loca ponam in Indice nostro collecta. Ipse tamen illius denominationis non tam inventor, quam restaurator fuit. Nam sub primo christianae religionis initio sectatores ejus vulgo *Galilaei* dicebantur vel etiam *Nazaraei*, donec imperante Claudio primum in urbe Antiochia vocarentur *Christiani*; velut e Suida constat voc. Ναζηραῖος. Post id tempus quum illa cessasset appellandi ratio, Julianus nomen Christi aversatus ejusque cultores pungendi cupidus antiquam denominationem repetiit: quod enim huic Imperatori Celsus in ea consuetudine praeiverit, id contra Dodwellum luculenter

negavit M. Gesnerus in Disputatione *De aetate et auctore Philopatridis* cap. 39. (in calce Bipontinae Luciani editionis T. IX. p. 599.) Contumelia autem, per quam Galilaeos appellavit *Noster* Christianos, in hoc nititur, quod ab antiquissimis temporibus Galilaea ejusque incolae male audiebant apud Judaeos; cujus quidem famae causas atque vindicias indagavit Buddeus peculiari Dissertatione *De Galilaea rebus gestis et miraculis Christi clara.* (inter Ejus Miscellanea Sacra p. 1156 sqq.) Rationem igitur moris, quo Julianus Galilaeos nuncupavit Christianos, nimis coarctavit Barthus in Adversariis lib. III. c. 13. hanc esse putans, quod in tali nuncupatione provocatio insit cavillatoria ad vocem angeli: *ἄνδρες Γαλιλαῖοι*, quam habes in Actis Apostolorum I, 11. Imo, si quempiam Novi Testamenti locum alludi censendum esset, potiori jure laudaretur Ev. Johannis VII, 52. coll. I, 46. Ad instar *Nostri* scriptor Philopatridis, ubi Christianis illudit, constanter *Galilaeorum* nomine utitur; quod ex Juliani imitatione fieri censuit Gesnerus in Dissertatione supra audata.

Caeterum Juliani hic, de quo agitur, dicendi usus minime ugit antiquitatis christianae scriptores, e. g. Gregor. Nazianz. Adv. Jul. Orat. III. p. 79, D. (ed. Bill.) ubi occurrit: *Γαλιλαῖοι τε, ὡς αὐτὸς ἐφυβρίζων ἐκάλει.* Socrat. Hist. Eccl. III, 12. qui atius quidem eum usum manasse refert istiusmodi verbis: *Γαλιλαῖον γὰρ εἰώθει ὁ Ἰουλιανὸς καλεῖν τὸν Χριστὸν, καὶ τοὺς Χριστιανοὺς Γαλιλαίους.* In extantibus tamen Juliani libris ullum occurrit vestigium, unde prior ejus sententiae pars propetur; quam alioquin ignorat Theodoretus scribens lib. III. c. 21: *τοὺς δὲ Χριστιανοὺς Γαλιλαίους ὠνόμαζεν, ἀτιμίαν αὐτοῖς ἐκ τῆς προσηγορίας προσάψειν ἡγούμενος.* quo deinde loco depellitur injuria, dum adfirmatur, neque Socratem, etiam si appellatus esset Critias, neque Pythagoram, licet Phalaris dictus esset, ulla labe adspersos fuisse ex nominis mutatione. Callide Cyrillus Contra Julianum lib. I. p. 39. (ed. Spanh.) Galilaeorum nomen in ipsos Gentiles retorquet, Scriptura Sacra usus, qua *Galilaea gentium* dicitur. Praeterea fama est, Julianum publica lege nomen illud intulisse Christianis. Verba sunt Gregorii Nazianzeni Adv. Jul. Orat. III. p. 81, B. (ed. Bill.): *Γαλιλαίους ἀντὶ Χριστιανῶν ὀνομάσας τε καὶ καλεῖσθαι νομοθετήσας.*

Minus forte est, quod Chrysostomus tradit in Oratione Contra Gentiles (apud Baronium in Annalibus ecclesiasticis ad annum 362. cap. 278.) ita de hoc Imperatore scribens: *Galilaeos pro Christianis nos in edictis suis tum ipse appellans, tum Principes, ut id factitarent, adhortans.* Postremam utriusque scriptoris memoriam non impugnabo quidem, sed extantibus Juliani libris non magis probari dicam, quam Socratis testimonium supra laudatum.

L. 6. *προτιμᾶσθαι μέντοι τοὺς θεοσεβεῖς*] Ad *προτιμᾶσθαι* per se facile intelligitur *αὐτῶν*, quod ex scholio, ut multa alia, adjectum est in codice G. — Per *τοὺς θεοσεβεῖς* Julianus non generatim *pios et sanctos viros*, ut Interpres posuerat, sed speciatim *Deorum cultores* significat, quos constanter ita vocat, e. g. Epp. XXVI. p. 44: *τῷ θεοσεβεῖ τῶν Ἀλεξανδρέων δήμῳ*. ubi illos intelligi manifestum est; LI. p. 95. ubi Christianis opponitur *ἀνὴρ θεοσεβής*, *Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδών*. LII. p. 99. ubi *ἡμᾶς τοὺς θεοσεβεῖς* opponit *τοῖς Γαλιλαίοις*. Eadem mente frequentat *εὐσέβειαν*, v. c. Epp. XXXIX. p. 70: *τῆς περὶ τοὺς θεοὺς εὐσεβείας*. XXVII. p. 48: *ἀποστῆναι τῆς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας*. Nihil autem frequentius fit, quam ut Christiani *δυσσεβεῖς* dicantur ab Juliano, v. c. Ep. XLIX. p. 91. Orat. VII. p. 224, B. Fragm. p. 305, B: *οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι*. Epp. IX. p. 12: *τῶν δυσσεβῶν Γαλιλαίων*. LII. p. 99: *τῶν δυσσεβῶν*. LXIII. p. 133: *ἐκ τῆς Γαλιλαίας δυσσεβεῖς*. Ib. p. 132. per *τοὺς δυσσεβείας σχολῇ προσέχοντας* innuit Christianos. Adposite Lactantius de Gentilibus in universum scribit lib. V. c. IX. §. 14: *Impios enim vocant, ipsi scilicet pii.* — Caeterum *προτιμᾶσθαι* hoc potissimum consilio dictum videtur, quod publica munera Deorum cultoribus danda sint, posthabitis vel exclusis Christianis. Scribit de Juliano Rufinus I, 32: *Procurationem provinciarum jurisque dicendi Christianis statuit non debere committi.* Quando addit: *utpote quibus etiam Lex propria gladio uti vetuisset*, spectatur Christi dictum in Ev. Matth. XXVI, 52.

L. 7. *Διὰ γὰρ τὴν Γαλιλαίων μωρίαν*] Particula *γὰρ*, quam inseruit Spanhemius, a codicibus meis firmatur. Temere *μὲν* eidem vocabulo praemittit cod. G. — Solemne quidem est Juliano, religionem christianam amentiae nominibus designare, v. c. Epp. XXXI. p. 52: *ἕνεκεν τῆς τῶν Γαλιλαίων ἀπονοίας*.

LXIII. fin.: πρὸς ταυτηνὶ τὴν ἀπόνοιαν ἐπαρθέντες. quemadmodum etiam Ep. XLII. fin. Orat. VII. p. 224, B. per τοὺς ἀνοήτους intendit Christianos: ubi tamen μωρίαν dixit, nescio an respexerit locum Apostoli I Cor. IV, 10: Ἡμεῖς μωροὶ διὰ Χριστόν. Unde profectus esse videtur Suidae titulus: Μωρία διὰ Χριστόν. (T. II. p. 582.)

L. 8. σωζόμεθα πάντες] An πάντως? quorum frequens est confusio.

Latine hoc Epistolium adfertur in Baronii Annalibus ecclesiasticis ad ann. 361. cap. 19. (Tom. IV. p. 8, A. edit. Antverp.); gallice apud Bleterium pag. 400.

EPISTOLA VIII.

Haec extat in meis codicibus ADJ. et in Barocciano Vossianoque.

L. 14. Γεωργίῳ] «Baroc. addit καθολικῷ. quod nomen [potius *cognomen*] fuit Procuratoris Caesaris.» Petav. — Codex Voss. idem vocabulum addit. Extat quidem Epistola LIV. Γεωργίῳ Καθολικῷ inscripta, quae non minus hac nostra sophistico fuco abundat; sed quum aliunde minime liqueat, an eidem amico duae scriptae sint Epistolae, nolui contra Editionum omnium triumque codicum auctoritatem immutare lectionem. Utramvis inscriptionem probaveris, ignotum alioqui virum salutari fatendum est.

L. 15. Ἦλθες Τηλέμαχε] Ed. Spanh. cum codd. meis Ἦλυθες exhibet. Sed antiquiorum Editionum revocavi scripturam, quae in Homero extat Odyss. XVI, 23. XVII, 41. quibus locis additur: οὔ σ' ἔτ' ἔγωγε Ὄψεσθαι ἐφάμην. Poetam tamen inspexerat Spanhemius, ut qui priorem ejus locorum in margine notavit.

Ibid. καὶ εἶδον ἤδη] Cod. A. cum Baroc. et Voss. ἰδὼν. male. — Proximum articulum τοῖς ab Spanhemio neglectum ex anterioribus Editionibus repetii, quibuscum faciunt codd. AD.

L. 16. τῆς ἱερᾶς σοῦ ψυχῆς τὴν εἰκόνα] Nimirum scripta mentis imagines habentur, ideoque absentiae incommoda compensant; quare dixit Ep. XV. p. 21: Εἴπερ οὖν ἐθέλεις εἰκόνα τῆς σῆς παρουσίας τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν ὁμιλίαν προξενεῖν.

Epitheton *ἱερᾶς* vix adhiberetur, si christianam religionem auctor nondum abdicasset. — Alibi de sermone valet eadem comparatio, v. c. apud Isocratem in Nicocle p. 54, C: *λόγος ἀληθὴς καὶ νόμιμος καὶ δίκαιος ψυχῆς ἀγαθῆς καὶ πιστῆς εἴδωλόν ἐστιν.*

L. 17. *σφραγῖδι*] Codd. DJ: *σφραγίδι.* — Proximo loco post *τύπον* induxi signum distinctionis.

Pag. 11. *L.* 1. *Φειδίας ὁ σοφὸς*] Plinium XXIV, 8. [T. II. p. 648, 25. ed. Harduin.] de Phidia videndum esse recte monuit Martinius, cujus notulam omiserunt Editores inferioris aetatis. Iterum ob exigua opera, quae magna arte fabricata fuerint, Phidiam laudavit Julianus Orat III. p. 112, A. qui locus a Suida, neglecto scriptoris indicio, ter adfertur; nempe longiorem in modum sub voce Γελοῖος (T. I. p. 471.); paucioribus autem verbis in voce Μυρμηκίδην (T. II. p. 589.), et in voce Φειδίας (T. III. p. 595.) Ubique Kusterus Julianum indicavit p. 208. h. e. editionis Petavianae.

L. 2. *Ὀλυμπιάσι μόνον ἢ Ἀθήνῃσιν*] Quod accentum attinet, Ὀλυμπιάσι dedi, sicut in omnibus Edd. et in codd. AJ. scriptum est. Tertius codex meus Ὀλυμπιᾶσι scribit, uti vulgatum est Orat. II. p. 78, C. In aliorum quoque libris itidem variat ejus vocis accentus; v. c. apud Lucianum Pro Imag. c. XI. (T. I. p. 35. ed. Bipont.) exhibetur circumflexus; acutus autem expressus est Ibid. Fugit. c. VII. (T. VIII. p. 312. ejusdem Editionis). Vocabuli formam non omisit adnotare Suidas ita scribens in voce Ὀλυμπίας· (T. II. p. 681.): *λέγεται καὶ Ὀλυμπιάσι, τουτέστιν, ἐν τοῖς Ὀλυμπίοις.* — Jovis Olympiaci simulacrum, quod intendit *Noster*, accuratius describitur apud Pausaniam V, 11. et germanici scriptoris Voelkelii peculiari libello: *Ueber den Tempel und die Statue des Jupiter zu Olympia. Leipz.* 1794. Idem simulacrum rursus intelligi videtur in Julian. Orat. II. p. 54, A. ubi, tanquam operis Phidiae, mentio est *τοῦ παρὰ τοῖς Πισαίοις Διὸς*, quo quidem loco mei codices quinque Πισσαίοις scribunt, ut alibi vulgatum est, e. g. Aelian. Var. Hist. IX, 2. Altera imago, quam Athenis fuisse dixit Julianus, Minervae erat, laudatoque statim ejusdem scriptoris loco *τῆς ἐν ἀκροπόλει Παρθένου* vocatur. Aeque conjunctim de utroque opere memoravit Clemens Alex. p. 19, B. ubi occurrit: *τὸν μὲν οὖν Ὀλυμπιάσι Δία καὶ τὴν Ἀθήνῃσιν Πολιάδα ἐκ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος κατασκευάσαι Φειδίαν, παντί που σαφές.*

L. 3. *ᾔδει — — ἐγκλεῖσαι*] Ita commode Spanhemius edidit, ante quem vulgabatur *ᾔδη*, sicut est in codd. meis. Quae scriptura cum displicuisset, Petavius in margine conjecit « f. *ἐγκλείσας.* » mutata vero mente monuit in Notis : « Corr. ex Barocciano *ᾔδει*. Ita legendum fuerit *ἐγκλεῖσαι.* » — Fuit cum animus mihi ferebat, proxime ad lectionem codicum meorum ac veterum Editionum *ᾔδη* scribere, quod synonimum est cum *ᾔδει*, magis vero Atticum, observante cel. Boissonade ad Philostr. Her. p. 587. ubi similis permutatio. Sed id propositum abjeci, quum illam formam in Juliano nusquam occurrere, imo *ᾔδει* extare animadvertissem Ep. XLI. p. 77.

L. 4. *τὸν τέττιγά φασιν αὐτοῦ*] Perperam omnes Edd. *αὐτὸν* exhibent pro *αὐτοῦ*. Miror Spanhemium non adoptasse meliorem scripturam, quam e Barocciano codice Petavius commendaverat. Equidem eo minus haerere potui, quod omnes mei codices Genitivum praescribebant.

Ibid. *εἰ δὲ βούλει*] Vulgo *βούλῃ*. Nova scriptura, quam jam commendavit Cl. Boissonade ad Tiberium Rhetorem p. 57. et ad Planudem Metam. p. 558, a codicibus meis probatur, et alteri loco consonat Ep. LIV. init. Ad eandem normam *οἶει* dedi Ep. LIX. p. 113. inf. Recte vulgatum inveni *ὄψει* Ep. XLVI. p. 86. inf.

L. 5. *καὶ τὴν μυῖαν εἶναι*] An muscam illam dicit Plinio memoratam T. II. p. 657. 6.? — Forte delenda *καὶ* particula, et pro *εἶναι* scribendum *εἰπεῖν*. Libri autem nihil variant.

Ibid. *εἰ καὶ τῇ φύσει κεχάλκωται*] Tantummodo codex A. cum Ed. Spanh. post *φύσει* addit *σμικρὸν*, quod rejeci tanquam otiosum vocabulum, cujus notio sequenti versu continetur verbis *ἡ σμικρότης τῶν ζώων*. In eodem codice deest *κεχάλκωται*, quod necessarium videtur, cum manifesta sit oppositio inter verba *τῇ φύσει κεχάλκωται* proximaque illa *τῇ τέχνῃ ἐψύχωται*. — Caeterum in codice D. pro *κεχάλκωται* vitiose scriptum est *καὶ χαλκῷ*.

L. 6. *τῇ τέχνῃ ἐψύχωται*] Codices Baroc. et Voss. scribunt *ἀλλὰ τὴν τέχνην ἐμψύχωται*. Verum ob antithesin *τῇ φύσει*, probabilior est Dativus, quem omnes Edd. cum codd. meis agnoscunt. Extremum verbum ut in codicibus Baroc. et Voss., ita quoque in meis DJ. scribitur *ἐμψύχωται*. et in Ed. Mart.

ἐνεμψύχωται. quae praeferre nolui Petavianae lectioni a Spanhemio repetitae et a codice A. probatae. Simplex verbum in ejusmodi nexu usurpatur etiam ab auctore Epigrammatis in Analectis veterum Poetarum graecorum T. III. p. 290. (ed. Brunck.), ubi est: *Τίς λίθον ἐψύχωσε;*

Ibid. *ἴσως αὐτῷ*] Perperam *αὐτὸ* scribitur in cod. D.

L. 7. *εἰς τὴν κατὰ λόγον τέχνην*] Male cod. D: *καταλόγον.* cod. J: *κατάλογον.* Valet *κατὰ λόγον* e *sententia, ex voto,* sicut Epp. XLIV. p. 83. XLIX. init. Quod Interpres praesenti quidem loco parum intellexit.

L. 8. *σὺ δ' ἀλλὰ*] Codices DJ: *σὺ δὲ ἀλλὰ.*

L. 9. *οὐ τὸ μέτρον*] Vitiose cod. A: *οὐ τὸ μέτρον.* Cod. D: *μέτριον.* quod etiam scriptum erat in codice J., postea vero correctum est.

L. 10. *ἐφ' ἑκάστου τὸ θαῦμα τῆς τέχνης ἔχεται*] « Deest *τὸ θαῦμα* in vet. cod. » Petav. — Cujus notula repetitur in margine Spanh. Meorum quidem codicum solus A. voce ista caret; quam abesse nolui tam ob sensus majorem plenitudinem, quam propter dicendi usum Juliani, v. c. Ep. XXIV. p. 36: *τῷ τῆς ἡδονῆς θαύματι.* Ibid. p. 35: *πρὸς τὴν τοῦ θαύματος ὑπεροχήν.* Simili nexu vocabulum est positum in Herodiani loco lib. I. c. 10. p. 32. (ed. Boecler.): *κειμήλια τε βασιλέων, ὕλης τε ἢ τέχνης θαύματα,* q. d. *suppellex imperatoria, materiae aut artis spectandae.* — Pro *ἔχεται,* quod codex A. cum Edd. Petav. et Spanh. tuetur, *δέχεται* legitur in Ed. Mart. et codd. Voss. DJ. Utroque magis placet *κέχυται,* quod sine commendatione Petavius e codice Baroc. notavit. Est elegans ejus verbi tropus, quem accedit Latinorum *fundere.* Compositum ita valet in Homer. Odyss. VI, 235: *Ὡς ἄρα τῷ κατέχευε χάριν κεφαλῇ τε καὶ ὤμοις.*

L. 11. *ἤδη τὸ θηρίον βάλλει*] Ab Ed. Mart. meisque codicibus DJ. exulat *ἤδη,* quod vim sententiae aliquo modo auget.

L. 12. *δι' ὅλου δυσωπῶν τοῦ σχήματος*] h. e. *toto habitu pavorem incutiens:* quae parum accurate expressit Interpres. — Codices mei *διόλου* scribunt, inferiori tamen loco distinguentes duo vocabula.

Ibid. sq. *ὁ δὲ ἵππος ἐν ἄκρᾳ τῶν ποδῶν τῇ βάσει τὴν στάσιν φεύγων*] Cod. D: *στᾶσιν.* Tortuosa dicendi formula, cujus

haec esse videtur sententia: Citato cursu in bellŭam irruit equus, ita ut extremis tantum ungulis fundum attingens non consistere, sed quasi pendere videatur.

L. 15. *Ἑρμοῦ λογίου*] De quo vid. Obss. ad Ep. XXXIV. P. 56. lin. 11.

Ibid. δι' ὅλου πολλάκις τοῦ δρόμου] Ita praeeuntibus codicibus meis scripsi pro vulgato *διόλου*. Vicissim in sententia superiori lin. 12. *διόλου* tenent codices, ubi Edd. *δι' ὅλου*. Utroque loco non tam Adverbii, quam Adjectivi vis obtinet.

L. 17 *sq. τὸν Ὀδυσσέα τὸν Ὁμήρου ζηλοῖς, ὃς καὶ μόνον εἰπὼν ὅστις ἦν*] Spanhemius inseruit verba *ὅστις ἦν*, quae agnoscit codex meus A. Reliqui mei codices cum veterioribus Editionibus exhibent *ὅστις καὶ μόνον εἰπών*. Sed altera lectio tam Juliani stylo congruit, (v. c. Ad Themist. p. 265, D: *δείξας ὅστις ἦν.*) quam Homeri, qui respicitur, loco Odyss. IX, 19. ubi Ulysses: Εἰμ' Ὀδυσεὺς etc. coll. VIII. vs. 17: *Πολλοὶ γὰρ ἐθηήσαντο ἰδόντες Τὸν Λαέρταο δαΐφρονα.*

L. 18 *sq. Εἰ δή τι καὶ παρ' ἡμῶν τοῦ κατά σε φιλικοῦ καπνοῦ δέῃ*] Codex A. tuetur vocem *καπνοῦ*, quam e codice Baroc. Spanhemius inseruit, sed non intellexisse videtur, servata nimirum interpretatione hujusmodi: *Quamobrem si nostra amicitia tibi usui esse possit, praesto ea tibi erit, cum voles.* Equidem vocem illam sensu metaphorico valere puto, quo rem quamvis levem denotat, hoc itaque loco *nugas*. Suidas T. II. p. 241: *Καπνὸν εἶναι ἡγούμην· ἐπὶ τῶν οὐδαμινῶν καὶ μηδενὸς ἀξίων.* Congruenter scribit Lucianus Tim. c. 1. (T. I. p. 71. ed. Bipont.): *λῆρος — — καὶ καπνὸς ποιητικός.* Euripides Hippol. vs. 354: *πολλῶν γραμμάτων τιμῶν καπνούς.* Itaque *Nostri* verba *κατά σε* significant *secundum te*, h. e. *ut tu ais*, puta in Epistola, cui respondetur. Quo sensu talia posuit Julianus Ep. LIV. init. Orat. VI. p. 192, C. — Pro *δέῃ* Spanhemius et cod. A. tenent *δέει*. Quod *Ἀττικώτερον* esse videtur, quam ut suspicione careat in scriptore recentioris aetatis. Certe consentientibus libris *δέῃ* legitur Ep. XXIX. p. 50.

L. 2. *ὁ μῦς τὸν λέοντα τῷ μισθῷ σώσας*] Vid. Fabulas Aesopicas N°. 217. (p. 140. 373. edit. Corayanae). Pag. 12.

Ibid. ἀρκούντως δείκνυσιν.] Vitiose cod. D: *ἀρκούντων δείκνυσοι.* Cum codice A. scripsi *δείκνυσιν* pro vulgato *δείκνυσι.*

EPISTOLA IX.

Haec extat in codicibus meis ADJ. et in Vossiano. Scripta est post extinctum Georgium, itaque ab Augusto Juliano; cujus sub imperio illum occisum esse vel ex Epistola X. constat. Inter monumenta persecutionis, qua Julianus Christianos molestavit, hae litterae citantur apud Fabricium in Luce Salut. Evang. p. 307. Causa tamen nulla est praeter inclemens, quod de Christianorum libris proditur, judicium.

L. 5. Ἐκδικίῳ ἐπάρχῳ Αἰγύπτου.] Perperam ἐκδίκῳ in cod. D. Vulgabatur ὑπάρχῳ, quod etiam scriptum inveni in codd. DJ. Sed assimilavi scripturam inscriptionibus Epistolarum VI. L. Emendationi favet codex A., qui praemissa Epistola L. praesenti loco tenet: Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ. In Libanio quoque Ep. 972. variant codices inter ἔπαρχος et ὕπαρχος. quem ad locum notavit Wolfius, utriusque vocis esse leve discrimen, de quo consuli jubet Garnerium ad Basilium T. III. p. 201. Valesium ad Eusebium p. 239. Spanhemium De usu ac praestantia numismatum T. II. p. 239. Brissonium De regno Persarum p. 240.

L. 6 *sq.* Ἄλλοι μὲν — ἐντέτηκε πόθος.] Initium in codice A. corrupte hunc in modum scribitur: Ἄλλοι ἄλλων ἵππων· ἄλλοι ἄλλων ὀρνέων· ἄλλοι δὲ θηρίων ἐρῶσιν. Caeteri libri sane. Nec in Edd. nec in codd. indicium occurrit, quod locum nostrum esse metro adstringendum ostendat; attamen ut tristichon verba illa leguntur expressa libro, cui titulus: *Trajectum eruditum; auctore Casp. Burmanno. Trajecti ad Rhen.* 1738. Ibi scilicet pag. 72. traditur, Theodorum Canterum bibliothecae suae foribus inscripsisse verba Juliani Imperatoris (quae profecto haec nostra sunt):

Ἄλλοι μὲν ἵππων, ἄλλοι δὲ ὀρνέων,
Ἄλλοι θηρίων ἐρῶσι, ἐμοὶ δὲ βιβλίων
Κτήσεως ἐκ παιδαρίου δεινὸς ἐντέτηκε πόθος.

Alii quidem equos alunt, aut aves, aut canes ad venandum; mihi vero a puero istud desiderium insedit, ut multos adquirerem et possiderem libros. Utrum Juliani, an poetae cujuspiam habenda sint verba, non definiam. Extrema certe cum *Nostri* stylo bene quadrant, e. g. Orat. IV. initio: ἐντέτηκέ μοι δεινὸς ἐκ παίδων τῶν αὐγῶν τοῦ θεοῦ πόθος. Orat. VIII. p. 251, D: πολὺς

ἐντέτηκεν ἔρως, ἀνδρῶν τε καὶ χωρίων. Misopog. p. 340, B: δεινὴ δέ τις ἐκ παιδαρίου με καὶ ἀνόητος ἀπάτη προλαβοῦσα. Verbi vim optime expressit Hesychius: Ἐντακεὶς· ἐμφυείς. Ἐντέτηκεν· ἐγκεκόλληται. Ἐντετηκὼς· ἐμπεπηγώς. — Librorum studium, quod inhaerere sibi profitetur Julianus, cum ex ejus scriptis elucet, quae permultorum librorum notitiam produnt, tum aliunde probatur, v. c. Orat. III. p. 123, D. ubi Eusebiam ideo laudat, quod ipsum bibliotheca donaverit optimorum philosophorum atque historicorum, multorumque oratorum ac poetarum; Ad S. P. Q. Athen. p. 277, B. unde constat, peculiarem librorum custodem apud Julianum fuisse, quum adhuc Caesar esset; Zosim. lib. III. c. XI. §. 5. e quo discimus, Imperatorem hunc in regia porticu bibliothecam construxisse et libros, quot-quot habuerit, in ea collocasse.

Tale porro studium in Juliano reprehendisse miror Barthum, ut qui librorum ipse studiosissimus compilator extitit. Obloquitur nimirum in Adversariis lib. I. c. 12. p. 26. amorem librorum efficere, ut eo magis inviti hac vita excedamus; id quod sapientiae consulto indignum ait, probans Antoninum Imp. scribentem in Eclogarum libro I. extr.: τὴν δὲ τῶν βιβλίων δίψαν ῥίψον, ἵνα μὴ γογγίζων ἀποθάνῃς, ἀλλὰ ἵλεως ἀληθῶς καὶ ἀπὸ καρδίας εὐχάριστος τοῖς θεοῖς. Ubi deinde putat, ea verba Julianum alicubi suum in sermonem ductasse, memoria fallitur vir alioquin eruditissimus.

Felicius locum nostrum Idem tractavit Ibid. lib. III. c. 20. p. 146. conferens Aeneae Sophistae in Epistolis sententiam hujusmodi: Ἄλλος μὲν γὰρ σμινύης ἐρᾷ· γεωργὸς οὗτος. Ἑτέρῳ πρὸς κύνας ὁ ἔρως· κυνηγέτης οὗτος. Ἄλλῳ τόξων (leg. τόξα) ἐν ἡδονῇ, τῷ δὲ ἵππος τὰ παιδικά· ἐμοὶ δὲ βιβλία καὶ λόγοι. Cognata quaedam istiusmodi sententiis proverbia collegit Erasmus in Adagiis cap.: *Alia aliis placent*, p. 81.

L. 9. οἷς οὐκ ἀρκεῖ τὸ χρυσίον, ἀποπλῆσαι] Abundat μόνον, quod post χρυσίον additur in Edd. Petav. et Spanh. meoque codice A. Quare vocem eam omisi e praescripto antiquiorum Editionum codicumque DJ. — Ex Ed. Petav., quacum facit cod. A., recepi ἀποπλῆσαι, pro quo reliquis in libris ἀναπλῆσαι legitur. Non solum enim Julianus Orat. III. p. 142, A. ἀποπλῆσαι τὴν ἐπιθυμίαν dixit, sed alterum verbum in ejus-

modi locutionibus vix usitatum esse videtur. Multa certe scriptorum loca, quibus θυμὸν πληροῦν, vel ἀποπλῆσαι, vel ἀποπιμπλάναι, vel ἐπιπλῆσαι positum occurrit, Valckenarius exhibet ad Eurip. Hippol. vs. 1327: nullum tamen interest exemplum verbi ἀναπλῆσαι.

Ibid. τὸν πολὺν ἔρωτα] Deest articulus in codice A.

L. 10. πρὸς δὲ καὶ ταῦτα ὑφαιρεῖσθαι ῥᾳδίως ὑποδιανοουμένους] « Non recte vertit Interpres. Scribe: *qui et istos facile suffurari clanculum moliuntur.* Non contenti, inquit, auro, quod ex Georgii bonorum direptione compararunt, librariam etiam suppellectilem comparare student. » Petav. — Scilicet expressum erat: *praesertim cum facile videar eas illis posse detrahere.* Sed haec interpretatio prodierat ex ista Martinii scriptura: πρὸς δὲ καὶ ταῦτα ὁ ὑφαιρεῖσθαι ῥᾳδίως ὑποδιανοούμενος. quam Petavius non monito lectore sic emendavit, uti post Spanhemium edidimus. Emendationem omnes mei probant codices, nisi quod simpliciter διανοουμένους exhibetur in A., pessime autem ὑποδιανοουμένη in D. — Adverbium ῥᾳδίως innuere mihi videtur *levi* vel *expedita manu;* qualem nempe fures gerunt.

L. 11. Ταύτην οὖν μοι ἰδιωτικὴν δὸς χάριν] Sic e veteribus Edd. reposui, quibuscum faciunt codices DJ. Minus enim placet Spanhemii lectio: Ταύτην οὖν ἰδιωτικήν μοι δὸς τὴν χάριν. quam agnoscit codex A. — Vocabuli ἰδιωτικὸς rarior videtur hic usus, cujus alterum occurrit exemplum in Juliano Ad Themist. p. 262, C. ubi ἰδιωτικὸν συνάλλαγμα *privatum commercium* valet. Vulgari autem sensu dixit idem scriptor Orat. III. p. 125, A: ἰδιωτικῶς καὶ ἀγροίκως. Nisi omnes libri vulgatam tenerent lectionem, praesenti loco legissem ἰδίαν, ut occurrit Ep. XLVII. post initium: ἰδίᾳ χάριτι.

L. 12 τὰ Γεωργίου βιβλία] « De hoc Georgio vide omnino Epiphanium Haeresi LXXVI. » [Opp. T. I. p. 912 sq. Ed. Colon.] Petav. — Complura tam ex Epiphanio, quam ex aliis in Arianum illum episcopum collecta tradit Bleterius in *Vie de Julien* lib. IV. p. 253 sqq. ubi haec quoque Epistola majori ex parte gallice conversa delibatur. Idem est ille Georgius, cujus necem Alexandrinae plebis furore patratam improbat Epistola proxime sequens. *Cappadox* cognominatur ab Athanasio in Ep. ad Soli-

tarios et in Ep. ad Orthodoxos. Unde illustrantur Juliani verba inferiora: *περὶ τὴν Καππαδοκίαν ὄντι.*

Ibid. *φιλόσοφα*] Cod. D: *φιλοσόφων.* Sed bene habet vulgata lectio. De tali vocis usu conf. Cl. Boissonade ad Eunapium p. 131. ad Marinum p. 82.

L. 13. *πολλὰ δὲ ῥητορικὰ*] Haec solus omittit codex D.

Ibid. *τῶν δυσσεβῶν Γαλιλαίων*] Epitheton *δυσσεβῶν* abest a codicibus DJ. et ab Ed. Mart., ubi tamen inter Varr. Lectt. adponitur. Solemnem ejus usum probavi ad Ep. VII. Idem vocabulum in Ed. Petav. post *διδασκαλίας* positum occurrit; sed planior ordo, quem Spanhemius condidit, firmatur a codice A. — Quae de librorum Christianorum interitu vota facit, eorum similia de scriptis Epicureorum et Pyrrhoneorum pronunciavit Fragm. p. 301, C. quae *Deorum beneficio maximam partem intercidisse* ait.

L. 15. *ἀφαιρεθῆναι*] Sic Edd. omnes et codd. DJ. Verum codices Voss. et A. tenent *ὑφαιρεθῆναι*, quod verbum in Praesenti quidem positum paulo ante occurrebat. Itidem variat scriptura Ep. XXXVI. sub fin., ubi rursus de Georgii libris est sermo.

Ibid. *ζητείσθω κἀκεῖνα*] Pessime distinguunt codices Voss. et A: *ζητείσθω. καὶ ἐκεῖνα* etc. Codices DJ: *ζητήσθω· κἀκεῖνα* etc. Per *κἀκεῖνα* Galilaeorum intelligit libros, quos modo dixit plane extinctos se cupere.

L. 16. *τῆς ζητήσεως ἔστω*] Vitiose *ζητήως* in cod. J. Tum *ἔξω* in cod. D.

L. 17. *ὁ Νοτάριος Γεωργίου*] Perperam cod. A: *ὁ νοτάριος γεώργιος.* Est Νοτάριος latinum vocabulum pro graeco tritum, ut illud *σκρίνιον* Ep. [XXV.] p. 42. Scribit Suidas T. II. p. 633: Νοτάριος· *ὁ γραμματεύς.* Ῥωμαϊστὶ *ὁ ὑπογραφεύς.* Quae non intellexisse videtur Interpres ponens: *Notarius, scriba. Vel, notarius dicitur is, qui apud Graecos ὑπογραφεύς.* Potius existimo, hanc Suidae mentem fuisse; ut Νοτάριος in genere quidem *scribam*, sigillatim autem apud Latinos illum significet, *qui sub alterius dictamine scribit.* Passim in Zosimo memorantur *νοτάριοι* tanquam Caesaribus adjuncti, qui Acta exciperent. Itidem in Ammiano Marcellino laudantur *Notarii* ut Principum ministri; quos docte in classes digessit Wagnerus in Indice

p. 464. Ex loco nostro liquet, praeter Principes et alios dignitate conspicuos viros talibus usos esse.

Pag. 13. *L.* 1. *γέρως*] Vitiose *γέρας* in Ed. Mart., ubi tamen vera scriptura deprehenditur in Varr. Lectt.

Ibid. *ἄλλως πως*] Particula *πως* exulat ab Ed. Mart. et codd. DJ.

L. 3. *ἐπίσταμαι δὲ ἐγὼ τὰ Γεωργίου βιβλία· καὶ εἰ μὴ πάντα, πολλὰ μέντοι.*] Haec verba tam in codd. DJ., quam in Edd. Mart. desunt; poterunt autem ex illius Varr. Lectt. a Petavio recepta esse. Praeter Spanhemium ea firmat cod. A. Male autem hactenus iisdem adhaerebant sequentia, nullo interposito distinctionis signo. Qui necessarius erat error, quoniam ignorabant Editores vicinam particulam *γὰρ*, qua nunc inserta mutatam habemus sententiam. Similis est verborum junctura Ad S. P. Q. Athen. p. 273, C: *εἰ καὶ μὴ πάντα, τὰ πλεῖστα γοῦν.*

L. 4. *Μετέδωκε γάρ μοι περὶ τὴν Καππαδοκίαν ὄντι*] Particula *γὰρ*, quam e praescripto consentientium codicum meorum inserui, flagitabat, ut haec verba sejungerentur a praecedentibus. — Quae de sua in Cappadocia commoratione memorat, ad illud tempus refero, quo ab aula remotus in agro quodam Cappadociae degebat; ut ipse testatur Ad S. P. Q. Athen. p. 271, B. Agrum illum *Macelli fundum* appellavit Ammianus Marcellinus lib. XV. c. II. §. 7. ubi Wagnerus accuratius locum designat adlatis his ex Julii Pollucis Chronico verbis: *Μακελλικὸν χωρίον πρὸς Καισαρείαν ἐν Καππαδοκίᾳ.*

Ibid. *μεταγραφήν*] Vitiose cod. D: *μεταγραφόν.*

Latine haec Epistola refertur in Baronii Annalibus ecclesiasticis ad annum 362. cap. 170. (Tom. IV. p. 73. edit. Antverp.); gallice apud Bleterium pag. 445.

EPISTOLA X.

« Hanc Epistolam describit Socrates lib. III. cap. III. » Petav. — Quod idem in margine notaverat Martinius, qui primus in Juliano has litteras prodire curavit. Utrum ex Julianeis codicibus erutae, an e Socrate receptae sint, non liquet; hoc tamen probabilius est ob similem fortunam Epistolae XLIX. Utut ea de re sit, Vossianus codex id monumentum exhibebat Spanhemio,

sicut ejus duae produnt notulae marginales; in meis autem codicibus desideratur. Quem aegre ferens casum ad Parisinum MS. 1443. recurri, quo Socratis continetur Historia ecclesiastica, vel, ut praefixi Indicis verba ponam, *Socratis Scholastici historiae ecclesiasticae libri septem, prout typis mandati fuerunt.* Minus autem quam desiderabam is codex corruptis, quae haud pauca sunt, locis medetur; ita ut aliorum industriae ultra quam volueram, a me quoque relictum sit. Neque enim satisfecit Valesiana Socratis editio, quae jam a Parisino codice passim recedit, quamque Spanhemio multum profuisse comparando cognovi.

Georgii publice patrata caedes, ob quam Alexandrini hoc Edicto corripiuntur, adeo visa est memorabilis, ut post Socratem alii rerum ecclesiasticarum scriptores integro hoc documento commentarios exornarint, v. c. Baronius Annal. Eccl. ad annum 362. cap. 166. (Tom. IV. p. 71 sq. edit. Antverp.); Fleury *Histoire ecclésiastique* T. VII; Julianum nempe carpentes, quod Alexandrinorum tumultum et Georgii caedem non poenis, sed sola increpatione per litteras coercuit. Ejus porro consilii reprehensores omnes ardore exsuperat Jondotus in *Histoire de l'empereur Julien* T. II. p. 102 sqq. Erat autem Georgius, episcopus Arianorum in urbe Alexandria, non minus catholicae, quam gentilitiae religionis insectator insignis; *cujus odio omnes indiscrete flagrabant*, ut ait Ammianus Marcellinus lib. XXII. c. XI. §. 10. Quo capite non solum illius occisio describitur, sed et ipsum hoc Edictum ita memoratur, ut ejus patefiat causa et finis. Hujusmodi sunt verba §. 7: *Hoc comperto, Imperator ad vindicandum facinus nefandum erectus jamque expetiturus poenas a noxiis ultimas, mitigatus est lenientibus proximis: missoque edicto, acri oratione scelus detestabatur admissum, minatus extrema, si deinde tentatum fuerit aliquid, quod justitia vetet et leges.* Quae tamen ibi de minis dicuntur, eorum nullum vestigium in hisce litteris adest. Si copiosam improbati facinoris e veteribus enarrationem cupias, adi Bleterium in *Vie de Julien* l. IV. p. 251—258. ubi de praesenti scripto judicium fertur hujusmodi: *C'est une lettre pleine de noblesse et de grâce. Je ne voudrois pas répondre, qu'après l'avoir écrite, il n'en sçût bon gré à ceux, qui lui en avoient fourni le sujet.*

L. 9 *sq.* Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Ἰουλιανὸς, Μέγιστος, Σέβαστος, Ἀλεξανδρέων τῷ δήμῳ.] Sic tam in Juliani Edd., quam in Socrate manuscripto et impresso legitur, quum tria reliqua, quae ad Alexandrinos extant, Edicta simplicissimam ferant inscriptionem. A Socrate titulum exornatum esse non dubito. Duorum certe priorum nominum consociatio minime stylum refert Juliani. Αὐτοκράτωρ quidem ab eo dicitur, quando dignitas innuitur Augustae Majestatis, v. c. Ep. XXXVIII. init. Orat. VIII. fin. Caes. p. 317, B. p. 328, A. Sed quanquam a Latinis Imperatores etiam *Caesares* appellati sunt, in Juliano tamen vocabulum Καῖσαρ ex illius aetatis more *Caesarem* significare solet, i. e. adscitum ab Augusto socium imperii, qui proximum ab illo honoris gradum tenebat; v. c. Ep. LXIX. initio: ἔτι Καῖσαρ ὤν, i. e. *quum Caesar adhuc essem.* Misopog. p. 340, C: ἐξ ὅτου Καῖσαρ ἐγενόμην. Ibid. p. 357, B: μὲ Καίσαρα ποιήσας. Diserte cognomentorum differentiam ostendit Ad S. P. Q. Athen. p. 285, D. docens, in litteris, quas ad Constantium dederit, se prae modestia Καίσαρος appellatione semper usum esse, nunquam vero nomen illud usurpasse, quod ipsi jam Dii immortales tribuissent; i. e. αὐτοκράτωρ. Sunt quidem duo *Nostri* loca Ep. LI. p. 96. Misopog. p. 346, B. C., ubi Καῖσαρ de Imperatoria dignitate sumitur; sed in priori loco adjectum est ὁ Σέβαστος, i. e. *Augustus*, in altero vero Julianus ipse non e proprio, sed ex Antiochensium animo designatur, qui malitiose caverint, ne splendidissimo nomine hunc ornarent, quem contumeliose tractabant. Eo porro loco invidia vel hinc prodi videtur, quod brevibus intervallis quater effertur illa nuncupatio. Nam adfectatione vix carebit repetitio.

L. 11. Εἰ μὴ τὸν Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν ὑμῶν] Similiter Ep. LI. init., ut Alexandrinis pudorem incuteret, eorum οἰκιστοῦ illos commonefecit. Quod cum et alibi *Nostro* usitatum sit vocabulum, e. g. Orat. III. p. 108, D., non dubitandum videtur, in verbis Orat. IV. p. 154, C: ὁ τῆς πόλεως ἡμῶν ὁ κτιστὴς esse corrigendum οἰκιστὴς, quod praeter Editionum oram exhibet codex meus A. Certe repetitus articulus abundat, et accentus ad emendationem invitat. Probe caeteroquin ὁ κτίστης ὑμῶν occurrit Ep. LI. p. 95. sup. — De Sarapi proxime laudato vid. Obss. ad Ep. VI. P. 9. l. 7.

L. 15 *sq.* οἷς πρέπον ἦν, τὴν ὑπὲρ τῶν ἠδικηκότων ὑμᾶς φυλάξαι διάγνωσιν] Nihil quidem obstat, quo minus ὑμᾶς ab ἠδικηκότων regi putemus, ut Interpres expressit; malim tamen Accusativum illum cum Infinitivo jungi φυλάξαι, ut sententia sit: *quibus cognitionem de illis, qui iniqua patrarunt, vos reservare debebatis.*

L. 17. τυχὸν ἴσως] Ita rursus Ep. LIX. p. 119. inf. Quamquam unum alterumve horum Adverbiorum abundat, est tamen iroba locutio: quam vel e praesenti loco citavit Cl. Boissonade d Diogenis Epistolam VIII. in *Notices des Manuscrits* T. X. . 253. adjecto quidem exemplo Themistii Orat. XXI. p. 248, D. audatoque Scholiasta Pluti p. 544. (ed. Hemsterh. Schaefer.); ui formulam τυχὸν ἴσως cum altera contulit πάνυ σφόδρα. aeterum vir doctus ob illam ac similes pleonasticas formulas d ipsius Notas in Eunapium ablegat p. 165.

L. 17 *sq.* ἐξεπάτησε καὶ θυμὸς· ὅςπερ οὖν εἴωθε τὰ δεινὰ πράττειν, τὰς φρένας μετοικίσας] In codice meo scribitur ξεπάτησε, quod aeque placeret, si frequentius esset verbum κπατέω, *e recta via pello.* Idem codex tenet ὃς ὥςπερ. — In nargine Mart. et Petav. occurrit haec notula: « *Sumptum e senariolo quodam Melanthii poëtae, cujus meminit Plutarchus* Περὶ ὀργῆσίας. » Profecto sic legimus apud Plutarchum libro laulato T. II. p. 453, E. (edit. Francof.): ὁ δὲ θυμὸς, οὐχ ἧ φησιν ὁ Μελάνθιος,

Τὰ δεινὰ πράσσει τὰς φρένας μετοικίσας·

λλ' ἐξοικίσας τελείως καὶ ἀποκλείσας etc. Ab eodem Plutarcho ersus idem iteratur in libello De Sera Num. Vind. p. 17. (ed. Wyttenbach.) ubi πράττει scriptum est. Quem ad locum ab ditore notatur Spanhemius, quod in Juliano marginalem omiserit Petavii notulam. Ea vero Martinium habet auctorem; quem descripsit Petavius.

L. 1 *sqq.* εἰ, τὰ τῆς ὁρμῆς ἀναστείλαντες, τοῖς παραχρῆμα βεβουλευμένοις καλῶς ὕστερον ἐπηγάγετε τὴν παρανομίαν] Sic restitui locum pessime adfectum. Scilicet ante Spanhemium in Juliano legebatur: εἶτα τῆς ὁρμῆς ἀναστείλας, τῆς παραχρῆμα βεβουλευμένης κακῶς ὕστερον ἐπήγαγε τὴν παρανομίαν, q. d. *deinde repentino impetu elatus nefarium facinus induxit.* Jam paulo emendatius in Socrate Valesiano vulgatum est: εἶτα τῆς

Pag. 14.

ὁρμῆς ἀναστείλαντες, τῆς παραχρῆμα βεβουλευμένης καλῶς ὕστερον ἐπήγαγε τὴν παρανομίαν. quam lectionem et in manuscriptis Socrate reperi, nisi quod propius ad verum exaratum est ἐπήγατε. Veriorem, nec tamen verissimam lectionem exhibuit Spanhemius ponens: εἶτα τῆς... caetera, ut edidi; nam quod apud illum ἐπήγαγε τε impressum est, morari nolo, quum id vel ipsius vel operarum festinationi facile tribuatur. Spanhemii correctionem Valesius indicaverat in Adnott. ad Socratem, adfirmans in duobus optimis codicibus ἀναστείλαντες exhiberi, totamque propositam lectionem a Nicephoro confirmari. Neminem fugiet, aptissimas esse certissimasque emendationes, quas Spanhemius adoptavit. In oculos enim occurrit, quam commode sit scriptura τοῖς βεβουλευμένοις, quia verbum ἐπάγειν praeter Accusativum tertium quoque casum postulat; deinde καλῶς probatur ex opposita voce τὴν παρανομίαν; tandem ἐπηγάγετε optime quadrat cum sequenti verbo ἠσχύνθητε, nec multum discrepat a codicis mei scriptura ἐπήγατε. Haud tamen ab omni parte sanabatur locus. Quomodo enim ferri poterat τῆς ὁρμῆς ἀναστείλαντες, quum verbum ἀναστέλλειν, mea quidem sententia, Genitivum regere nequeat? Equidem ad graecae linguae normam orationem composui, dum εἶτα in duas voces εἰ τὰ discerpebam. Jam omnia sunt liquida. Valet autem τὰ τῆς ὁρμῆς idem ac τὴν ὁρμὴν, ex usu *Nostro* solemni, v. c. Epp. LVII. p. 109: τὰ τῆς προςρήσεως. LIX. p. 113. inf.: τὰ τῆς οἰήσεως. Oratt. I. p. 18, D. 20, C: τὰ τῶν στρατοπέδων. p. 22, A: τὰ τῆς παρασκευῆς. II. p. 59, C: τὰ τῆς τάξεως. p. 63, D: τὰ τῆς πόλεως. p. 65, B: τὰ τῶν ὁμμάτων. p. 83, A: τὰ τῶν πατέρων. p. 88, A: τὰ τῶν ὑπηκόων. p. 100, A: τὰ τοῦ παιδός. it. τὰ τῶν φίλων. III. p. 119, A: τὰ τῆς Ἑλλάδος. — Caeterum loci nostri sententia confirmatur et latius explicatur a Sozomeno, cujus verba sunt hujusmodi lib. III. c. 7, E: ἀνακοπέντες δὲ τῆς παραυτίκα ὁρμῆς, τότε μὲν αὐτὸν ἐν δεσμοῖς εἶχον, οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καταδραμόντες ἔωθεν εἰς τὸ δεσμωτήριον, ἀναιροῦσιν αὐτὸν· καὶ καμήλῳ ἐπιθέντες, διημερεύσαντές τε ἐν ταῖς κατ' αὐτοῦ ὕβρεσιν, περὶ δείλην ὀψίαν πυρὶ παρέδωκαν. Quod ibi est ἀνακοπέντες τῆς παραυτίκα ὁρμῆς, id apud Julianum valet τὰ τῆς ὁρμῆς ἀναστείλαντες. Locutio Sozomeni videtur scriptorum usu consecrata; sic enim Lucianus in Alex.

c. 57. (T. V. p. 116. ed. Bipont.): *ἀνεκόπην τῆς ὁρμῆς*, adjectis verbis *καὶ ἀνεπανόμην*. Gregorius Nazianzenus Adv. Julian. Orat. III. p. 74, A: *ἀνακόπτειν τὰς ὁρμάς*.

L. 4. *τολμῆσαι ταῦτα, ἐφ' οἷς ἐκείνους ἐμισήσατε δικαίως*] Non habes, quo referas *ἐκείνους*, nisi ad *τοὺς ἠδικηκότας*, qui tamen e longiori, quam vellem, intervallo repetendi sunt. Significantur certe *Christiani*, quorum forte nomen ob invidiam cavet ne enunciet; quemadmodum in Panegyricis I. II. propria nomina tacere solet, quando de invisis tyrannis Magnentio, Vetranione aliisque agit. Fortasse haud fortuita similitudo sententiam intercedit Juliani alteramque Philippi castigantis Athenienses apud Demosthenem p. 62, A. (ed. Wolf.): *πῶς οὐ δεινὸν, φ' οἷς παθόντες οὕτως ἐμισήσατε τοὺς δράσαντας, νῦν αὐτοὺς αἱνεσθαι ποιοῦντας;*

L. 8. *ὁ στρατηγὸς τῆς Αἰγύπτου*] «Scrib. *ὁ στρατηγὸς* vel *ἄρχος*. Sed priorem vocem scripti codices apud Socratem exhibent.» Petav. — Jure commendatam emendationem peregit Spanhemius, ante quem in Juliano vulgabatur *ὁ βασιλεὺς τῆς Αἰγύπτου*, sicut et in edito Socrate legitur. Correctio tam non probatur, quod margini codicis mei, in quo contra Petavii testimonium exhibetur *βασιλεὺς*, a prima manu adpositum occurrit: «*γρ. ὁ στρατηγὸς*», quam auctoritate Valesii librorumque ab illo ad Socratem laudatorum in hujusmodi notula: «*Artemium lucem Aegypti intelligit, ut jam pridem notavi ad librum* XXII. cap. XI. §. 2.] *Ammiani Marcellini. Conjecturam nostram confirmat codex Florentinus et Nicephorus, in quibus diserte scriptum legitur ὁ στρατηγὸς τῆς Αἰγύπτου.*» Displicet sententia Bleterii, qui spreta lectionis mutatione censuit, Artemium per ironiam dici *regem* Aegypti, quod propter scelera in administranda Aegypto commissa nece multatus fuerat, uti discimus ex Ammiani loco statim laudato. — Caeterum Artemius ille, cui *atrocium criminum molem* Ammianus tribuit Marcellinus, videtur ex violentissimis fuisse Deorum cultus eversoribus; eum nempe, regnante Constantio, plurima simulacra contrivisse tradit Theodoretus Hist. Eccl. III, 17. Ejusdem Acta Passionis apud Simeonem Metaphrastem extant (in Corpore Hist. Byzant. Vol. XVIII. ed. Du Cange: Vol. XII. T. 2. ed. Venet.), et longe optima et utilissima dicuntur a Valesio ad Ammian. Marcell. l. c.

L. 9. *τὸ ἁγιώτατον τοῦ Θεοῦ τέμενος*] Intelligitur Serapidis templum, quod Alexandriae extabat celeberrimum. Ammianus Marcellinus in descriptione Alexandriae talia refert lib. XXII. c. XVI. §. 12: *His accedunt altis sublata fastigiis templa; inter quae eminet Serapeum, quod, licet minuatur exilitate verborum, atriis tamen columnariis amplissimis, et spirantibus signorum figmentis et reliqua operum multitudine ita est exornatum, ut post Capitolium, quo se venerabilis Roma in aeternum attollit, nihil orbis terrarum ambitiosius cernat.* De eodem templo praeter Cyrillum Contra Julian. lib. I. p. 13, C. memorat Sozomenus VII, 15 ubi sic designatur: *ναὸς δὲ οὗτος ἦν κάλλει καὶ μεγέθει ἐμφανέστατος, ἐπὶ γεωλόφου κείμενος.*

L. 9 *sq.* *ἀποσυλήσας ἐκεῖθεν εἰκόνας καὶ ἀναθήματα*] Sic in Socrate Valesius et in Juliano Spanhemius edidit, ante quos vulgabatur *ἀποσύλας*, quod et codex meus tenet, minime licet graecum sit. Jam tamen offensus Petavius in margine conjecerat: «f. *ἀποσύρας.*» et inter Notas haec monuerat: «Scripti codices apud Socratem *συλήσας* pro *ἀποσύλας* habent.» Quae duplex scriptura facile lectionem peperit emendatam, qua nihil certius est. Julianus in simili nexu verbum idem adhibuit scribens Orat. VII. p. 228, B: *ἱερὰ — — ἀποσυληθέντα τῶν ἀναθημάτων.* Tum Orat. II. p. 89, A. sic *ἀποσυλῆσαι* positum occurrit, ut ei respondeat *ἡ περὶ τὰ χρήματα τῶν θεῶν παρανομία.* Cum toto *Nostri* loco convenit Sozomenus III, 3o. ubi Georgius dicitur: *καὶ στρατιώτας καὶ τὸν ἐν Αἰγύπτῳ στρατηγὸν* (h. e. *Artemium*) *σὺν ὅπλοις ἐπειςαγαγὼν τῇ πόλει, εἰκόνας τε καὶ ἀναθήματα καὶ τὸν ἐν τοῖς ναοῖς κόσμον ἀφαιρούμενος.* Quem ad locum adposite Valesius hanc Epistolam citavit.

L. 12. *ὅδε ἐτόλμησεν*] Vulgo *ὁ δ' ἐτόλμησεν.* Codex: *ὁδὲ ἐτόλμησεν.*

L. 14. *ἑαυτὸν παρεφύλαττεν*] «Veteres codices apud Socratem *ὃς αὐτόν.* Quod ad *στρατηγὸν* refertur.» Petav. — Quum libri mei omnes in vulgata lectione consentiant, nihil mutavi, incommodum locum industriae relinquens aliorum, quibus meliores codices ad manus erunt. Interea non displicet scriptura, quam Petavius laudavit; sed ea secus uterer. Neutiquam enim intelligo, quomodo pronomen relativum ad *στρατηγὸν* referatur; potius *ὃς* innueret *Γεώργιον*, cujus nomen in

scriptoris mente principem locum tenebat, etsi Κωνσταντιον proxime Relativum sit positum. Itaque sic tenerem: Georgius, odio incensus Alexandrinae plebis, Artemium (h. e. αὐτὸν) observabat exploraturus, utrum in fungendo munere lenitatem aliquam prae se ferret. Quod si fecisset ille, malignus calumniator apud Constantium operam dedisset, ut Artemium perderet. Certe Georgius *ad delatorum ausa feralia desciscebat*, ut loquitur Ammianus Marcellinus lib. XXII. c. XI. §. 5. — Caute, sed infideliter Interpres Juliani transiit verba ἑαυτὸν παρεφύλαττεν. Non defugi, supra laudati Baronii versionem consulere; sed eam, ut alibi, cum graecis verbis minime congruentem inveni, nec dignam, quae adferretur.

L. 15. εἰ μετριώτερον] Pro εἰ perperam εἰς exhibetur in Socrate manuscripto aeque ac vulgato. Vide, quantopere se exerceat illius editor Valesius, ut expediat locum, quem in Juliano poterat expeditum invenire. Nimirum versu superiori post ἴσως inserendum proposuit δὲ, quo tum consilio hunc in modum interpretatur: *Sed fortasse sibi ipse cavebat, quippe qui Georgium magis quam Constantium formidaret. Scilicet modestius ac civilius, non autem tyrannico more erga vos antea se gesserat.* Haec autem a scriptoris textu abhorrent, qui nec Adverbium *scilicet*, nec ullam agnoscit particulam transitivam.

L. 16. πόῤῥωθεν προσεφέρετο] « Πόῤῥωθεν non est, quod putavit Interpres, *absens*; sed aliud quiddam, quod una voce declarari Latine non potest; nimirum cum ipsa administrandi ratione et omni occasione prae se ferant Praefecti, cujusmodi esse velint. » Petav. — Editor sequens nec Petavii mentem, nec ullum sensum commodum assecutus est ponens *ab initio*. Non minus aliena est apud Socratem interpretatio Valesii, qui loco supra laudato *antea* expressit. Equidem in Petavii sententia acquievi; quam si recte cepero, πόῤῥωθεν tali tropo sumitur, quali vernacula lingua congruentem usurpamus dicendi formulam *von weitem her*; perinde ac si diceremus: *ob er euch von weitem her menschlich behandelte*. Qua mente *aliquo modo* posui.

L. 17. τὴν ἱερὰν αὖθις ἐμιάνατε πόλιν] Adverbium αὖθις innuit, cruentorum scelerum non insolitos fuisse Alexandrinos, quorum ingenium valde seditiosum fuisse memoriae proditum est. Consentientium ea de re scriptorum loca suppeditat Vale-

sius ad Ammianum Marcellinum l. XXII. c. XI. §. 4. qui et ipsa Alexandriam appellavit *civitatem, quae suopte motu, et ubi causa non suppetunt, seditionibus crebris agitatur et turbulentis.*

Pag. 15. *L.* 1. τιμωρουμένη μὲν] Sic et codex meus exhibet cum Edd. quae quidem in margine ferunt: « γρ. δὲ. »

L. 4 *sq.* ποιοῦνται πάρεργον] In Juliano vitiose vulgabatur ποιοῦντας, quod e praecedenti ἀνθοῦντας ortum fuerit. Emendavi e Socrate.

L. 5. Παραβάλλετε] Perperam in codice meo: παραβάλετε. Solemnis litterarum ε et αι confusio corrupit Julianum et Cyrill. lib. X. p. 339, E. ubi vulgatur: ὑπὲρ τίνος προσκαλεῖσθαι τοῖς μνήμασι; Tu lege προσκαλινδεῖσθε.

L. 6. ᾗ μικρῷ πρώην ἐπέστειλα] Edd. omnes una cum codice meo perperam exhibent ἣν μ. Miror Spanhemium, qui ipse in Vossiano codice reperit ᾗ, *(sic)* non adoptasse meliorem scripturam, quam praeterea in Socrate commendaverat Valesius e suo codice atque Nicephoro. Graecismus, quem ista refert pronominis relativi constructio, passim in Juliano comparet, e. g. Ep. XX fin.: πρὸς ᾗ πρότερον εἶχες. i. e. πρὸς ταύτῃ, ἣν π. ἐ. Orat. II. p. 108, B: πρὸς οἷς ἔχουσιν ἀγαθοῖς. i. e. πρὸς τούτοις, ἃ ἐ. ἀ — Quaenam illa fuerit prior Epistola, mihi quidem incompertum est. Editae certe (nr. XXVI. LI. LVIII.) in reprehensionem magis, quam in laude versantur Alexandrinorum.

L. 10 *sq.* καὶ φυλάττει καθαρὰς τὰς χεῖρας ὡς προσάγων πρὸς τοὺς θεούς, αἵματος καθαρευούσας.] En locum inextricabilem, nisi e melioribus codicibus auxilium succurrerit. Scriptura sive corrupta, sive manca est. Nihil usquam inventum notatum, praeterquam quod e Vossiano codice φυλάττειν adponitur in margine Spanhemiano. Quae tamen scriptura nihil expedit; nec in ista voce sedes esse videtur corruptionis. Probabilius est, aliquid esse mutandum in uno alterove vocabulorum adfinium καθαρὰς, καθαρευούσας. Juliani sententiam hanc esse suspicor, ut exprobret populo, quod post commissam caedem neglexerint, purificatis manibus delicti veniam a Diis petere. Qua mente scriptor idem Orat. II. p. 71, A. laudavit Hectoren ideo, quod noluerit infectis cruore manibus Diis litare. Nullius est pretii versio, quae apud Baronium locum nostrum ita reprae sentat: *Annon eum pudet tam indigni facinoris? Estne hoc manu*

adeo puras et integras servare, ut eas nulla cruoris labe pollutas ad Deos supplices tendatis?

L. 13 *sq.* Καὶ δι' ὑμᾶς ἐρεῖτε] Nihil opus videbatur, ut cum Spanhemio καὶ mutarem in κἂν, quam e conjectura mutationem suaserat Valesius in Notis ad Socratem. Reposui veterum Editionum scripturam, quam etiam codex meus Socraticus agnoscit. Praeter necessitatem et invita quidem Minerva Petavius in margine conjecit: « ἴσ. καὶ δὴ ὑμεῖς. »

L. 14. παρ' ὑμῶν δὲ εἰ λέγοιτο] Sic omnes libri. Magis autem placuisset λέγοιτε, ratione praecedentis ἐρεῖτε.

L. 18. εὐνομεῖσθαι] « Vet. εὐλαβεῖσθαι. » Petav. — Commoda est vulgata scriptura, quam codex meus cum omnibus Edd. exhibet.

L. 20. πλημμελῆσαι τοιοῦτό τι ὑμᾶς] Bene sic in Edd. Juliani legitur. In Socrate tam edito, quam manu scripto perperam est: π. τ. τοι πρὸς ὑμᾶς.

L. 1. διὰ τὸν θεῖον τὸν ἐμὸν καὶ ὁμώνυμον] Intelligitur Pag. 16. ille *Julianus*, ad quem extat Epistola XIII. Passim ejus viri laudibus verbis *Noster* injecit mentionem, e. g. Misopog. p. 365, C: ὁ δέ μοι θεῖος καὶ ὁμώνυμος. Ib. p. 371, A: τοῦ θείου τοὐμοῦ καὶ ὁμωνύμου. quemadmodum Libanius, de eodem Imperatoris avunculo cogitans, τοῦ θείου τε καὶ ὁμωνύμου scripsit in Epistola ad Celsum. — Lectionem adoptavi Spanhemianam, quam a Nicephoro commendaverat Valesius ad Socratem, in quo congruenter cum anterioribus Juliani Editionibus aucta et trajecta sunt verba hoc modo: διὰ τὸν πάππον τὸν ἐμὸν καὶ τὸν θεῖον ὁμώνυμον. quo corruptius adhuc in codice meo Socratico legitur: διὰ τὸν πάππον τὸν ἐμὸν καὶ ὁμώνυμον ἦρξε etc. Emendatam lectionem egregie firmat Sozomenus, cui profecto locus noster ante oculos erat scribenti lib. V. c. VII: τὴν τιμωρίαν συνεχώρησεν, αἰδοῖ, φησὶ, τῇ πρὸς Σάραπιν τῶν αὐτῶν πολιοῦχον, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν οἰκιστὴν, καὶ Ἰουλιανὸν τὸν αὐτοῦ θεῖον, ὃς πρὸ τούτου Αἰγύπτου καὶ τῆς Ἀλεξανδρείας ἐκείνης ἦρξεν. Julianus tamen de Alexandro nihil memoravit praeter Epistolae initium, ubi vero diversa est ratio.

L. 5. οὔποτε ἂν δήμου περιίδοιεν τόλμημα] Commodam hanc lectionem induxit Spanhemius, operarum tamen lapsu περίδοιεν exhibens. Antea vulgabatur in Juliano ἴδοιεν, quo

pravius adhuc *ἰδεῖν* in Socrate legitur manuscripto pariter typis expresso. Cujus quidem editor Valesius meliorem scripturam in Notis proposuit, consarcinatam ex *ἴδοιεν*, quod apud Julianum occurrebat, et ex *περιΐδεῖν*, quod in duobus Socratis codicibus et apud Nicephorum invenerat. Tu apud *Nostrum* *περιΐδοιμι* habes Ep. IX. p. 12.

L. 5 *sq.* *μὴ οὐ καθάπερ νόσημα χαλεπὸν πικροτέρῳ διακαθάραι φαρμάκῳ.*] Codex meus *οὐ* praetermittit. — Ad sententiam conferri licet verba haec Ciceronis De offic. I, 2 *Consuetudo imitanda medicorum est, qui leviter aegrotantes leniter curant; gravioribus autem morbis periculosas curationes et ancipites adhibere coguntur.*

L. 8. *εὖ οἶδα ὅτι*] Sic Edd. Juliani, quum in Socrate scriptum vulgatumque sit *εὖ οἶδ' ὅτι*. Utriusque scripturae multa *Noster* exempla praebet, v. c. prioris, Oratt. I. p. 23, A. IV. p. 132, A. VI. p. 188, C; alterius, Ep. LXIII. p. 133. Orat. VIII. p. 251, D. Fragm. p. 295, B. Quae licet futilia sint, occasionem tamen dederunt, ut scripturae vitio commoverer, quod Julianum inquinat Misopog. p. 362, D. Ibi scilicet post *εὖ οἶδα* suppressum *ὅτι* diversam utique postulat lectionem a vulgata hac: *εὖ οἶδα πολλοὺς ὑμῶν πλεῖστα εἰς τὰ δεῖπνα τοῦ Μαϊουμᾶ χρήματα ἀπολέσαντες.* Vel sine tribus, quos contuli, codicibus *ἀπολέσαντας* scribendum esse minime dubitarem.

L. 8 *sq.* *εἴπερ ἐστὶ*] Sic recte in Juliani Edd. Sed apud Socratem pro *εἴπερ* codex meus tenet *ἤπερ*, quo non minus vitiose vulgatur *ἤπερ*. Valesius tamen in Notis veram proposuit scripturam ex Juliano ac Nicephoro.

L. 9 *sq.* *καὶ ταυτὶ ἔτι τῆς εὐγενείας*] Gravi errore ante Spanhemium vulgabatur *ἐπεὶ* pro *ἔτι*, quod in *ἐπὶ* depravatum est in Socrate manuscripto pariter ac edito. Correctionem in Notis ad Socratem commendaverat Valesius, jure miratus, id ab interpretibus non animadversum fuisse. Ad loci nostri sententiam observari potest, ejusmodi blanitidas aliis locis in Athenienses conferri. De quibus verba sunt Juliani Misopog. p. 348, C: *διασώζουσιν εἰκόνα τῆς παλαιᾶς ἐν τοῖς ἤθεσιν ἀρετῆς.* Ad S. P. Q. Athen. p. 269, D: *σώζεται δὲ ἐξ ἐκείνου καὶ εἰς ὑμᾶς ἔτι τῆς τῶν προγόνων ἀρετῆς ὥςπερ ἐμπύρευμά τι σμικρόν.*

L. 12. Προτεθήτω δὲ τοῖς ἐμοῖς πολίταις Ἀλεξανδρεῦσιν.] ne Spanhemius dedit Προτεθήτω, quod in Socrate Valesius e cephoro commendaverat. Consentit locus Juliani Ep. LI. extr. lgabatur autem ante Spanhemium Προστεθήτω, sicut etiam codice scriptum inveni. Quare non mirum est, Interpretem urde sic posuisse: *addo etiam, quia mei Alexandrini cives* s. Magis coecutivit Spanhemius, qui, adoptata meliori scri-ra, hunc in modum vertit: *Proponatur autem, quia mei xandrini cives estis.* Adposite Suidas Προθέματα explicat per γραφὰς, i. e. *tabellas publice propositas:* memoratque Grego-s Nazianzenus Adv. Julian. Orat. III. p. 86, D. (ed. Bill.) στάγματα δημοσίᾳ προτιθέμενα. Valesius ad hunc in Socrate im perhibet, se in Adnotationibus Eusebianis multa de clau-illa observasse, quae Imperatorum edictis adponi solebat. — Particula δὲ, quam omnes tenent Juliani Edd., vulgo quidem, nec incommode, in Socrate deest; eam tamen agnoscit codex Socraticus meus.

(Interpr. gall. p. 440.)

EPISTOLA XI.

Haec extat in meo codice A. nec non in Anglicano, quem inferiori Nota Petavius laudavit p. 214.

L. 15. Ἰουλιανὸς Βυζαντίοις.] Libri nihil variant. Nusquam tamen alibi nomen Βυζάντιον ab Juliano exprimitur, qui passim Κωνσταντίνου πόλιν adpellat, v. c. Epp. LVIII. post init. LXX. fin. Baronius in Annal. Eccl. ad annum 362. cap. 44., ubi latine hoc epistolium adfertur, praeter necessitatem, opinor, arbitratus est, in odium Constantini civitatem illam veteri potius nomine, quam Constantinopolim vocari.

De argumento hujusce scripti talia praemonere juvat. Byzantium a Constantino Magno senatum acceperat, ut e Libanio discitur Orat. ad Theodosium De seditione (T. I. p. 633. ed. Reiske), ubi occurrit: τόν τε ἀντιθέντα τῇ Ῥωμαίων βουλῇ τὴν τέαν, etc. quocum congruit Auctor incertus Excerptorum in calce Ammiani Marcellini obviorum §. 30. Sed propter collationum et praestationum onera, quae muneri decurionum injuncta erant, plerique tunc temporis defugiebant in senatum referri;

unde gratum omnino civitatibus fieri debebat, quando cogebantur locupletiores quique munus illud sustinere. Julianus Misopog. p. 367, D. inter beneficia Antiochensibus ab ipso collata praedicat, se illorum in senatum ducentos allegisse, nulli parcentem. Quod beneficium Zosimus lib. III. c. XI. §. 10. tanquam insigne quoddam memorat adjiciens: *ὅπερ ὀλίγαις δεδόμενον ἔγνωμεν πόλεσιν.* Quantum senatoriis functionibus cives repugnarint, adparet etiam ex Ammiano Marcellino lib. XXII. c. IX. §. 8. ubi quosdam legimus apud Julianum conquestos esse, *consortiis se curiarum addictos injuste.* Hunc porro Imperatorem ad curias augendas nimis propensum fuisse scriptor idem notavit lib. XXV. c. IV. §. 21.

L. 16. *Τοὺς βουλευτὰς πάντας ὑμῖν ἀποδεδώκαμεν*] Nisi temere pro fragmento has litteras habeamus, certe Perfecto vim tribui Praesentis oportebit, quemadmodum in Epistolis Latini scribere solent. Passim a scriptoribus Praeteritum pro Praesenti positum esse, vel e Vigero constat De Idiot. p. 208. (ed. Zeune), cujus exemplis adde Isocratem Ad Demon. post init., ubi est: *ἀπέσταλκά σοι τόνδε τὸν λόγον.* Julianus nisi Perfectum, Aoristum tamen ita frequentat, e. g. Epp. XXII. p. 30 sq.: *ἀπεστείλαμεν, ἐγκατελέξαμεν.* XXXIX. p. 70: *ἐπέτρεψα.* Cum sententia nostra convenit Baronii l. c. versio hujusmodi: *Senatores omnes vobis reddimus.*

L. 16 *sq. καὶ τοὺς πατροβούλους*] Scripturam *πατροβούλους*, quam e certa conjectura commendaverat Du Cange in Glossario graeco h. v., merito Spanhemius adoptavit. Prope ad illam accedit codex meus vitiose scribens *πατροβόλους*, quod praeter Martinii Varr. Lectt. etiam Petavii margo repraesentat et Anglicanus codex in proxima Petavii nota laudatus p. 214. In Editionibus autem Spanhemiana prioribus inepte vulgabatur *πατροκόλους*, quo non intellecto Martinius in margine hujusmodi notulam posuit: *Patrocoli qui sint, incertum est: nisi forte Imperator de curialibus loqui videtur, iisque qui curiis addicti sunt, de quibus mentio est in Codice Theodosii et Justiniani; ut dicatur πατρόκολλοι quasi paterna stirpe curiae agglutinati. Sic nempe vulgi lingua πρωτόκολλον dicitur, etiam gallice.* Vides, quam imprudenter in unam confuderit scribendi rationem duplicem, quarum altera simplicem, altera duplicatam λ agnoscit. Sed

quantumvis incommoda sit Martinii conjectura, facem tamen Baronio praeferre poterat, ne l. c. *Patroclos* inepte poneret. Penes eruditos erit judicium de periculo, quo sequens Editor, omissa Martinii notula, πατροβώλους non quidem scripsit, sed scribendum esse conjecit. Quam opinionem tali commentatione exposuit:

« Senatorum praedia, quae glebas Jurisconsulti vocant, descriptionibus et collationibus erant obnoxia. Cujus instituti auctor Constantinus Magnus, ut refert Zosimus lib. II. [cap. XXXVIII. §. 9. ed. Reitemeier.], qui et tributi genus illud *follem* vocatum esse scribit. Propterea Senatores possessiones suas profiteri jubebantur; ac si quis aliquid occultasset, id ipsum fisco vindicabatur. Leg. II. Cod. *Si quis Senatorium.* Ac qui multas possessiones habebant, ii folles duos praestabant, si ad Consularem dignitatem aut sublimiorem potestatem provecti essent, Leg. eadem. Postea ad VII. solidos pauperiorum redacta praestatio est: de qua re vide, quae in Epiphanianis Animadvv. observavimus pag. 432 et 433. Porro tributum illud, quod praediis imponebatur, *aurum glebale* dicebatur, ut et possessio ipsa, *gleba Senatoria;* quam pensitationis onus sequebatur. Lib. VI. Cod. Theodosiani Tit. II, Leg. X: *Glebam possessionum, non personarum esse perspicimus; ac propterea necesse est, ut illis immineat exactio, qui ex eadem re reditus consequuntur.* Quare tametsi possessiones alienarentur, ad quoscunque translatae essent, nihilominus fisco erant obnoxiae. Synesius Epist. XXXVIII. Herodem cognatum suum Aureliano commendans, ὅστις, inquit, *ἐκ προγόνων λαμπρότατος ὢν καὶ τὴν πατρῴαν βῶλον ὑποτελῆ τῇ συγκλήτῳ διαδεξάμενος, ἐπειδὴ γέγονεν ἡγεμὼν, ἀξιοῦται συντελεῖν, ὥςπερ οἱ νεόβουλοι, καὶ γενέσθαι διπλοῦς λειτουργὸς, τὸ μέν τι διὰ τὴν οὐσίαν, τὸ δὲ, δι' ἣν ἦρξεν ἀρχήν. Qui clarissimis ortus majoribus, postquam in paternam glebam Senatui obnoxiam successit ac deinde Dux factus est, in eundem, in quem novi Senatores, collationis modum includitur, ut duplici praestatione fungatur; altera praestationis nomine; altera propter eum, quem gessit magistratum.* Πατρῴαν βῶλον nominat glebam paternam, quam Senatui obnoxiam fuisse dicit, quod Senatoria collatione teneretur. Ex quo hic apud Julianum nostrum legendum conjecimus πατροβώλους pro πατροκόλους. Haec enim

vox nihili est; quae tamen hactenus viros eruditos admodum torsit et in absurdas divinationes opinionesque distraxit. At πατρόβωλοι sunt qui πατρῴαν βῶλον ὑποτελῆ nacti sunt, ut loquitur Synesius. Eam nobis conjecturam affirmavit Anglicani codicis lectio, quae πατροβόλους habebat: sed πατροβώλους omnino legendum est. Julianus ergo Senatores omnes nec non eos, qui obnoxiam glebam possidebant ac senatorium ordinem ideo defugerant, a se retractos ait, et ad legitimae pensitationis onera compulsos; iis exceptis, qui in urbe primaria militaverant. Nam et functos publico aliquo magistratu ab ista necessitate liberatos indicat Lex II. Tit. II. lib. VI. Cod. Theod.; nempe, *quos Palatinae honore militiae et stipendiis approbatos debita potius, quam postulata senatorii ordinis societas advocaverit.* Sed haec Juliani tempore posteriora sunt: ad quod potius spectat L. II. Cod. Theod. de Honorariis Codicillis; qua Constantius mulctari jussit eos, qui *fugientes obsequia Curiarum, umbras et nomina affectaverint dignitatum.* Unde constat ab senatoriis oneribus immunes fuisse, qui revera splendidam illam militiam obierant. Quin etiam Julianus idem Epistola XXV. [nunc LXIV.] medicinae Professores, qui emeriti in senatorium ordinem adscripti fuerant, a senatoriis functionibus liberat.» Haec Petavius.

L. 17. εἴ τε τῇ Γαλιλαίων ἑαυτοὺς ἔδοσαν θρησκείᾳ] Articulus τῶν ante Γαλιλαίων inseri debuit e codice meo. Pro θρησκείᾳ codex tenet δεισιδαιμονίᾳ, quo quidem vocabulo religio christiana passim a *Nostro* designatur, e. g. Epp. LI. p. 97. LVIII. p. 110. Sed nostro loco non tam fides christiana, quam externus Dei cultus intelligi videtur; ita ut significentur, qui muneribus ecclesiasticis fungebantur. Constat enim, fuisse christianis Clericis certa quaedam privilegia ab Juliani antecessoribus concessa, quae ab isto sunt abrogata. Vid. Sozomenus V, 5. ubi diserte: Κληρικοὺς — — τοῖς βουλευτηρίοις ἀπέδωκε. Itaque non defuisse videtur, qui Clericorum ordini se addixerant, ut immunitate fruerentur. Eos omnes muneri Senatorio restituit Julianus.

Pag. 17. *L.* 2. ἐν τῇ μητροπόλει] Utrum Roma, an Constantinopolis, an juxta Bleterium utraque simul intelligatur, non penitus liquet, quoniam tunc temporis duabus urbibus eadem fere erat auctoritas, Byzantium licet sedes esset Principis. Alibi nusquam illud vocabulum usurpavit *Noster;* qui tum, ubi ambas

illas urbes memorat Orat. I. p. 5, B. D., periphrasi utitur ita, ut altera dicatur ἡ βασιλεύουσα τῶν ἁπάντων πόλις (quemadmodum et apud Eunapium in Prohaeresio βασιλεύουσα Ῥώμη dicitur); altera ἡ ἐπὶ τῷ Βοσπόρῳ πόλις, ὅλον τοῦ γένους τοῦ τῶν Κωνσταντίων ἐπώνυμος. quam rursus periphrastice τὴν ἐπώνυμον πόλιν τοῦ γενναίου βασιλέως appellavit Ep. XLVI. p. 86. Maxime tamen, si quid video, ad Romam ducimur. Ei enim primas partes, Constantinopoli vero secundas decernit Julianus Orat. I. p. 8, C. quem ad locum Spanhemius (T. II. p. 75.) inter alia, quibus auctoris probare conatur sententias, hoc quoque notavit, Romam appellari μητρόπολις apud Themistium Oratt. XVIII. p. 222. XXIII. p. 298. Nec a stylo Juliani, qui puram veterum dictionem sequi amat, alienum esse puto, vocem illam genuino sensu valere, quem ita declaravit Suidas: Μητροπόλεις· ὅσαι πόλεις ἀποικίας ἔστειλαν.

(Interpr. gall. p. 502.)

EPISTOLA XII.

Haec extat in meis codicibus DJ.

L. 5. Βασιλείῳ.] Ad illustrem ejus nominis Caesareae Cappadociae episcopum, qui cognomento Magni solet ornari, datas esse has litteras a nonnullis est creditum; e. g. Baronio in Annal. eccles. ad annum 362. cap. 1. (T. IV. p. 10. ed. Antverp.), qui easdem latine attulit ostensurus, non solum Gentiles, sed etiam Christianos ab Juliano vocatos esse. Porro meorum codicum unus inscribit τῷ μεγάλῳ βασιλείῳ, alter τῷ μεγάλῳ βασιλίῳ quam quidem scribendi rationem nominis proprii damnat Suidas voc. Βασίλειος. Et vulgatae sunt hae litterae inter Sancti Patris illius Opera sub hoc titulo: *Ep. XXXIX. aliàs CCVI.* Ἰουλιανὸς Βασιλείῳ. (Tom. III. p. 122. edit. Benedict. e congreg. S. Mauri). Recte tamen ab Editoribus ibi monetur, *non ad Basilium* (scilicet eum, cujus scripta ipsi ediderunt) *datam esse hanc epistolam, sed ad hominem aulae vitia hactenus*, i. e. sub Imperatore, quem prae se spernebat Julianus, *expertum* (conf. Epistolae lineam 10.), *quod de Basilio Magno neutiquam dici possit.* Bleterius etiam (*Vie de Julien* l. IV. p. 224.) opinioni superstitiosae fidem negat, adfirmans nomen Basilii haud rarum fuisse per illam aetatem.

Alia quaedam circumfertur Juliani ad *Basilium* (puta *Magnum*) epistola, quam quidem supposititiam esse suo loco declaravi. Hanc vero nostram nihil suadet, ut spuriam esse putemus; ea enim inter Juliani epistolas nunquam non est relata, et cum aliis ejus auctoris tam in argumento, quam in dicendi quibusdam formulis congruit. Sic ad instar locutionis ἔργοις αὐτὸ δεῖξον (Lin. 5.), occurrit Orat. I. p. 39, B: τοῖς ἔργοις δεῖξας. Ad S. P. Q. Athen. p. 275, B: ἔργοις ἐπέδειξεν. Misopog. p. 342, B: ἔργοις ἐνδείκνυσθαι. Non minus familiaris est *Nostro* formula ὡς ἐμαυτὸν πείθω (Lin. 7.): v. c. Epp. XXVII. p. 48., XXX. p. 52. LIX. fin. Orat. VII. p. 238, A. Misopog. p. 338, A. 347, A. 365, B. — Caeterum ex initio adparet, antehac Basilium, quem alioquin ignotum esse cum Interprete gallico censeo, litteras ad *Nostrum* dedisse, quibus fortasse brevi venturum sese nunciaverat.

L. 6. Οὐ πόλεμον ἀγγέλλεις.] Cod. D. ἀγγέλεις. — Extat hoc proverbium apud Apostolium Cent. XV, 49. ubi praeter haec verba: ἐπὶ τῶν τὰ ἀγαθὰ ἀγγελλόντων adponitur nihil. Praeterea sic occurrit expressum: Οὐχὶ γὰρ ἀγγέλλεις πόλεμον inter Proverbia Metrica vs. 353. ubi Platonem simpliciter ac Julianum, indicio locorum neglecto, citavit Editor. Erasmus autem in Adagiis tit. *Haud annuncias bellum* p. 1372. tam hunc Juliani locum designavit, quam Platonis geminum in Phaedro et de Legibus III.

L. 7. ἐγὼ δὲ προσθεῖην ἐκ τῆς κωμῳδίας] Scilicet Aristophanis Plut. vs. 268. (T. I. p. 26. ed. Inverniz.), ubi chorus ita loquitur ad eum, qui Pluti adventum nunciaverat: ὦ χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν, πῶς φῄς; Quem ad locum ab Hemsterhusio notata est allusio *Nostri* (Commentt. ed. Beck. Vol. I. p. 142.) Bene Fischerus ibidem monuit: χρυσὸς ἐπῶν *sunt aurea, h. e. praestantissima, gratissima verba; et* χρυσὸν ἀγγείλας ἐπῶν *est, qui attulit nuntium exoptatissimum; nuntius optimus.* Rursus ἐκ τῆς κωμῳδίας Julianus Orat. VII. init. sententiam attulit hujusmodi: Πολλὰ γίνεται ἐν μακρῷ χρόνῳ. cujus indicabo sedem in Sophocle Philoct. vs. 309. (ed. Brunck.)

L. 7 *sq.* Ἴθι οὖν, ἔργοις αὐτὸ δεῖξον] Corrupte cod. D: ἴθ' οὖν ἔργοις ἦν τὸ δεῖξον.

L. 8 *sq.* *ἀφίξῃ γὰρ φίλος παρὰ φίλον*] Postremo loco codices mei *φίλῳ* scribunt. Sed praestat vulgata scriptura. Sic Plato in Menex. p. 247, C. (T. V. p. 301. ed. Bipont.): *φίλοι παρὰ φίλους ἡμᾶς ἀφίξεσθε.* et ipse Julianus Ep. XLVIII. p. 89: *φίλῳ παρὰ φίλον πεμπομένῃ.* — Statim codex D. vitiose tenet *περὶ τῷ πράγματι.*

L. 10. *τοῖς μὴ πάρεργον αὐτὸ ποιοῦσιν*] Particula negativa, quam ex Ed. Ald. meisque codd. adjeci, adeo necessaria est, ut mirum sit, eam ad marginem fuisse relegatam. Videlicet in ora Ed. Petav. notatum est: « *γρ. μὴ παρ.* », quod si explicaveris compendium scripturae, legendum erit *μὴ πάρεργον.* Perperam igitur Spanhemius, ubi pro more Petavianam notulam repetebat, in suo margine posuit: « *γρ. μὴ παρέργως.* » Julianus concedit, reipublicae curam *iis, qui strenue eam gerunt,* non sine molestia esse: ne autem tali consideratione impediretur amicus, quo minus eum inviseret, statim addit, socios se habere praestantissimos viros, qui requiescendi copiam ipsi facerent; neque igitur verendum esse, ne hospitis praesentia negligeretur administratio reipublicae: quem metum per litteras significasse videtur Basilius. Verbis nostris in sequenti versu opponuntur *οἱ δὲ τῆς ἐπιμελείας κοινωνοῦντες.* quae male vertebantur: *at qui diligentia et industria utuntur.* Potius valent: *at qui administrationis reipublicae participes sunt,* h. e. *qui me in administranda republica juvant.* Conf. Pollux voc. Ἐπιμελητής. — Caeterum is locus editores exercuit Basilii propter absentiam particulae *μή.* Combefisius nempe legendum putaverat *τοῖς προύργου αὐτὸ ποιοῦσιν, his, qui rem operae pretium faciunt, primasque in ea curas ponunt.* Quae sententia merito displicuit Editori sequenti, quoniam is non fuerit Julianus, qui rem publicam serio a se geri negaret. Tum ipse hanc proposuit explicationem: *Declarat Julianus, reipublicae administrationem importunum quidpiam videri his, qui perfunctorie id agunt; si quis autem in hoc opus, ut par est, incumbat, nec negotia relaxationi cum amicis locum praecludere, nec relaxationem reipublicae administrationi nocere.*

Ibid. *ἐπαχθὴς*] Vitiose *ἐπηχθὴν* in codice D.

L. 12 *πάντως ἱκανοὶ πρὸς πάντα.*] Pro *πάντως* in codicibus meis legitur *πάντες.* quod aeque commodum. Nihil mutavi, quum frequens sit istorum confusio, cujus jam occurrebat

μένοις. Scribam enim e codice meo λεγομένης, i. e. *absque demonstratione verbis enunciata.* Vicissim η in οι mutandum videtur isto loco Caes. p. 315, C: ἀπῆλθεν οὐκ οἶδα ὅπη γῆς. Sex certe codices mei scribunt ὅποι.

Ibid. ὑφ' ἡμῶν πεμπόμενος] Edd. ὑμῶν. quod a Spanhemio servatum miror, quum vel tacentibus codicibus ἡμῶν scriptum oportuisse adpareat. Idem mendum jam sustuli Epp. I. p. 4. med. XXVII. p. 45. LI. p. 94. restatque in Juliano ὑμῶν corrigendum in ἡμῶν Ad S. P. Q. Athen. p. 281, B. Et vice versa ἡμῖν in ὑμῖν transeat Orat. III. p. 115, C. ἡμεῖς in ὑμεῖς Orat. IV. p. 147, A. ἡμέτερα in ὑμέτερα Misopog. p. 361, B.

Ibid. ὡς προσῆκόν ἐστι,] Male cod. D: ὥςπερ ὡς π. ἐ. (Interpr. gall. p. 415.)

EPISTOLA XIII.

Haec extat in meo codice A. Scripta esse videtur vel adhuc vivo vel recens defuncto Constantio. Julianus nimirum ab exercitu Imperator Augustus salutatus, adversus Constantium profectus erat, qui ante commissam pugnam mortem obiit. Itaque ne propter illam expeditionem avunculi reprehensionem incurreret, has dedit litteras, quibus utcunque conatum suum ab invidia liberaret. Hic igitur ad regundum unius viri judicium idem agit, quod in publicam gratiam perfecit illa prolixiori Epistola seu Oratione, quae *Ad S. P. Q. Atheniensem* inscripta legitur inter Opera p. 268—287.

Pag. 19. *L.* 4. Ἰουλιανῷ θείῳ.] Quem olim Aegypti Praefectum fuisse discimus Ep. X. p. 16. sup. Frater erat Basilinae, matris Juliani Imperatoris. Praecipuas illius res e veteribus scriptoribus exposuit Bleterius in *Vie de Julien;* cujus Indicem adire velis.

L. 5. Τρίτης ὥρας νυκτὸς] Pariter Epistolam XLVI. noctu scriptam esse locus ipsius extremus docet. Itaque fides accedit Ammiano Marcellino l. XVI. c. V. §. 4. ubi narratur, Imperatorem hunc noctes ad officia divisisse tripertita, quietis, et publicae rei, et *musarum.* Alia praeterea *Nostri* scripta vigiliis deberi traditur. Nimirum Orationem IV. tribus maxime noctibus elucubratam esse declarat auctor p. 157, B. tum Orationem V.

exigua noctis parte pertextam dicit p. 178, D: quod quidem dictum mendacii simillimum unicuique videbitur, qui sive longitudinem, sive interiorem illius operis indolem noverit, quae reconditae Gentilium Theologiae ostentationem sane operosam prodit. Scio tamen, eandem fere rem adfirmari a Libanio Orat. X. (Tom. II. p. 300, A. ed. Morell.), qui adeo noctem unam singulis impensam fuisse vult Orationibus V. VI.

Ibid. *τὸν ὑπογράφοντα*] Verbum *ὑπογράφειν* hoc loco non simpliciter *scribere* significat, sed *sub dictamine* alicujus *scribere, dictata excipere.* Quem verbi usum adnotare non neglexit H. Stephanus in Thesauro.

L. 8. *παθεῖν ἢ δράσαι τὰ ἀνήκεστα*] Quid intelligatur verbis *δράσαι τὰ ἀνήκεστα* modo declaratur, nempe Constantii interfectio. Generatim summum malum sive facias, sive patiaris, *τὰ ἀνήκεστα* vel *τὸ ἀνήκεστον* dici solet. Vim locutionis aperuit Julianus Ep. LIX. p. 112. ubi est: *τὸ παθεῖν, φασι, τὰ ἀνήκεστα, τὸ ζῆν προέσθαι.* Plutarchus De sera Num. vind. p. 120. (ed. Wyttenb.) corruptissimos mores *τὸ ἀνήκεστον* appellat.

L. 8 *sq.* *Μάρτυς δὲ ὁ Ἥλιος — — καὶ ὁ βασιλεὺς Ζεύς*] Quod Solem *inprimis* implorasse se dicit Julianus, praecipuam ejus erga Solem ostendit venerationem, quae vel ex Oratione IV. *Εἰς τὸν βασιλέα Ἥλιον* inscripta satis constat, ubi diserte profitetur p. 130, B: *εἰμὶ γὰρ τοῦ βασιλέως ὀπαδὸς Ἡλίου.* quae verba haud indicata sede Politus adposuit ad Eustathium T. I. p. 81. Conjunctim Jovem et Solem testari amat *Noster*, v. c. Ep. XXXVIII. p. 68. Ad S. P. Q. Athen. p. 284, B.

L. 11. *ἐπειδή μοι οἱ θεοὶ διαῤῥήδην ἐκέλευσαν*] Vocem *ἐπειδάν*, quae temere in Ed. Spanh. irrepsit, non modo constructio orationis, sed et ipsa sententia respuit. Error haud dubie venit inde, quod non intellexit typotheta scripturae compendium in Ed. Petav. obvium. Similem abstersi maculam Ep. XVII. p. 23. Ad eandem normam emendandus est locus Ad S. P. Q. Athen. p. 272, A. Docte de utriusque vocabuli permutatione solemni tractarunt Bastius in Gregorio Corinth. p. 808. Boissonade ad Philostrat. Her. p. 329.

L. 14. *ὤμην φοβῆσαι μόνον,*] Petavius in margine conjecit: «*lσ. φόβήσειν.*» Interea libri minime variant; nec quidquam.

opus videtur mutatu. — Proxime pro ἥξειν apud Petavium perperam ἤξιν exaratum est.

L. 15. ἅπαντα] Ed. Spanh. τὰ πάντα.

L. 16. φιλανθρωπίᾳ] Vitiose φιλανθρωπείᾳ scribitur in Ed. Mart.

(Interpr. gall. p. 399.)

EPISTOLA XIV.

Haec extat in meis codicibus ADJMN. et Monacensi, quibus accedit Barocciannus cum Vossiano.

Pag. 20. *L.* 3. Ἰουλιανὸς Λιβανίῳ.] Sic Edd. omnes cum codicibus DJMN. et Mon. Additur in Barocciano Κοναίστωρι, et in Vossiano Σοφιστῇ καὶ Κοναίστωρι, quorum postremum nomen mere depravatum est e Κοναίστωρι. Cod. A. cum Vossiano consentit, nisi quod Κοαίστωρι tenet. Nolui dignitatis vocabula recipere, quae praeter inscriptionem Epistolae XXVII. nusquam Libanii nomini consociantur. Conf. Obss. ad Ep. II. tit. p. 173.

L. 4. Ἀνέγνων χθὲς τὸν λόγον] Si fides habenda codici M., intelligenda est Libanii Oratio pro Aristophane Corinthio, quam utique magnis laudibus extollit *Noster* Ep. LXXVI. In eo scilicet codice haec nostra Epistola cum illa arctissime cohaeret adeo, ut, nulla interposita nova inscriptione, tanquam ejusdem clausula repraesentetur. Quae si placuerit conjunctio, cui minime quidem sensus repugnat, tum praesens epistola censebitur additamentum, postridie quam illa LXXVI. scripta fuerit, eidem subjectum.

Baronius quidem in Annalibus Ecclesiasticis ad annum 362. cap. 16. (Tom. IV. p. 14, A. edit. Antverp.) has litterulas adferens existimavit, illam fortasse spectari Orationem in ipsius Juliani laudem conscriptam, cujus meminit Suidas. Sed in politi judicii viro, qualis fuit Julianus, nimia foret stoliditas, si ipsius elogio tam aperte applausisset.

L. 5. πρὶν ἀναπαύσασθαι] Particula πρὶν indicare videtur, de levi somnio agi, post prandium capi solito; quemadmodum Suidas Ἀναπαύσασθαι reddit: τὸ κατακλίνεσθαι ὡς πρὸς ὕπνον. Obiter adnotemus, ab eo verbo derivatum nomen immerito nobis extare videri apud Julianum Caesar. init., ubi est: ἀνάπαυσιν

τῶν φροντίδων. Certe praeter codicem Vossianum a me collati quinque codices exhibent *ἀπαλλαγὴν τῶν φροντίδων.* quam locutionem non paucis probarem exemplis auctorum.

Ibid. τὸ λοιπὸν προσαπέδωκα τῆς ἀναγνώσεως.] Codex M. cum Baroc. et Voss. scribit *τῇ ἀναγνώσει.* Reliqui libri omnes vulgatam tuentur lectionem, cujus ad instar apud Julianum occurrit Orat. II. p. 59, C: *ἀποδοτέον τὸ τέλος τῆς μάχης,* i. e. *enarrandus, absolvendus est* finis pugnae. Significatio, quae talibus obtinet locis, profecta videtur a propria vi *reddendi,* qua is qui institutam orationem sive lectionem absolvit, quasi debitum audientibus vel sibi ipsi exsolvere putatur.

L. 6. *Μακάριος εἶ λέγειν οὕτω*] *Μακάριος* de Diis proprie usurpatur, at apud Platonem de hominibus quoque divina scientia praeditis, ideoque ad divinam conditionem proxime accedentibus, docente Creuzero ad Plotinum De Pulcr. p. 326. De dicendi facultate quemadmodum *Noster,* ita Plato vocabulum illud adhibet Menex. T. V. p. 305. (ed. Bipont.), ubi verba sunt: *μακαρίαν λέγεις τὴν Ἀσπασίαν, εἰ γυνὴ οὖσα τοιούτους λόγους οἷα τ' ἐστὶ συντίθεναι.* E Platonis Critone haec refert Julianus Orat. VI. p. 188, D: *ἀλλὰ τί ἡμῖν, ὦ μακάριε Κρίτων, οὕτω τῆς τῶν πολλῶν δόξης μέλει;* quae verba leguntur in cap. 3. p. 73. ed. Biester. — Caeterum in codice N. perperam est *λέγων,* et in codice M: λέγῶν (sic).

Ibid. μᾶλλον δὲ φρονεῖν οὕτω] Omittit haec verba codex Mon.

L. 7. *ὦ λόγος*] Cod. N: *ὦ λόγοι.* Tam hoc, quam sequentibus locis omnes Edd. *ὦ* scribunt. Recte circumflexum agnoscunt codd. DMN.

Ibid. ὦ σύνεσις] Id propter vicinum *ὦ φρένες* satis frigidum videri poterit. Nolui tamen cum codicibus DJM. scribere *ὦ σύνδεσις,* quippe cui synonimum est illud *ὦ συνδήκη* in fine obvium.

Ibid. ὦ ἐπιχειρήματα] Codd. AN: *ὦ ἐπιχείρημα.* Cod. Mon.: *ὦ διηγήματα.*

L. 8. *ὦ τάξις*] Codices DJ: *ὦ τάξεις.*

Ibid. ὦ λέξις] Hoc omittitur in codice N. Plurali numero *λέξεις* scribunt codices JM. In toto hoc loco, quo constans est codicum in exhibendis numeris variatio, vulgatam lectionem servavi, quae suis auctoritatibus non caret.

Caeterum in argumento simili haud absimiliter eidem Libanio scripsit Basilius Magnus Opp. T. III. p. 461. (ed. Benedict. e congr. S. Mauri): *Ἀνέγνων τὸν λόγον, σοφώτατε, καὶ ὑπερτιθαύμακα. Ὦ μοῦσαι καὶ λόγοι καὶ Ἀθῆναι, οἷα τοῖς ἐρασταῖς δωρεῖσθε! ὦ πηγῆς πολυχεύμονος* — quibus responderi conjicio ad Libanii Epistolam 1598.

EPISTOLA XV.

Haec extat in codicibus ADGJM. et Mon.

L. 11. *Ἰουλιανὸς Μαξίμῳ φιλοσόφῳ.*] Auctoris nomen, ut passim fit, omittitur in codicibus DGJM. et Mon. Maximus ille, qui passim Ephesius cognominatur, tam aliunde quam ex Eunapio notus est, qui Vitam ejus conscripsit. In Juliani rebus insignis est Maximi hujus celebritas, ut qui potissimum a christiana religione ad gentilitiam superstitionem illum traduxisse fertur: cujus quidem famae laudantur auctores apud Fabricium Luce Salut. Evang. cap. XIV. p. 295. ubi de apostasia Juliani ex instituto agitur. Istum in philosophia sui magistrum quanti fecerit Julianus, non minus Epistolae produnt ad eundem datae, quam diversi aetatis illius scriptores; e quibus commodam de hoc philosopho notitiam concinnavit Bleterius in *Vie de Julien*, cujus Index ostendet loca. Restat, ut lectorem contra errorem Suidae praemuniam voc. *Μάξιμος*, ubi Maximus philosophus memoratur, qui Epirota seu Byzantius fuerit, quo doctore usus sit Julianus. Haec autem auctoritati Socratis contraria sunt, qui lib. III. c. 1. testatur, a Maximo Ephesio Julianum philosophiae rudimenta percepisse, simulque Byzantium Maximum ab altero distinguit. Quare falsum esse Suidam olim jam visum est Valesio in Adnott. ad Ammianum Marcellinum lib. XXIX. cap. I. §. 42. Spanhemio Praef. ad Juliani Opera p. X. ubi de hujus Imperatoris institutoribus docte disseritur. Insignioris adhuc lapsus occasionem in hoc nomine cepit Morellus, qui ad marginem Libanii T. II. p. 175. Maximum nostrum fecit eundem cum Maximo Tyrio philosopho; quem *ἀναχρονισμὸν* ducentorum fere annorum praeter Spanhemium l. c. Davisius refellit in Praef. ad Maximum Tyrium p. VI.

L. 12. *Ἀλέξανδρον μὲν τὸν Μακεδόνα*] Talia Plutarchus narrat in Vita Alex. p. 668, C. ubi dicitur Alexander: *τὴν Ἰλιάδα*

τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον νομίζων. tum: εἶχεν δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον. Quocum conveniunt Curtius Suppl. in lib. I. c. 4. Dio Chrysostomus Orat. IV. p. 65, C. Eustathius in Prooem. p. 1. — Caeterum Alexandri morem non minus, quam Plutarchi stylum imitatus est Julianus, ut prodit ex Orat. III. p. 124, B. ubi ratione veterum scriptorum ait: ἀλλὰ καὶ στρατευομένῳ μοι ἔν γέ τοι πάντως ἕπεται, οἷον ἐφόδιον τῆς στρατείας, πρὸς αὐτό που πάλαι ξυγκείμενον. Plutarchi lectionem haud insuetam *Nostro* fuisse colligitur ex Orat. VII. p. 227, A. Ep. X. p. 13. coll. Obss. p. 203.

L. 13. νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν] Olim νύκτα. Fide codicum DJM. scripsi νύκτωρ, unde jam locutionem habemus optimis auctoribus usitatam; cujus exempla congessit Cl. Boissonade ad Marinum p. 68 sq. Dicebatur etiam omissa praepositione νύκτωρ καὶ ἡμέραν, e. g. Julian. Fragm. p. 302, D. ubi codex vulgatam agnoscit lectionem. — Caeterum loco nostro solus codex J. scribit μεθημέραν, ut etiam duplici Mazaris inediti loco scriptum video, quem e codice vulgavit Boissonade l. c.

L. 14. τοῖς πολεμικοῖς ὁμιλῇ συνθήμασιν·] «Martinius *bellica signa*. Editores Epistolarum graecarum *bellicas res*. Nos *praecepta rei militaris* maluimus. Hesychius: Συνθήματα· μαθήματα, ποιήματα. Petav. — Commode sequens Editor in Versione recepit interpretationem, quam Petavius praeter Notas et in margine posuerat. Equidem exempla, quibus ille probaretur sensus, frustra quaesivi; sed orationis nexu ducor, ut illam significationem tuear, quam extremo loco declaravit Hesychius. Certo enim certius est, eandem verbis nostris esse subjectam notionem, quae superioribus inest illis Ὁμήρου ποιήμασιν. Et quum verbum συντιθέναι tam apud alios auctores, quam apud *Nostrum*, e. g. Orat. I. p. 2, B. *librum componere* valeat, quidni derivatum nomen σύνθημα *compositionem* vel *scriptum* significaret?

L. 15. Παιωνείοις] Codices DJ: παιωνίοις.

L. 1. ἐθέλεις ἡμῖν εἰκόνα] Deest ἡμῖν in codice M. Pag. 21.

L. 2. τὴν ἐν τοῖς γράμμασιν ὁμιλίαν προξενεῖν] Cod. G: τοῖς ἐν τοῖς γράμμασι προξενεῖν ὁμιλίαν. Aeque inverso ordine προξενεῖν ὁμιλίαν exhibet cod. Mon.

L. 2 *sq.* *γράφε, καὶ μὴ λῆγε συνεχῶς τοῦτο πράττων*] Extremo loco codex M. inepte tenet *γράφων*, et ex scholio, puto, adjicit *ἢ περιττῶς*. Prorsus eadem, quae descripsimus, verba habes Ep. XIX. fin. Nec absimiliter occurrit Ep. XL. p. 75: *ἀλλὰ καὶ γράφε συνεχῶς.*

L. 3. *μᾶλλον δὲ ἦκε σὺν θεοῖς, ἐνθυμούμενος*] Corrupte cod. D: *μᾶλλον δ' ἀεὶ σὺν θεοῦ ἐνοῦ ἐνθυμούμενος.* cod. G: *μᾶλλον δ' ἀεὶ σὺν θεοῖς ἐν οὗ ἐνθυμούμενος.* Reliqui vero codices probam Editionum lectionem defendunt.

L. 4. *ἕως ἂν ἀπῇς*] Codices DGJ. negligunt particulam *ἄν*, quae a Subjunctivo non abesse debet, constanterque similibus expressa reperitur locis, v. c. Epp. XXXIV. p. 54: *ἕως ἂν Ἰαμβλίχῳ μὴ συνῶ.* LIII. p. 104: *ἕως ἂν Ἰάμβλιχος μὴ παρῇ.*

Ibid. *οὐδὲ ὅτι ζῶμεν*] Vulgo *οὐδ' ὅτι ζῶμεν.* Secutus sum codices quinque.

L. 5. *τοῖς παρὰ σοῦ γραφομένοις*] Non tam litterae, quam *scripta* per id Participium innui videntur. — Sequentia duo verba male desiderantur in codicibus DJ; commode in *ἐντυγχάνομεν* contrahuntur in codice M.

Antequam ab hac Epistola discedamus, meminisse juvat, Imperatori invitanti morem gessisse Maximum. Traditur enim ab Ammiano Marcellino lib. XXVII. c. VII. §. 3., aliquando in Senatu agenti Juliano nuntiatum esse, venisse ex Asia philosophum Maximum; quibus auditis exsiluisse Imperatorem indecore, in illius occursum ruisse, quem exosculatum susceptumque reverenter secum induxerit. Non fortuito, sed ex Juliani vocatione conventum illum obtigisse, discimus a Libanio, qui Orat. in Jul. Imp. Necem T. II. p. 299, B. (ed. Morell.) de eodem facto memorans, tecto quidem proprio nomine, *τὸν διδάσκαλον* ait, *ἄνδρα Ἴωνα φιλόσοφον, ἐξ Ἰωνίας κεκλημένον.* Quae profecto Maximum innuunt ex Epheso, urbe Joniae, oriundum. (Interpr. gall. p. 410.)

EPISTOLA XVI.

Haec extat in codicibus Baroc. Voss. meisque ADGJMN. et Mon.

L. 9. Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ.] Sic Edd. omnes et cod. A. Quibus consentiunt reliqui codices, quamquam diverse scribentes. Est enim Τῷ αὐτῷ in codice Mon. Μαξίμῳ in G. Μαξίμῳ φιλοσόφῳ in DJMN.

L. 10. πρὸς τὸν αἰθέρα,] Ita cum Edd. recte scribunt codd. AN. Reliqui mei codices male tenent ἀέρα.

L. 11. προσάγειν ἀκτῖσιν] Cod. N: ἀκτῖσιν προσάγειν. Codices AJ. diverso accentu scribunt ἀκτίσιν, aliis tamen locis minime sibi constantes. In simili accentuum variatione apud Marinum pag. 3. κρηπῖδα dedit κριτικώτατος Boissonade, cujus conferendae sunt Notae p. 66.

L. 12. ἀληθοῦς νεοττοῦ] Edd. ἀληθῶς. quod mutavi ad fidem sex meorum codicum. Septimus omittens νεοττοῦ commode quidem ἀληθῶς exhibet. — Exploratio, quam in aquilas institui dicitur, etiam ab Luciano in comparationem advocatur Piso. c. 46. (T. III. p. 164. ed. Bipont.)

L. 13. σοι, καθάπερ Ἑρμῇ λογίῳ] Vitiose cod. D: σου καθάπερ ἑρμῆς· λογίων etc. De Ἑρμῇ λογίῳ vid. Obss. ad Ep. XXXIV. P. 56. lin. 11.

Ibid. τοὺς ἡμετέρους λόγους] Intellige scripta qualiacunque, sicut Orat. IV. p. 146, A. Fragm. p. 301, C.

L. 14. κἂν μὲν ὑπομείνωσι τὴν ἀκοὴν τὴν σὴν] Male scribebatur κᾆν, ut alibi, v. c. Epp. XVII. p. 25. XXXIV. p. 54. XL. p. 74. 75. LIV. init. De scripturae differentia rectaque norma vide Porsonum in Praefat. ad Eurip. Hec. p. IV. et XVI. quem sequitur Boissonade ad Philostr. Her. p. 325. coll. Schaefer. ad Hecubam Brunckianam v. 65. — Tum pro μὲν codices DJ. perperam scribunt μὴ. Quod permutationis genus grave Juliano vulnus inflixit Misopog. p. 339, C. ubi male vulgatum est: καὶ ἃ συγγινώσκετε, φράσω μὲν ἕτερον, versumque: *Aliud vero dicam, quod nostis.* Sic nempe locum exhibuit Spanhemius, quum in Ed. Petav. p. 59. ad marginem relegata essent incommoda verba καὶ ἃ συγγινώσκετε. quae tres a me collati codices agnoscunt. Tu pro μὲν ex uno meorum codicum lege μὴ, atque verte: *et ea, quorum conscii estis, haud secus dicam.* — Porro cod. M: ὑπομένωσι. — Denique pro verbis τὴν ἀκοὴν τὴν σὴν, quae cum omnibus Edd. tuetur codex A., scribitur τὴν σὴν ἀκτῖνα in codicibus Baroc. Voss. MN. diversoque accentu τὴν

σὴν ἀκτῖνα in codd. DJ. minusque plene *τὴν ἀκτῖνα* in G. Incommodum tamen videtur in Singulari positum illud nomen, quod, si plurali numero foret expressum, utique vulgatae lectioni praeferrem. Etenim in comparatione a sole ducta, cujus *ἀκτῖσιν* aquila foetus objicere dicitur, Maximum apte cum sole conferret, illiusque *ἀκτῖσιν* i. e. *ingenii luminibus* scripta submitteret sua. In simili collatione vocabulum illud adhibetur plurali numero flexum Ep. XXXIV. p. 55. ubi est: *ὥςπερ ἡλίου καθαροῦ δίκην, ἀκτῖνας σοφίας ἀκραιφνοῦς ἐπὶ πάντας ἄγεις.*

L. 14 *sq.* *ἐπὶ σοὶ τὸ κρῖναι περὶ αὐτῶν, εἰ*] Perperam codd. DJ: *ἐπεί σοι.* cod. N: *ἐπὶ τοσοῦτον κρῖναι, εἰ.* Cod. A. diverso accentu scribit *κρίναι*, ut rursus Orat. VI. p. 197, A. Cf. Obss. ad *L.* 11. — Quemadmodum hic Maximum, ita Ep. XXIV. fin. Sarapionem, et Ep. XLI. prope fin. Jamblichum arbitros poscit, qui statuant, utrum ipsius scriptum edendum sit necne. Quos insuper rogat, ut quae imperfecta censerent, in melius mutent.

L. 15. *εἰ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους εἰσὶ πτήσιμοι·*] Ubi *πρὸς*, ibi *κατὰ* in cod. N. Vocabulum *πτήσιμοι*, quod omnes tenent libri, a Lexicis abest. Recte id expressisse videtur Interpres; et quum de aquilis dixisset auctor, haud inconsiderate tale vocabulum sibi elegit. Valet idem ac *ἔκφορον* Ep. XXIV. fin., ubi de scripto in lucem emittendo dicitur: *πρὸς τοὺς ἄλλους ἔκφορον ἔσται.*

L. 16. *ῥίψον ἐκεῖ*] Cod. D: *ῥοίψον.* — Adverbium loci, cujus rarior est hujusmodi usus, explicatur Hesychii glossa: Ἐκεῖ· *μακρὰν, πόῤῥω.* Haud absimiliter gallice diceretur: *jette les là.*

L. 17. *κλύσον*] Cod. A: *κλῦσον.* Codd. DJ: *κλεῖσον.* male.

Ibid. *Πάντως οὐδὲ ὁ Ῥῆνος ἀδικεῖ τοὺς Κελτοὺς*] *Apud Galenum De Sanitate Tuenda hanc esse historiam* in margine monuit Martinius, cujus notulam omiserunt Editores posteriores. Iterum istius fabulae meminit *Noster* Orat. II. p. 81, D. ubi locus est hujusmodi: *Ὑπάρχειν δέ φασι καὶ Κελτοῖς ποταμὸν ἀδέκαστον κριτὴν τῶν ἐγκόνων, καὶ οὐ πείθουσιν αὐτὸν οὔτε αἱ μητέρες ὀδυρόμεναι συγκαλύπτειν αὐτὰ καὶ ἀποκρύπτειν τὴν ἁμαρτάδα, οὔτε οἱ πατέρες ὑπὲρ τῶν γαμετῶν καὶ τῶν ἐγκόνων ἐπὶ τῇ κρίσει δειμαίνοντες. ἀτρεκὴς δέ ἐστι καὶ ἀψευδὴς κριτής.* Aliorum aliquot loca Petavius ibi proposuit in Notis p. 267.

praeterita tamen Galeni mentione supra laudati, cujus igitur adponam verba lib. I. c. X. (Opp. T. VI. p. 51. ed. Kühn.): *Τίς γὰρ ἂν ἡμῶν ὑπομείνειε τῶν παρ' ἡμῖν ἀνθρώπων, εὐθὺς ἅμα τῷ γεγεννῆσθαι ἔτι θερμὸν τὸ βρέφος ἐπὶ τὰ τῶν ποταμῶν φέρειν ῥεύματα, κἀνταῦθα, καθάπερ φασι τοὺς Γερμανούς, ἅμα πειρᾷν αὐτοῦ τῆς φύσεως, ἅμα τε καὶ κρατύνειν τὰ σώματα, βάπτοντας εἰς τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, ὥςπερ τὸν διάπυρον σίδηρον.* Quo loco vocem *φύσεως* non tam de *naturae vigore*, prout Interpres expressit, quam ad Juliani mentem de *generis puritate* accipiendam esse, mihi quidem videtur. — Caeterum pro *οὐδὲ* scribitur *οὐδὲν* in cod. M. haud male; pessime vero *δὲ* in cod. N. Pro vicino pronomine *ὃς* absurde legitur *ὅρη* in D.

L. 1. *ταῖς δίναις ὑποβρύχια ποιεῖ*] Sic e praescripto sex Pag. meorum codicum edidi, quum vulgatum esset *ὑποβρύχια ταῖς* 22. *δίναις πέμπει*, quam lectionem unicus agnoscit codex Mon., vitiose tamen *ὑποβρίχια* scribens. Suidas Ὑποβρύχιον explicat *ὑπὸ τὸ ὕδωρ ποντισθέν.*

L. 2. *λέχους*] Cod. M: *βρέφους.*

Ibid. ὅσα δ' ἂν ἐπιγνῷ] Pro *ἂν* est *αὖ* in codice N. Mox idem codex *ὡς* pro *ὥςπερ* exhibet.

L. 6. *ἀντιδωρούμενος*] Simpliciter *δωρούμενος* in codicibus MN.

Latine haec Epistola refertur in Baronii Annalibus Eccl. ad annum 362. cap. 1. (Tom. IV. p. 9, C. edit. Antverp.): gallice conversa legitur apud Bleterium nr. XLI. p. 504.)

EPISTOLA XVII.

Haec extat in meo codice A. et in Vossiano. Responderi ad aliquam Oribasii epistolam intelligitur e linea 3.

« Scripsit, opinor, hanc epistolam Julianus illo tempore quo, Imperio sumpto, contra Constantium e Gallia profectus est. Nam suspensus adhuc de rei totius exitu de Eusebio Eunucho queritur, ac se, uti commissam sibi provinciam ab illius injuriis ac vexatione liberaret, in apertam defectionem erupisse memorat. Ad haec Eusebium eundem significat commentarios quosdam contra se Constantio dedisse. » Petav. — Eusebium illum fuisse eunuchum, cujus nomen proprium ab Juliano certe non proditur,

veri similis est conjectura, quam inferiori loco exponam, ubi verba se obtulerint Περὶ δὲ τοῦ μιαροῦ ἀνδρογόνου. At in tempus, quo Petavius epistolam hanc esse datam censuit, non plane consentio. Scribit enim Julianus prope finem: κἂν συμβαίνῃ δὲ διὰ τοῦτο τυγχάνειν διαδόχου, h. e. *si forte propterea successor mihi dabitur*: id quod non metuendum ei erat, qui jam Imperium sumsisset. Talis enim aut victorem se evasurum sperare debebat, aut, si minus speraret, non dubitare poterat, quin ipsi successor daretur. Quod autem in his litteris Petavius memorari perhibet, Julianum *in apertam defectionem erupisse*, id equidem haud inveni scriptum. Itaque magis, imo unice probabile est, cogitandum esse de illo tempore, quo Caesar Julianus palam quidem auctoritatem sequebatur Constantii, clam vero res novas moliebatur, quarum Oribasium habuerit conscium. Consilium de adfectando Imperio tam e somnii ratione, quam ex narrantis oratione satis elucet. Diversi somnii, per quod Juliano grandiora molienti visus sit Genius publicus ejus tarditatem objurgans, Ammianus meminit Marcellinus lib. XX. c. V. §. 10. E talibus agnoscitur singulare, quod in Juliano fuit, divinandi studium, propter quod multorum ille reprehensionem incurrit; e quibus laudasse sufficiat Martinium Praef. ad Misopog. p. 24. ubi inter alia hujus epistolae pars latine adfertur.

L. 11. Ὀριβασίῳ.] Edd. Ὀρειβασίῳ, sicut apud Suidam id nomen scriptum occurrit. Praetuli codicis mei scripturam ab Eunapio probatam, qui vitam enarravit istius medici. Solet intimis Juliani amicis Oribasius adscribi. Vid. Bleterius in: *Vie de Julien;* Indice.

L. 12. φησὶν ὁ θεῖος Ὅμηρος] Nimirum Odyss. XIX, 562. ubi legitur: Δοιαὶ γάρ τε πύλαι ἀμενηνῶν εἰσιν ὀνείρων etc. quem locum quam multi expresserint videre est in Harlesii Notis ad Coluthum vs. 311.

L. 16. τρικλίνῳ] Vitiose τρικλείνῳ in codice meo.

L. 17. ῥέπειν] Edd. ῥέπον. E codice recepi Infinitivum, qui necessarius erat.

Pag. 23. *L.* 1. ἐπειδὴ πλησίον ἐγενόμην,] In Ed. Spanh. scribitur ἐπειδὰν, cujus originem erroris vidimus ad Ep. XIII. p. 221. Meliorem anteriorum Editionum lectionem agnoscit codex.

L. 5. θάῤῥει] Ed. Spanh. vitiose θάῤῥεῖ repraesentat.

L. 6. *διαμένει*] Codex hanc probat scripturam Spanhemii, ante quem vulgabatur tanquam Futurum *διαμενεῖ*. Spectato quidem sensu nihil admodum interest.

L. 8. *Περὶ δὲ τοῦ μιαροῦ ἀνδρογύνου*] Transit ad alia, dum rem tangit, de qua Oribasius antea scripserat. — Quisnam ille fuit eunuchus, ad quem Juliani referuntur querelae? Nihil obstare video, quo minus superiori sententiae Petavii subscribam, cui quidem praeiverat Martinius in margine notans: *De Eusebio Eunucho conqueritur.* Is autem Eusebius, cujus nomen in Juliano nusquam effertur, in aula Constantii praepositus cubiculi fuit, ut ex Ammiano Marcellino constat lib. XIV. c. X. §. 5. apud quem Ib. c. XI. §. 2. *effusior ad nocendum* dicitur. Idem praeterea videtur apud Julianum intelligi Ad S. P. Q. Athen. p. 274, A. ubi *de detestando spadone fidoque Imperatoris cubiculario* memoratur. Aliud tamen visum est Interpreti gallico, qui loco nostro *Florentium* intelligi notavit, hujusque Epistolae, tanquam de Florentio scriptae, magnam partem gallice conversam attulit in *Vie de Julien* lib. II. p. 109 sq., ubi de exactionibus agit per illum institutis. Erat autem is Florentius, imperante Constantio, praefectus Praetorio in Gallia, ubi varias Caesari Juliano creabat molestias, ut ex Ammiano discimus Marcellino lib. XX. c. VIII. §. 21. Ipse Julianus Ad S. P. Q. Athen. p. 282, C. Florentium nominavit ut inimicum sibi factum, quoniam ejus avaritiae obstiterit: quae quidem bene cum hac Epistola quadrant, in qua memorantur *miseri homines in latrocinum potestatem redacti*, p. 24. Nihilo minus a praesenti loco, qui de eunucho valet, alienus est putandus ille Florentius, quem matrimonio junctum fuisse colligimus ex Ammiano Marcellino lib. XXIII. c. III. §. 6. et lib. XX. cap. VIII. fin.

L. 9. *μάθοιμ' ἂν ἡδέως*] Codex male praemittit *οὖ*. Locutio scriptorum usu tritissima est; v. c. Lucian. Dial. Deor. XX, 13. (T. II. p. 70. ed. Bipont.) Dial. Mar. IV, 2. (Ib. p. 100.) Similis est formula *ἡδέως ἂν ἀκούσαιμι*, quam notavit Cel. Boissonade ad Philostr. Her. p. 330. Aeque frequentatur *ἡδέως ἄν* cum Optativis *πυθοίμην*, *θεασαίμην*, *διερωτῴην* aliisque. Julianus Ep. LV. p. 106: *ἡδέως δ' ἂν ἐσκεψάμην*.

L. 10. *τοῦ συντυχεῖν*] Ita codex meus cum Ed. Spanh. Reliquae Edd. carent articulo.

L. 11. *ἴσασιν*] Tertia persona pluralis numeri videtur indefinito sensu accipienda, quo dicitur *sciunt*, i. e. *homines* vel *omnes sciunt*. Interpres quidem perinde vertit, ac si legisset numero singulari *ἴσησι*, quod equidem ponere nolui, praesertim quum dubitem, an usquam in graeco sermone occurrat. Forsitan exciderit *οἱ θεοί*. Sic enim dixit *Noster* Ad S. P. Q. Athen. p. 285, D: *ἴσασιν οἱ θεοὶ πάντες*. similiaque passim, e. g. *ὡς ἴσασιν οἱ θεοὶ*, Epp. V. p. 8. XXXVIII. p. 67. *ὡς ἴσασιν οἱ θεοὶ πάντες*, Ep. LXIII. p. 132. Misopog. p. 352, D. *ὡς ἴσασιν αἱ Μοῦσαι*, Orat. V. fin.

L. 12 *sq.* *παρὰ τὸ πρέπον ἐμαυτῷ*] Sic Edd. omnes. Incommoda scriptura *ἐν αὐτῷ*, quae in meo pariter ac Vossiano codice reperitur, jam occurrit inter Varr. Lectt. Martinii, qui eandem, puto, et in suo codice deprehenderat, sed e recta conjectura mutavit.

L. 14. *ἀπιστῶν*] Idem sonat ac vicinum *οὐ προσιέμενος*. Altera locutio priorem planiorem reddit.

L. 17 *sq.* *τὸ μὲν οὖν πρῶτον εἶναι ἠλίθιον*] Cod. cum Edd. Infinitivum tuetur *εἶναι*, quem in *ἦν καὶ* corrigendum esse conjecit Wyttenbachius Animadvv. ad Julian. Orat. I. p. 9, C. (ed. Schaefer. p. 146.) Nihil tamen contra librorum consensum immutare volui, praesertim quum altero Juliani loco Fragm. p. 296, D. similiter sit scriptum: *ἄξιον εἶναι μοι διελθεῖν*. Commode subintelligitur *δοκεῖ*.

Pag. 24. *L.* 4. *διορθώσει τὰ ὑπομνήματα οὗτος*] *διορθώσει* videtur e conjectura correxisse Martinius, quum in ejus codice perperam scriptum esset *διορθώσῃ*. Haec enim forma inter Martinii Varr. Lectt. exhibetur ac redit in codice meo, qui male praeterea scribit *οὕτως*.

L. 6. *σωφρόνως τι*] Male *τί* repraesentatur in Ed. Spanh.

L. 7. *πλησίον ὄντος*] Cod. *πλησίον ὄντως*.

L. 8. *τῶν Πλάτωνος καὶ Ἀριστοτέλους ζηλωτὴν δογμάτων*] Hinc adparet, quosnam inprimis philosophos secutus sit Julianus; id quod ex aliis praeterea locis ejus colligitur; v. c. Misopog. p. 359, C. Orat. VII. p. 217, B. Ep. LV. p. 107. Quanquam autem istis locis utrumque philosophum paris aestimasse videtur, alibi tamen potiorem locum Platoni tribuit. Cujus in gratiam perhibet Orat. V. p. 162, C., haud omni ex parte per-

fecta esse, quae tradit Aristoteles, *nisi cum Platonicis conjungantur.* Tum Orat. VI. p. 188, D. *non divinum tantum, sed a Diis ortum* appellat Platonem. Quantopere dictionem admiratus sit ejusdem auctoris, videre est Orat. II. p. 69, B. C. qui locus incipit verbis: *ἀλλ' ἔοικα γὰρ καταφορτίζειν ἡμᾶς τοῖς τοῦ Πλάτωνος λόγοις.* Ibi, ut obiter aperiam, pro verbo *καταφορτίζειν*, quod pro dubio Schneiderus in Lexico posuit, in tribus meorum codicum *καταφροντίζειν* scribitur, quod utrum conveniat, aliis pronunciandum relinquo. Notatum in margine pronomen *ἡμᾶς* ab uno codice probatur.

L. 11. *τὸ κύκνειον ἐξᾴδουσι*] Male *κύκνιον* in codice A. Suidas explicat *Κύκνειον· τὸ τοῦ κύκνου μέλος.* Proprie de cygnis *ᾄδειν* dicitur; ita certe ad calcem Ammonii traditur inter varias variorum animantium voces: *κύκνος ᾄδει.* Cessit in proverbium *κύκνειον ᾆσμα*, quod de morti vicinis usurpabatur, quoniam fama ferebat, cyguos morti vicinos suaviter canere. Vid. Proverbia Graecorum (ed. Schott.) E Vatic. Append. II, 21. Apostolius XI, 64. ubi Pantinus loca scriptorum indicavit p. 321. Optime commentatur in id dictum Erasmus in Adagiis tit. *Cygnea cantio*, p. 564. Quem si evolvas locum, attendendum est, ne te frustretur typothetae lapsus, quo factum est, ut aliquot paginarum signa duplici loco repraesententur. Utor autem editione Wechel. 1599. fol.

L. 13. *καταδικάζειν*,] Morem hunc apertius eloquitur Lucianus Nav. S. Vot. c. 33. (T. VIII. p. 184. ed. Bipont.): *ὁ δὲ νόμος ἀποστεμῆσθαι τὴν κεφαλὴν, εἴ τις λιπὼν φαίνοιτο τὴν τάξιν.*

Ibid. καίτοι χρὴ ἱκανὰ τεθνάναι] Sic Edd. omnes. Cod. *χρῆν.* Obscura haec mihi videntur, qui minime intelligo, quid *ἱκανὰ* in tali contextu significet.

L. 15. *ἀπολείπειν τάξιν*] Edd. *ὑπολείπειν.* Codicis adoptavi scripturam, quacum congruit locus Orat. II. p. 71, A. ubi vulgatum est *ἀπολείπειν τὴν μάχην.*

L. 17. *ὥςπερ οὖν ἔταξεν.*] An *ὅςπερ? is, qui nos in hac statione locavit?* Quem ad modum Lucianus scribit Amor. c. 22. init. (T. V. p. 281. ed. Bipont.): *ἐφ' ὧν ἡ Πρόνοια θεσμῶν ἔταξεν ἡμᾶς*, q. d. *in qua nos lege constituit Providentia.* Epictetus Enchir. c. 22. (ed. Heyne.): *ὡς ὑπὸ τοῦ θεοῦ τεταγμένος εἰς ταύτην τὴν τάξιν.*

Ibid. Εἰ δὲ καὶ παθεῖν τι συμβαίη,] Hoc euphemismo, per quem παθεῖν τι significat *ultimo supplicio adfici*, passim utitur *Noster*, e. g. Ep. XXIII. p. 31: τούτους δὲ ἀδίκως τι παθεῖν οὐκ ἂν ἐθέλοιμι. Orat. VIII. p. 242, B: ὑπὲρ ἐμοῦ δεδιέναι καὶ τῆς ἐμῆς κεφαλῆς, μή τι πάθῃ. cujus loci Interpres vim locutionis haud assecutus est. Eam cum similibus illustrant Berglerus ad Aristophanem Pac. 168. Brunckius ad Eundem Eccles. 1105. et alii alibi. Ad modum *Nostri* dixerat Demosthenes Olynth. II. p. 7. inf. (ed. Wolf.): ἂν συμβῇ τι παθεῖν.

L. 18. πορευθῆναι] Rursus euphemisticum dicendi genus pro *fato fungi*; quemadmodum et Orat. V. fin. πορείαν *excessum e vita* dixit Julianus. Plenius expressum occurrit Ep. LVIII. p. 110: ἐνθένδε ἐκεῖσε πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν. ubi confer Obss.

Pag. 25. *L.* 1. Σαλούστιον] Qui, regnante Constantio, nescio quo munere fungebatur in Gallia, sicut ex Juliano discimus Ad S. P. Q. Athen. p. 281, D. coll. p. 282, C. Ad eundem virum extat *Nostri* Oratio VIII. inscripta: *Ob discessum Salustii Consolatoria.* Unde colligitur, Caesarem ejus voti, quod praesenti loco fecit, in breve licet tempus compotem esse factum. Hic autem Salustius non confundendus est cum altero, qui passim *Secundus* cognominatur ac per eandem aetatem praefectus fuit Praetorio Orientis. Utrumque depinxit Bleterius in *Vie de Julien*; cujus Index ab illis, quos libuerit, inspiciatur. — Quod scribendi rationem attinet, eam servavi, quam Edd. adsentiente codice tam hoc loco repraesentant, quam Orat. IV. p. 157, C. Ad S. P. Q. Athen. p. 181, D. 282, C. Alibi vero dissentiunt iidem libri. Duplicatam enim λ exhibent Editi Orat. VII. p. 223, B. ubi codex quidem agnoscit simplicem; vicissim in codice duplicata reperitur littera in titulo Orationis IV., quo loco simplex occurrit in Edd. In Ammiano quidem Marcellino constanter *Sallustius* exaratum est: nec non in Libanii Epistolis duplicata vulgatur λ.

L. 1 *sq.* κἂν συμβαίνῃ δὲ διὰ τοῦτο] Sic e codice mutavi vulgatam lectionem κἄν συμβαίη δέ τι διὰ τοῦτο. quam forte peperit superior locus: εἰ δὲ καὶ παθεῖν τι συμβαίη.

L. 3. ἄμεινον γὰρ ὀλίγον ὀρθῶς, ἢ πολὺν κακῶς πράξαι χρόνον.] E Peripateticorum placitis hoc desumtum esse videtur;

alias enim incommode sequentia adjicerentur. Itaque non est, quod christianae religioni tam nobilem sententiam deberi cum Spanhemio putemus, qui in Praefatione ad Juliani Opera p. XX. laudatis verbis nostris adjecit: *quae aurea omnino christianum adhuc Anagnosten, non gentilem desertorem sapiunt.* Caeterum illorum similia leguntur apud gentilem Ciceronem Tusc. Quaest. V, 2. ubi philosophiam allocutus ait: *Est autem unus dies bene et ex praeceptis tuis actus peccanti immortalitati anteponendus.* Quem locum in animo habuerat Interpres. Plutarchus quoque idem sensit Consol. Ad Apoll. c. XVII. (T. I. p. 438. ed. Wyttenb.) Eodem redit, quod multi scriptores latini aeque ac graeci statuerunt, honestam nempe mortem inhonesta vita potiorem esse; quorum aliquot loca collecta sunt in Barthi Adversariis lib. LIV. cap. IX. p. 2540.

L. 5. *ἀγεννέστερα*] Ita vulgatum est ad instar Orat. III. p. 111, D. Caes. p. 333, C. Codex autem praesenti quidem loco simplicem *ν* agnoscit, quam et Edd. aliquando tenent, v. c. Caes. p. 333, A. Quum nihil intersit, nihil mutavi. Jam olim Hemsterhusius ad Lucian. Prometh. c. 9. (T. I. p. 461. ed. Bipont.) monuit, *ἀγενὴς* et *ἀγεννὴς*, *ἀγένεια* et *ἀγέννεια* promiscue usurpari sic, ut, si codices hodiernos et rationem in nostris Editionibus scribendi consulamus, dignosci non possit, an pro diversis olim fuerint habita, necne.

L. 6. *θερμότερα καὶ ἀβουλότερα*] Suidas Θερμὸς explicat θρασύς. quo fere sensu redit vocabulum Ep. XXVII. p. 46. Sic et latine dicimus *calida et audacia consilia.*

L. 7. *τὰ δὲ φρονήσεως ἄξια, τοῖς ἐγνωσμένοις ἐμμένειν.*] Frustra de corrigenda scriptura conjicies, quae non nisi melioris codicis ope restituetur. Excidisse videntur verba nonnulla istis interposita, licet in singulis apta sit cum praecedentibus oppositio. Nihil ab Editoribus adnotatum esse miror.

(Interpr. gall. p. 391.)

EPISTOLA XVIII.

Haec extat in codicibus ADGJMN.

L. 10. *Ἰουλιανὸς Εὐγενίῳ φιλοσόφῳ.*] « Eugenium hunc, ad quem scribit Julianus, Themistii patrem fuisse conjectura non

levis est. Fuit enim et iste philosophus, et quidem insignis, si filio de patre praedicanti fides adhibetur. Vide enim Orationem Themistii II. » Petav. — Forte complures ejusdem nominis viri tunc temporis florebant, quum itidem Eugenio sit inscripta Libanii Epistola 1174. Adde, quod incerta est scriptura. Vulgatam agnoscit quidem codex A; neque discrepant codices GMN, nisi quod auctoris nomen, ut alibi, negligunt: sed codices DJ. tenent Εὐμενίῳ. nihil adjicientes. Eumenius ille poterit intelligi, ad quem extat Epistola LV. Ibi quidem ut adolescens comparet in studiorum curriculo versans; sed forte tum ad altiora progressus erat, cum hae litterae darentur.

L. 11. *Δαίδαλον μὲν Ἰκαρίῳ*] Pervulgatam hanc fabulam haud absimili ratione Libanius in usum vocavit Ep. 1604. ubi legitur: *ἐγὼ δὲ, εἴπερ ἦν ἀσφαλὴς ἡ τοῦ Δαιδάλου τέχνη, ἦλθον ἂν παρά σοι, ποιησόμενος Ἰκάρου πτερόν· ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ οὐκ ἔστι πιστεῦσαι ἡλίῳ κηρὸν, ἀντὶ τῶν Ἰκάρου πτερῶν ἐπιστέλλω σοι λόγους.* Iterum Ep. 1157: *ἐᾷκει τε μεμφομένῳ τὴν φύσιν, ὅτι αὐτῷ οὐκ εἴη πτερὰ σπεύδοντι σε ἰδεῖν καὶ ἀσπάσασθαι.*

Ibid. *πτερὰ συμπλάσαντα*] Perperam *πλευρὰ* in cod. G. Tum *περιπλάσαντα* in cod. M.

L. 12. *τὴν φύσιν βιάσασθαι τῇ τέχνῃ*] Transponit cod. G: *τῇ τέχνῃ τὴν φύσιν βιάσασθαι.* paulo secus cod. M: *τὴν φύσιν τῇ τέχνῃ βιάσασθαι.* Locutionem istam *τὴν φύσιν βιάσασθαι Noster* iteravit Orat. VI. p. 193, C. Simile est: *φύσει μάχεσθαι* Misopog. p. 353, A. et: *ἀπεναντίας* vel *ἀπεναντίον τῇ φύσει μάχεσθαι.* quam dicendi formam Julianus usurpasse mihi videtur Orat. I. p. 28, B. ubi vulgatum est: *ἀπεναντίας τῇ φύσει.* Margo scilicet addit *μαχόμενος.* quod verbum et e codice Vossiano cum commendatione laudavit Spanhemius in Obss. ad eum locum p. 194. Accedit, quod in duobus a me collatis codicibus inveni scriptum: *ἀπενάντιον τῇ φύσει μαχόμενος*, et in tertio: *ἀπεναντίας τῇ φύσει μαχόμενος.* Nulla est ratio, cur Wyttenbachius additamento sit adversatus in Animadvv. ad l. l. pag. 191. (ed. Schaefer.); neque cur in nova editione Schaeferus illum secutus sit pag. 34. coll. p. XV.

L. 13. *εἰ καὶ τῆς τέχνης ἐπαινῶ, τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι*] Similiter Ep. XXXIV. p. 55. med. de Proteo: *τῆς μὲν — — φύσεως αὐτὸν ἐπαινῶ, τῆς γνώμης δὲ οὐκ ἄγαμαι.* Orat. VIII.

p. 249, D. de Ulysse: *τῆς μὲν ἄλλης ἐπαινῶ καρτερίας, τῶν θρήνων δὲ οὐκ ἄγαμαι.* Tali sensu Plato inprimis verbum frequentat *ἄγαμαι.* quod a Timaeo redditur *ἀποδέχομαι, θαυμάζω,* quem ad locum vid. Ruhnkenius.

L. 13 *sq.* *μόνος γὰρ δὴ κηρῷ λυσίμῳ*] Particulam *δὴ* fide quinque codicum inserui. Postremum vocabulum in cod. D. perperam *λυδίκῳ* sonat.

L. 14. *ὑπέμεινε*] Sic Edd. omnes cum quatuor codd. Tantum DJ. scribunt *ὑμέμενε.*

L. 15. *κατὰ τὸν Τήϊον ἐκεῖνον μελοποιὸν*] Anacreon, quem talia verba designant, in extantibus quidem carminibus ejusmodi nihil canit. Interim in Aristophane Av. 117. (T. II. p. 156. ed. Brunck.) sic occurrit:

Εἶτ' αὖθις ὀρνίθων μεταλλάξας φύσιν,
Καὶ γῆν ἐπέτου καὶ τὴν θάλατταν ἐν κύκλῳ.

Qui vero locus optationem, quam Juliani verba produnt, nullam refert. Forsitan *εὐχῇ*, quo caret codex G, ex scholio fuerit adjectum.

L. 16. *τὴν τῶν ὀρνίθων ἀλλάξασθαι φύσιν,*] Articulus *τὴν* desideratur in cod. A. Alter articulus *τῶν* omissus est in Edd. Mart. Petav. et in codd. DJ. — Transposito ordine *φύσιν ἀλλάξασθαι* legitur in cod. M.

L. 1. *οὐδὲ ὑπὲρ μέμψεως ἐρωτικῆς*] Haec ut intelligantur, putandus est poeta loco illo, quem respexit *Noster*, alas ideirco desiderasse, ut desideriis amicae satisfaceret, quae de longa amatoris absentia querelas fuderat. Dicit igitur Julianus, non fore ut ipse, si alato esse liceret, ad agendas ejusmodi nugas alis abuteretur; potius ad invisendum amicum illas adhiberet: quod multo honestius sit consilium digniusque tam eximia facultate, qualem sibi exoptaverat. Certe scriptura vix in dubium vocabitur, ut quae non solum ab omnibus Edd., sed a quinque codicibus defenditur, nisi quod pro *ὑπὲρ* scribitur *ὑπὸ* in codice M. Discrepat unicus codex G. qui corruptissime sic exhibet: *οὐδ' ὑπὲρ κόρης πέρσεων ἐρωτικῆς.* Pag. 26.

L. 1 *sq.* *εἰς αὐτοὺς ἂν τῶν ὑμετέρων ὁρῶν τοὺς πρόποδας ἔπτην,*] Ita recte legitur in omnibus Edd., quum valde varient codices. Desideratur *ἂν* in MN. Tum in N. scribitur *ἡμετέρων.* In DJ. omittitur *ὁρῶν.* Pro *ἔπτην* est *ἐπιβῆναι* in A. Trajectis

verbis in G. legitur τοὺς πρόποδας τῶν ὑμετέρων ὄρων. et ordine rursus diverso scriptum est ἕπτην τοὺς πρόποδας in M. Quorum alia sunt vitiosa, alia nimis levia, quam ut immutetur lectio vulgata.

L. 2 *sq.* ἵνα σὲ τὸ μέλημα τοὐμὸν, ὥς φησιν ἡ Σαπφὼ, περιπτύξωμαι] Non extat inter Sapphus, quae supersunt, carmina locus ejusmodi. Hinc autem verba fragmenti specie Volgerus attulit in Sapphus editione sub num. CIX. p. 156. Praeter laudatam auctorem et alibi μέλημα per metonymiam usurpatur, v. c. apud Aristophanem Eccles. vs. 1016. ed. Invern. (vs. 972. ed. Brunck.) ἐμὸν μέλημα. Quem ad locum brevis extat Bergleri notula [Comment. ed. Beck. Vol. IV. p. 789.]: « *Julianus Epist.* 17: τὸ μέλημα τοὐμόν. » At nunquam non fuit Epistola 18: et indicari debebat, non proprium esse Juliani sermonem, sed Sapphus allegationem. Porro complurium scriptorum exempla, nostro tamen omisso, Solanus ad istum Luciani locum adposuit, Rhet. Praec. c. 14. (T. VII. p. 520. ed. Bipont.): ὦ Κλητίου μέλημα. notans, esse μέλημα vocabulum amatorium; *curam* autem pro eo, qui nobis curae est, ita poni, ut alibi φιλότης, *amor*, pro homine, quem amamus, usurpatur. Quum in Sappho, teste Volgero, varians occurrat lectio προςπτύξωμαι, notare non pigebit, vulgatum περιπτύξωμαι nullo carere meorum librorum suffragio.

L. 3 *sq.* ἀνθρωπίνου σώματος δεσμῷ] Cod. M: ἀνθρωπείου. Codd. DJ: ἀνθρωπείνου. — Sententia e pervulgatis est. A multis veteribus philosophis dicta est anima in corpore tanquam in carcere recludi; cui placito sunt apta haec Macrobii verba In Somn. Scip. I, 11: « Ut constet animal, necesse est ut in corpore anima *vinciatur*: ideo corpus δέμας, h. e. *vinculum* nuncupatur, et σῶμα quasi quoddam σῆμα, i. e. *animi sepulcrum*. Unde Cicero pariter utrumque significans corpus esse vinculum, corpus esse sepulcrum, quod carcer est sepultorum, ait: *qui e corporum vinculis tanquam e carcere evolaverunt.* » Aliorum hac de re loca suppeditabit Wyttenbachius ad Plutarchum De Ser. Num. Vind. p. 135. Addam Julianum Orat. VI. p. 198, B. qui corpus humanum τὸν τῆς ψυχῆς δεσμὸν appellavit; et Orat. VII. p. 206, B. ubi est: ὅτῳ μὲν εὐμενὴς θεὸς, ταχέως ἔλυσε τὰ δεσμά.

L. 4 sq. *πρὸς τὸ μετέωρον ἁπλῶσαι, τῶν λόγων οἷς ἔχω σε πτεροῖς μετέρχομαι,*] In Edd. et in cod. A. scriptum ac distinctum est hoc modo: *πρὸς τὸ μετέωρον ἁπλῶσαι τὸν λόγον, οἷς* etc. nisi quod in Edd. Mart. deest *πτεροῖς*. Unde prodiit incommoda sententia hujusmodi: *neque in sublime verba mea explicare concedit* etc. Equidem in corrigenda scriptura secutus sum quinque codices, retinens tamen pronomen *σε*, quod exulat a DGJM. probansque *μετέωρον*, pro quo *μέτριον* scribitur in DJ. — Verbum *ἁπλῶσαι*, quod codex G. in *ἁρμόσαι* depravat, nullo alio pacto videtur intelligendum, quam supplendo *τὰ πτερὰ*, h. e. *expandere alas*. Reliquorum similis est structura verborum Epp. XLI. p. 77: *οἷς δὲ ἔχομεν ξενίοις τὸν Ἑρμῆν τὸν ἡμέτερον ἑστιῶντες.* LXI. p. 127: *οἷς ἔχω σε κατὰ δύναμιν τὴν ἐμὴν μέτειμι.* — Cur *verborum alas* dixerit, statim aperit.

L. 7. *Ὅμηρος αὐτοὺς οὐκ ἄλλου του χάριν, ἢ τούτου, πτερόεντας ὀνομάζει*] Male vulgabatur *τοῦ*. Pluralis *αὐτοὺς*, pro quo codices DJM. minus commode scribunt *αὐτὸς*, confirmat novam lectionem *τῶν λόγων*. Nam in Edd. non est, quo referatur *αὐτούς*. — Homeri *verba alata* vel pueris nota sunt, ut exemplis non opus sit. Rationem ejus locutionis exposituri scriptores in varias abiere sententias; quarum ad Juliani mentem proxime accedit illa Luciani, qui verba idcirco dici vult alata, quod cito avolent. Loca sunt De Domo c. 20. (T. VIII. p. 107. ed. Bipont.), ubi Reitzius (Annot. p. 453.) *Nostri* sententiam memoravit; Piscat. S. Reviv. c. 35. (T. III. p. 154. ed. Bipont.), quem ad locum idem interpres (Annot. p. 487.) ex Eustathio diversam explicationem contulit. Addi poterant, qui secus interpretati sunt, Plutarchus De garrul. T. VIII. p. 19. (ed. Reiske) Themistius Orat. XIX. p. 485. (ed. Petav.)

L. 8. *διότι δύνανται*] Vulgatam scripturam *δι' ὅτι* contraximus ad fidem codicum AGMN. et alterius loci Ep. XXIV. p. 40. ubi consentientibus libris in pari verborum nexu scriptum est: *οὐκ ἄλλου τινὸς ἢ τούτου χάριν ἐπαινεῖ Ὅμηρος, διότι* etc. In codice D. vitiose *δι' ὁ δὴ* scribitur; unde occasionem arripiam, ut Juliano vitium eximatur e simili scripturarum confusione natum. Ut enim praesenti loco depravatum est *ὅτι* in *ὁ δὴ*, ita *μὲν δὴ* et *μέντοι* permutata videntur in fine Misopogonis, ubi vulgatur: *Ἐγὼ μέντοι τὰ πρὸς ὑμᾶς* etc. Malim enim cum tribus,

quos contuli, codicibus *μὲν δή* legere; quum earum particularum solemnis sit in orationum clausulis usus, praesertim ubi *δὲ* sequitur in apodosi. Exempla reperies in Notis ad Vigerum De Idiot. p. 521. (ed. Zeune).

Ibid. *παντα χοῦ*] Id adverbium omittitur in codicibus DJ.

L. 9. *ἧ ἂν ἐθέλωσιν, ἥττοντες*] Quum motus significetur, equidem, nisi meliores codices cum omnibus Edd. *ἧ* tenerent, e codicibus DJ. scripsissem *οἵ*, sicut in fine Epistolae XII., variantibus tamen codicibus, vulgatum est *οἵπερ ἂν θέλῃς — — βαδιῇ*. — In *ἥττοντες* vulgo deerat jota subscriptum. Male scribitur *ἄττοντες* in GJ. *ἅπτοντες* in D. *ἄττονται* in N.

L. 9 *sq.* *Γράφε δὲ καὶ αὐτὸς,*] Scribitur *δή* in codicibus DGJN. Sed commodissimum est *δὲ*, quod praeter omnes Edd. probant duo codices. — Quod post *αὐτὸς* in DGM. occurrit *ἡμῖν*, id ex scholio videtur adjectum. Certe bis haud amplius *γράφειν ἡμῖν* invenies Epp. VI. p. 9. XL. p. 74. saepissime vero *γράφε*, deficiente pronomine personali, v. c. Epp. XV. p. 21. XIX. fin. LX. p. 123. XL. p. 74.

L. 10. *ὦ φίλος*] Vulgo *ὦ φίλε*, sicut Ep. XXIII. p. 31 inf. Quinque codicibus refragari nolui, quin *ὦ φίλος* scriberem, quod etiam in antiquissimis Editionibus extat Ald. et Mart.

L. 10 *sq.* *εἰ μὴ καὶ μείζων ὑπάρχει πτέρωσις*] Pro *εἰ μή*, quod cum omnibus Edd. duo codices agnoscunt, *ὅτε μή* scribitur in cod. G. Haud ita male, quum interdum *ὅτε μή* pro *εἰ μή* positum occurrat, ut videre est apud Vigerum De Idiot. p. 425. ed. Zeune (p. 437. ed. Herm.) Depravatum est *ὅτι μή*, quod in cod. J. occurrit, et *ὅτι με*, quod habet cod. N. Orationem decurtat codex M. omittens verba *εἰ μὴ καὶ μείζων*. — Articulum *ἡ*, quem voci *πτέρωσις* praemittunt Edd. et cod. A., neglexi fide quinque codicum.

L. 11. *ἧ τοὺς ἑταίρους μεταθεῖναι δύνασαι*] Haec omnium Editionum scriptura firmatur a tribus codicibus. Verum in cod. G. non minus apte scribitur *ἢ — δύναται*. tertiamque verbi personam exhibent quoque codices DJ., perperam tamen pro *ἧ*, quod oportebat, *ὃ* tenentes. — Libri omnes consentiunt in *μεταθεῖναι*, quod temere Wyttenbachius in *μεταθεῖν* mutari voluit Ep. Crit. p. 51. (p. 268. ed. Schaefer.) Minime enim huc facit locus, qui ansam conjecturae praebuit, Julian. Orat. VI.

p. 187, C: ὥςπερ αἱ ἐξιχνεύουσαι κύνες μεταθέουσι τὰ θηρία. Licet autem in Juliano nullus occurrat locus, ubi μεταθεῖναι eo, quo hic, sensu gaudeat, nihilominus apte dici videtur ad linguae rationem.

L. 12. εὐφραίνειν.] Salva sententia scribitur εὐφραίνεις in solo codice A.

EPISTOLA XIX.

Haec epistola, quam versus finem responsoriam esse discimus, extat in codicibus AH.

L. 16. Ἑκηβόλῳ.] Sic Edd. omnes tam hoc, quam altero loco tenent Ep. XLIII. nec aliter in codice H. praesenti quidem loco scriptum est. Haud scio tamen, an verior sit alterius codicis scriptura Ἑκηβολίῳ. Ut enim obscurum est nomen Ἑκηβόλου, ita inclaruit Constantinopolitanus sophista Ἑκηβόλιος, cujus meminit Socrates Hist. Eccl. III, 13. a Suida descriptus T. I. p. 691. Erat autem is *Hecebolius* adolescenti Juliano praepositus a Constantio magister. Qua eum re satis congruit Epistolae stylus, quando scriptor παῤῥησίαν, qua usus sit, prope finem excusare videtur. — Caeterum in Versione Spanhemius, quem secutus sum, in utriusque Epistolae titulo posuit *Hecebolo*, quum antea vulgatum esset *Ecebolo*. Interpres gallicus in Notis ad Ep. XLIII. (quae apud eum signatur num. XXXVIII.) hasce litteras indignas esse declaravit, quae ab ipso verterentur.

L. 17. Πινδάρῳ μὲν ἀργυρέας εἶναι δοκεῖ τὰς Μούσας] Hinc in Pindaro (T. III. p. 132. ed. Heyne) positum est Fragmentum Incertum CVI. Dubitat ibi Schneiderus, num diserte Pindarus ἀργυρᾶς appellaverit Musas, an potius Julianus unum alterumve locorum spectaverit, ubi poeta in Musarum mentione metallum illud nominavit, e. g. Pyth. IX, 65: φωνὰν ὑπάργυρον. Isthm. II, 13: Ἀργυρωθεῖσαι πρόσωπα. Temere, ut solet, ablegat Tourletus ad Pyth. IX, 16. Ibi enim ἀργυρόπεζα, h. e. *argenteis pedibus instructa*, non ἀργυρέα legitur; et quidem ut Veneris, nec vero Musarum epitheton.

L. 18. εἰς τὸ τῆς ὕλης] Primo loco scribitur ἐς in codice H.

L. 1 *sq.* Ὅμηρος δὲ ὁ σοφὸς τόν τε ἄργυρον αἰγλήεντα λέγει, καὶ τὸ ὕδωρ ἀργύρεον ὀνομάζει] Neutrius dicti Homerum depre- Pag. 27.

hendimus auctorem.' Apud eum *αἰγλήεις* epitheton esse solet Olympi, v. c. Iliad. I, 532. Odyss. XIII, 243; nec autem argenti: *ὕδωρ* praedicatur quidem *ἄγλαον*, e. g. Iliad. II, 307. Odyss. III, 429. Epigr. nr. XXXVII, 7. (ed. Barnes.) et *λευκὸν*, Iliad. XXIII, 282. nusquam vero *ἀργύρεον*.

L. 3. *ἀκτῖσιν*] Accentum acutum exhibet cod. A. Conf. Obss. ad Ep. XVI. p. 227.

Ibid. αὐτῷ τῷ τῆς εἰκόνος φαιδρῷ] H. e. *argenteo nitore.* Nam *εἰκὼν* illud est, cum quo aquam comparasse modo dictus est Homerus; nempe *argentum.* Cod. H. male scribit: *αὐτὸ τὸ τ. ἐ. φαιδρὸν.*

Ibid. μαρμαρύσσον] Id verbum una cum altero *μαρμαρύζειν*, quod Julianus apud Cyrillum exhibet lib. X. p. 356, E., videtur insolentius esse forma *μαρμαρίζω.*

L. 4. *Σαπφὼ ἡ καλὴ*] Sic plane legitur apud Platonem Phaedr. p. 213. (ed. Heindorf.), Themistium Orat. II. p. 236, C; inversoque ordine *ἡ καλὴ Σαπφὼ* in Julian. Ep. XXX. p. 51. Jam in p. 173. observatum est, epitheton ex Atticorum elegantia nominibus inservire propriis; quare perperam utroque *Nostri* loco reddebatur: *pulchra Sappho.* Quod erroris genus et in Luciano regnat; e. g. Jov. Trag. c. 42. (T. VI. p. 275. ed. Bipont.): *ὦ καλὲ Τιμόκλεις, o pulcher Timocles.* Conviv. S. Lap. prope finem (T. IX. p. 85.): *ὦ καλὲ Φίλων, pulcher Philo.* Philop. post initium (T. IX. p. 237.): *ὦ καλὲ Κριτία, o pulcher Critia.*

L. 4 *sq. τὴν σελήνην ἀργυρέαν φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἀστέρων ἀποκρύπτειν τὴν ὄψιν.*] Non extat hodie inter Sapphus reliquias integrum istiusmodi dictum. Docuit Volgerus inter Sapphus Fragmenta hunc ex Juliano locum ponens sub numero CX., sententiam expressam quidem esse hisce Sapphus verbis ab Eustathio servatis ad Iliad. Θ, 551. p. 360, 43: *Ἀστέρες μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάναν ἀψ ἀποκρύπτουσι φαεινὸν εἶδος, ὁπόταν πλήθουσα μάλιστα λάμπῃ γᾶν.* sed ibi lunam simpliciter appellari *pulchram*, non, ut vult Julianus, *argenteam;* unde vir doctissimus aut Julianum esse falsum arbitratur, aut diversum in animo habuisse locum, ubi similia poetria dixerit. Facile, mea quidem sententia, Sappho lunam *ἀργυρέαν* in ejus loci nexu dixerit, quem Eustathius memoriae prodidit; ipsam vero sermonis partem, de qua quaeritur, pro re nata transierit Eusta-

thius. Occasione data notabo, quod nemo animadvertit; laudatam nempe Sapphus sententiam, auctore quidem celato, rursus ab Juliano adumbrari Orat. III. p. 109, C. ubi occurrit: *περὶ τῇ σελήνῃ πληθούσῃ οἱ διαφανεῖς ἀστέρες καταυγαζόμενοι κρύπτουσι τὴν μορφήν.*

L. 5. *Οὕτω καὶ θεοῖς*] Suspectus fit locus e codice H. sic tenente: *οὔτε καὶ ·.· θεοῖς* etc.

L. 6. *εἰκάσειεν ἄν τις πρέπειν*] Ita commode legitur in Edd. Petav. et Spanh. Incommode codices mei pro *ἄν τις* exhibent *εἰς σὲ*. quod malum et in Edd. Mart. insidet, ubi adjuncto quidem novo vitio locus ita repraesentatur: *εἰκάσειν. εἰς σὲ πρέπειν. Quare liceat mihi apud te argentum potius, quam aurum cum Diis comparare;* subjectis in Varr. Lectt. verbis hujusmodi: «Ald. *εἰκάσειεν.* Var. *εἰκάσειεν, ἄν τις πρέπειν.*» Unde proficere poterat Petavius. Is autem per incogitantiam commisit, ut in Notis exscripta Martinii lectione, quam in textu respuerat, id ipsum conjecturae specie adponeret, quod in textu jam ediderat. In emendatae scripturae commendationem observabo, simili verborum conformatione passim uti Julianum, e. g. Fragm. p. 290, B: *θαυμάσειε δ' ἄν τις.* Ep. XXXV. p. 57: *δικαίως ἄν τις ὑπολάβοι.* Ibid. p. 60: *εἰκότως ἄν τις προσθείη.*

L. 8 *sq.* *ὁ χρυσὸς ἐπὶ γῆς κρυπτόμενος*] Quum de occultando sermo sit, haud dubie legendum videtur *ὑπὸ*, licet omnes libri praepositionem agnoscant *ἐπὶ*, quae tamen in codice H. superpositis punctis et sine accentibus ita repraesentatur *ἐπι.* Conjunctim *ὅ τε ὑπὸ γῆς καὶ ἐπὶ γῆς χρυσὸς* in Juliano legitur Orat. II. p. 81, A. unde, vel tacente meo codice A., scribendum esset *ὑπὸ γῆς* in Orat. III. p. 120, C. ubi vulgatur: *τὸν ὑπὸ γῆν καὶ ἐπὶ γῆς χρυσόν.* Caeterum quod locus noster argentum tradit non in terra occultari, sicut aurum, id in scriptura vitium superesse indicat.

L. 10. *διαιτήματι*] Solus codex A: *διαιτήμασι.*

L. 10 *sq.* *οὐκ ἐμὸς ἴδιος, ἀλλὰ παλαιῶν ἀνδρῶν ὁ λόγος ἐστίν.*] Ut placitis suis auctoritatem conciliet, ejusmodi dicta frequentat Julianus, e. g. Ep. XXIV. p. 34: *οὐκ ἐμὸς ἴδιος οὗτος ὁ λόγος, ἀλλ' — — ἀνδρὸς σοφοῦ καὶ ἱεροφάντου.* Misopog. p. 358, D: *οὐκ ἔστιν ὁ λόγος ἐμός.* Orat. VI. p. 197, B: *ὅτι δὲ οὐκ ἐμὸς ὁ λόγος ἐστί.* quae verba redeunt Fragm. p. 299, C.

Cf. Creuzeri *Symbolik und Mythologie der alten Welt* T. I. p. 95. — Quinam antiqui scriptores eo, quem indicavit *Noster*, modo argentum auro anteposuerint, hactenus me fugit. Id inquirant uberioribus muniti subsidiis.

L. 11. Εἰ δὲ καί σοι] Cod. A. sine καί.

L. 12. ἴσον] Cod. A. praesenti loco scribit ἶσον. sed alibi cum aliis codicibus variat. Quum Editionum quoque perpetua sit in hujus vocis accentu inconstantia, constanter equidem acutum expressi, v. c. Epp. XL. p. 75. XLI. p. 76. ubi circumflexus vulgabatur. Qua de re non amplius monebitur.

L. 13. ἕτερον] Perperam ἑτέραν in cod. H. Contra probandum est ἑτέραν, quod offert codex meus A., in Juliano Ad S. P. Q. Athen. p. 268, B. ubi soloece vulgatur: προτιμᾶν ἑτέρας ἑτέραις. Emendata voce postrema, pro Genitivo habeas mediam.

Ibid. ἀργύριον] Conjiciebam ἀργυρέον. Sed libri minime variant.

L. 14. μηδὲ ὥςπερ τῷ Γλαύκῳ πρὸς τὸ ἔλαττον οἰηθῇς εἶναι] Alludit ad Homerum Iliad. VI, 234 sqq. ubi legitur:

Ἔνθ' αὖτε Γλαύκῳ Κρονίδης φρένας ἐξελέτο Ζεὺς,
Ὅς πρὸς Τυδείδην Διομήδεα τεύχε' ἄμειβε,
Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων.

Quem locum verbotenus adposui, ut reliqua *Nostri* loca, quibus minus aperte respicitur idem, in uno conspectu proponam. Sic Epp. XXIX. p. 50: μεγάλα ἀντὶ μικρῶν νομίζων ἀποδεδωκέναι. XLI. p. 77: ἀντιδιδόντες μικρὰ ἀντὶ μεγάλων, καὶ χαλκὰ χρυσῶν. Ad Themist. p. 260, A: τὸ δὴ λεγόμενον, χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων ἀντηλλάχθαι. Quam late in alios auctores manarint adlata Homeri verba, videre est in Erasmi Adagiis tit. *Diomedis et Glauci permutatio*, p. 835 sq. Primum illorum poetae versuum adumbravit Julianus scribens Orat. I. p. 30, C: οὐκ οἶδα παρ' ὅτου δαιμόνων ἐξαιρεθεὶς τὸν νοῦν καὶ τὰς φρένας. Ubi vero Γλαύκου τέχνη memoratur Orat. II. p. 67, C. diversa est ratio: quam explicant Paroemiographi sub illo titulo.

L. 15. ἴσως ἀργυρᾶ χρυσῶν ἀντέδωκεν] Quum Diomedes non argentea, sed *aenea* reddiderit arma, legendum esse suspicabar χρυσῶν ἂν ἀντέδωκεν, ut sententia foret: Si argentea fuissent Diomedis arma, non illa Diomedes forsitan pro aureis *dedisset*. Sed in vulgata scriptura libri conspirant. Videtur

igitur Julianum inconsiderate Homeri auctoritatem praeteriisse, dum ἀργυρᾶ scriberet. Quum autem de re certa loquatur, ἴσως non *forsitan*, ut Interpres expresserat, valere potest; sed ea potius gaudet significatione, quae ex usitata potestate adjectivi ἴσος prodit, i. e. *aequa lege:* pro qua notione vulgo dicitur ἀπὸ τοῦ ἴσου, vel, ut ipse Julianus scripsit Misopog. p. 359, C: ἐκ τοῦ ἴσου. Non erat argenteorum armorum par pretium, ac aureorum, sed, ut mox ostendetur, majus. Vocis ἴσως est significatio similis apud Lucianum Epp. Sat. c. 28. (T. IX. p. 32. ed. Bipont.) ubi legitur: ἡδὺ καὶ οὐκ ἀνιαρὸν ἴσως ἑκάτερον αὐτῶν. quae perperam vertuntur: *suave utrumque, et minime forte molestum.* Tu potius intellige: *Illorum unum est aeque suave commodumque ac alterum;* haud enim probari puto Solani ad eum locum conjecturam, qua ἴσως pro *saltem* acciperetur. Praeterea duo videntur esse Juliani loca, quibus adverbium illud per *forsitan* minime debebat exprimi. Alterius verba sunt Orat. I. p. 47, B. [p. 55. ed. Schaefer.]: διαφυλάξαι δὲ τὰ δοθέντα ἀγαθὰ δίχα φρονήσεως, οὐ λίαν εὔκολον· μᾶλλον δὲ ἀδύνατον ἴσως. ubi Wyttenbachius Animadvv. p. 72. [p. 223. ed. Schaefer.] spurium esse conjecit ἴσως, quod tamen a me collati tres codices cum omnibus Edd. tuentur. Alter locus ita legitur Orat. IV. p. 131, D: Ἔστι μὲν οὖν, εὖ οἶδα, χαλεπὸν, — — φράσαι δὲ ἴσως ἀδύνατον. In utraque sententia sic ab adjectivo ἴσος vim induit adverbium ἴσως, ut apud Latinos a voce *par* provenit *pariter*, in gallico sermone ab *égal, également*, germanice a *gleich, gleichfalls.* Ad eandem normam explicanda sunt Aristotelis verba Eth. Nic. l. IX. c. IX. §. 3: Ἄτοπον δὲ ἴσως. ubi adverbium ab Interprete neglectum est.

L. 17. τὰς αἰχμὰς οἱονεὶ μολίβδου δίκην ἐκτρέπειν] H. e. detorquere hastas, ut non magis perforare thoracem valeant, quam si plumbeae essent.

L. 17 *sq.* Ταῦτά σοι προσπαίζομεν] Familiaris *Nostro* dicendi formula, v. c. Epp. XXIV. p. 37: ταῦτά σοι παρ' ἡμῶν ἡ ἐπιστολὴ προσπαίζει. XXIX. p. 50: ταῦτά σοι Γαλλικὴ καὶ βαρβαρικὴ Μοῦσα προσπαίζει. Simpliciter προσπαίζεις, LIII. p. 104.

L. 18. τὸ ἐνδόσιμον] Vid. Obss. ad Ep. XLI. P. 77. lin. 5.

L. 19. εἰ τῷ ὄντι χρυσοῦ τιμιώτερα ἡμῖν δῶρα] Sic Edd. Codex uterque ἡμῖν post ὄντι collocat.

Pag. 28. *L.* 2. *πράττων*] Vitiose *πράττον* in Ed. Mart.

L. 3. *ἂν εἴπῃ τις*] Cod. H: *εἶποι*. male. Ut in aliis auctoribus, ita in Juliano haud pauca menda peperit confusio litterarum *η* et *οι*, praesertim in Optativis et Subjunctivis modis. Itaque Orat. IV. p. 134, B. ubi vulgatur: *εἴ τις — ὑπολάβῃ*, cum codice meo scribendum est *ὑπολάβοι*. Vicissim in Misopog. p. 370, D. ubi occurrit: *μή τις ὑπολάβοι*, e duobus meorum codicum *ὑπολάβῃ* legatur.

Ibid. *κάλλιον εἶναι κρίνεται*] Temere post *κάλλιον* in Ed. Spanh. et in cod. A. adjicitur *ἂν*, quam particulam e versu superiori descendisse suspicor.

EPISTOLA XX.

Extat haec in codicibus ADJ. et Mon.

L. 6. *Ἰουλιανὸς Εὐστοχίῳ.*] Sic Edd. cum cod. A. Reliqui tres codd. omittunt scriptoris nomen. De viro, qui salutatur, certi nihil compertum habeo. Libanii duae quidem epistolae inscribuntur Eustochio; cujus nominis aliquis et a Suida memoratur Cappadox ac sophista, qui tempore Constantis Imperatoris floruerit. Minime vero liquet, utrum diversis locis de uno cogitandum sit, necne.

L. 7. *Ἡσιόδῳ μὲν δοκεῖ*] Scilicet in *Ἔργ.* 342 sq. ubi sunt versus hujusmodi:

Τὸν φιλέοντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸν δ' ἐχθρὸν ἐᾶσαι.
Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν, ὅστις σέθεν ἐγγύθι ναίει.

L. 8. *ὡς συνησθησομένους*] Haec verba, salva quidem sententiae perspicuitate, desunt in codd. DJ.

L. 8 *sq.* *καὶ συναγωνιῶσιν*] Haec praetermittuntur in codice A.

L. 9. *ἀπροσδόκητος*] Codices DJ: *ἀπροσδόκητως*. male.

L. 9 *sq.* *ἐγὼ δὲ φημὶ τοὺς φίλους δεῖν καλεῖν*] Edd. cum cod. A. neglecto pronomine *ἐγὼ* scribunt: *φημὶ δὲ τοὺς* etc. Quum Juliano familiarissimum sit, quoties veterum sententiis opponit suas, uti verbis *ἐγὼ δὲ*, e. g. initio Epp. VIII. XVII. XVIII. XXI. scripturam adoptavi codicis Mon., quem ex parte probant codices DJ. tenentes: *ἐγὼ δὲ τοὺς φίλους δεῖν καλεῖν οἶομαι.*

L. 10. *οὐχὶ*] Sic codices dedere Mon. et DJ. Vulgatum erat *οὐ*, sicut est in codice A.

L. 11. *φίλον δὲ*] Post haec in codicibus DJ. et Mon. repetitur *ἐχθρὸν*, quod scholio deberi videtur.

L. 12 *sq.* *Ὅτι δὲ ἡμῖν οὐ μόνον νῦν*] Ita cod. A. cum omnibus Edd. Paulo diverse codices DJ: *ὅτι δὲ οὐ νῦν μόνον.* codex Mon.: *ὅτι δὲ ἡμῖν οὐ νῦν μόνον.*

L. 13 *sq.* *εὐνοϊκῶς ἔχων*] Pro *εὐνοϊκῶς* vitiose scriptum est *εὖνων* in codice Mon., et *εὔνως* in codicibus DJ. Ejus autem vocabuli usum improbat Phrynichus p. 56. Habet tamen Julianus Ad S. P. Q. Athen. p. 283, C: *εὔνως ἔχειν.* sed Orat. I. p. 7, A: *εὐνοϊκῶς ἔσχον.* Lucianus Amor. c. 46. (T. V. p. 309. ed. Bipont.): *εὐνοϊκῶς ἔχοντας.*

L. 15. *ἡμᾶς*] Perperam *ἡμῶν* in codice D.

Ibid. *διατεθεῖσθαι καὶ διακεῖσθαι*] Codex Mon. tantum *διατεθεῖσθαι* agnoscit. Alterum significat: adfectum *fuisse*, alterum: animatum *esse.*

L. 16. *τούτου σημεῖον*] Vitiose *τοῦτο* scribitur in codicibus D. et Mon. Cujus generis vitium tollendum est Orat. IV. p. 140, D. ubi vulgatur *τοῦτο τεκμήριον.* Lege *τούτου* cum codice meo A.

Ibid. *Ἦκε τοίνυν μεθέξων τῆς ὑπατείας αὐτός.*] Male *καὶ αὐτὸς* in codd. DJ. — Miraberis Imperatorem, si ad Consulatum suscipiendum vocare voluerit amicum, tam obiter et quatuor modo verbis id ei declarasse. Verbis tamen haud alius inest sensus. *Αὐτὸς* gravitatem auget. *Ipse* veni, ut praesens Consulatum ineas, non absens. De aestimatione, in qua per illam aetatem habebatur dignitas consularis, insignis extat locus Juliani Orat. III. p. 108, A. B.

L. 1. *ὁ δημόσιος δρόμος*] Articulus abest a codicibus DJ. De re vid. Obss. p. 219. Pag. 29.

Ibid. *ὀχήματι χρώμενον ἐνὶ*] Cod. J: *χρώμενος.* Vocabulum *ἐνὶ* deest in codicibus DJ. et Mon.

Ibid. *καὶ παρίππῳ*] « Meminit parhippi Julianus ipse ad Mamertinum rescribens lib. VIII. Codicis Theodosiani tit. V. lege XIV. his verbis: *Et quanquam quid sit parhippus et intelligere et discernere sit proclive, tamen, ne forte interpretatio depravata aliter hoc significet, Sublimitas tua noscat, parhippum eum videri et*

habendum esse, si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos solos evectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoveat. quae verba extant lib. XII. Cod. Justin. tit. LI. lege IV. Quem ad locum Bartolus et Alciatus *πάριππον* eum dici putant, qui praeter numerum veredorum, qui diplomate sive evectione permittitur, unum insuper usurpet; quod et Rescripti verba ipsa declarare videntur. Verum non potest ista vocabuli significatio ad hunc Juliani locum transferri: quippe nominatim in tractoria copiam facit Eustochio vehiculi unius et parhippi, quemadmodum et Ep. XXXI. ad Aëtium. Praeterea Theodoricus rex apud Cassiodorum lib. V. Ep. V. ad Manniam Saionem perspicue aliud esse parhippum docet, quam quod magni isti Jurisconsulti volunt. Nam ita scribit: *Et de illis quoque pari severitate censemus, qui supra evectionum numerum cursuales equos usurpare praesumunt. Parhippis quin etiam non ultra quam centum libras jubemus imponi.* quod et Ep. XLVII. libri IV. praeceperat. Quibus verbis liquet, parhippum neque eum appellari hominem, qui supra numerum evectione finitum cursualem unum usurpat, neque crimini perpetuo dari. Quocirca *πάριππον* interpretor equum singularem, qui praeter duos illos, quibus vehiculum trahitur, tertius adhibetur: cui, ut expeditior sit, supra centenas libras Theodoricus imponi vetat. Neque vero aliter in Juliani Rescripto illo utriusque Codicis vocem eandem acceperim. Quippe cum ita scribit: parhippum eum videri et habendum esse, si quis usurpato uno etc., sic intelligendum est, quasi diceret, parhippum esse veredum, qui extra ordinem commovetur. Nam ex facto ipso, quae sit nominis proprietas, explicare voluit; ut si quis, quid foenus esset exponens, ita loqueretur: Foenus est, si quis mutuo data pecunia supra sortem aliquid accipit: minime ex eo consequens sit, hominem ipsum, qui usuram capit, foenus appellari. Eodem modo parhippi usum interpretor in illa Juliani lege: sed ita tamen, ut, cum parhippus aliàs licitus fuerit, cum diplomate potestas ejus fieret, aliàs illicitus; de hoc posteriore mentionem lex ista faciat, priorem Juliani epistola contineat. » PETAV.

L. 2. *ἐπεύξασθαι*] Codices DJ. synonimum exhibent *προσεύξασθαι*. quod in Juliano legere non memini, quum alterum verbum redeat Orat. II. p. 92, B.

L. 2 *sq.* *τὴν Ἐνοδίαν εὐμενῆ σοι, καὶ τὸν Ἐνόδιον*] « Vide quae ad Themistii Orationem XIII. observavimus pag. 669. » Petav. — Ibi scilicet (vel, si Harduini editione utaris, ad Orat. IV. p. 54, A. hoc est in Notis p. 393.) Petavius locum hunc excitaverat, propositam in Themistio scripturam *Ἐνόδιος* commendaturus. Erant autem, ut ex Hesychio vir doctissimus ostendit, *Ὅδιος* et *Ἐνόδιος* cognomina Mercurii, tanquam *viae praesidis*: quo nomine a Romanis colebantur Hercules vel Sangus, aliquando etiam *Vius* dictus, et *semitales Dii*. De foeminina forma *Ἐνοδία* nihil quidem Petavius monuit; memorat autem *τὴν τῆς Ἐνοδίας τελετὴν* in Aegina celebratam Lucianus Nav. S. Vot. c. 15. (T. VIII. p. 168. ed. Bipont.); quem ad locum notavit Interpres (Ibid. p. 505.), illorum mysteriorum Pausaniam meminisse p. 72, 23. non quidem titulo *Ἐνοδίας*, sed *Hecates* tantum.

Ridicule Tourletus illa nomina personis convenire putat Juliano et Eustochio familiaribus. Ita enim interpretatur: *tu trouveras ta bonne Énodia, et avec elle Énodius, que nous avons fait venir ici tout exprès.* Tum Petavii notula, qua meliora doceri debebat, sic abutitur, ut homines illos a Themistio laudari dicat l. c.

L. 3. *παραπεκλήκαμεν*] Codices DJ: *παραπέκλημαι*.

EPISTOLA XXI.

Haec extat in codice A.

L. 7. *Καλλιξείνῃ.*] Cujus alibi non occurrit mentio. Constat ex Ammiano Marcellino lib. XXII. c. IX. §. 5. ibique collatis Libanii locis, Julianum illo tempore, quo contra Persas profectus per Phrygiam iter habuit, Pessinuntem deflexisse, ibique Matris Deûm (de qua in hujus Epistolae fine memoratur) delubra veneratum esse. Unde non sine veri specie Petavius arbitratus est in Notis ad Juliani Orationem V. init., eadem occasione sacris illius Deae restitutis esse praefectam Callixenam. Utique discitur ex Ep. XLIX. p. 92., sacra illa tunc temporis apud Pessinuntios admodum fuisse neglecta.

L. 8. *Χρόνος δίκαιον ἄνδρα δείκνυσι μόνος*] Vitiose *δίκαιος* in Ed. Petav. Verba sunt Sophoclis in Oedip. Tyr. v. 614. (ed.

Brunck.): unde provenisse videtur in Gnomicorum Sylloge p. 247. nr. 591. (ed. Brunck.) senarius hujusmodi: *Χρόνος δίκαιον ἄνδρα μηνύει ποτε.*

L. 10. *φησὶ*] Pervulgata formula, ubi *τὶς* subintelligitur. Vid. Schweighaeuseri Ind. Graecit. in Epictet. Diss. p. 472 sq. Quod dicendi genus, cum non intelligeretur, aliquot Juliano menda intulit. Vulgatur Orat. II. p. 98, C: *ἀπιστότερος τῶν λεόντων, οἷς οὐκ ἔστι, φησὶ πρὸς ἄνδρος Ὁμήρος ὅρκια πιστά.* quae parum commoda est structura. Posset quidem existimari, vocem Ὁμήρος e sede, quam prope verbum *φησὶ* tenuerit, fuisse trajectam; sed non minus probabile videtur, nomen proprium e scholio profectum esse; quo rejecto sic accipies *φησὶ*, ut nostro loco sumitur. Locus autem, quo alluditur, sic apud Homerum occurrit Iliad. XXII, 262: *Ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά.* quem versum usurpavit Lucianus Pisc. S. Rev. c. 5. (T. III. p. 119. ed. Bipont.) Rursus legitur Orat. VI. p. 189, B: *οὐ γάρ ἐστι Πλάτωνος ξύγγραμμα οὐδὲν, οὔτ' ἔσται.* Addit autem codex meus post Πλάτωνος verbum *φησὶ*, quod a primo Editore propter obscuritatem eliminatum fuerit, jam vero probandum ac adoptandum est, quum verba illa sint Platonis Epist. II. p. 707, F. olim a Wyttenbachio detecta Ep. Crit. p. 16. (p. 238. ed. Schaefer.)

L. 12. *καὶ οὐ φανεῖται πολὺν πάνυ τὸν μανδραγόραν ἂν ἐκπεπωκώς;*] Ita omnes tenent libri mei. Notum est proverbiale dictum *Bibere mandragoram;* quod Erasmus in Adagiis retulit p. 1376. ubi noster quoque locus cum aliqua lectionis diversitate hoc modo adscribitur: *οὐ φανῆται πολλὴν πάνυ μανδραγόραν ἐκπεπωκώς.* Sed haec sententia non, ut Erasmus voluit, in eos valet, qui cessant in officio dormitantque. Certe Julianus non pigrum, sed alucinantem innuit vel desipientem. Quam vim et Suidas altera hujusce glossae parte videtur confirmare: *Μανδραγόρας· ὑπνωτικὸς κάρπος ἢ λήθης ποιητικός.* Addam, quod nemo vidit, illo Suidae loco haec ipsa repraesentari Juliani verba sic expressa: *καὶ φανεῖται πολὺν τὸν μανδραγόραν ἐκπεπωκώς.* Caeterum uberrime de mandragora disputant interpretes ad Lucian. Tim. c. 2. (T. I. p. 331 sqq. et p. 477. ed. Bipont.) Quare hic subsistamus.

L. 14. *καὶ τὴν μὲν Πηνελόπην*] E codice particulam inserui *μὲν*, cui *δὲ* respondet in sequentibus. Iterum Penelopen et pluribus quidem verbis admiratur Julianus Orat. III. p. 112, D sqq. ejusdemque cum Imperatrice Eusebia comparationem instituit Ib. p. 110, C.

L. 15. *κινδυνευούσας δὲ τὰς εὐσεβεῖς ὀλίγῳ πρότερον*] Εὐσεβεῖς Deorum cultores appellat e more notato ad Ep. VII. p. 190. Intelligit varia periculorum genera, quibus e superiorum Imperatorum instituto circumventi Gentiles sollicitati erant, ut in christianae religionis gratiam deficerent a cultu Deorum. Minus recte vertebatur: *ante paucos dies ob pietatem de vita dimicantibus.*

L. 16. *ὅτι καὶ διπλάσιος ὁ χρόνος*] Penelopen si per viginti annos, ut Homerus auctor est, fidem erga maritum servasse putamus, tum profecto hic de quadraginta annis cogitandum erit, per quos spretis periculis in Deorum cultu permanserint illae, de quibus est sermo. At si ab anno 324, quo per Constantini Magni defectionem Gentilium religio detrimentum capere coepit, annos repetimus, simulque Julianum extremo vitae suae anno talia scripsisse censemus, ne sic quidem amplius triginta sex annis efficitur. Itaque meminisse oportet, Imperatorem nostrum historiam non scribere; ac si quid in familiaribus litteris minus accurate dixerit, venia dabitur.

L. 2. *τιμήσομεν τῇ ἱερωσύνῃ.*] Vitiose Petavius edidit *ἱερο-* Pag. *σύνῃ.* — Distinctionis signum, quod post haec verba posui, 30. planas reddit sententias, quae cohaerendo sermonem praestabant intolerabilem. Olim certe *τιμήσοντες* oportuisset scriptum: quod libri tamen omnes ignorant.

L. 3 *sq.* *τῆς μεγίστης Μητρὸς*] Quam bis appellat *Μητέρα τῶν Θεῶν* Ep. XLIX. fin. Confer Obss. ad praesentis Epistolae titulum atque finem.

L. 4. *ἐν τῇ Θεοφιλεῖ Πεσσινοῦντι*] Similiter *ἐν τῇ Θεοφιλεῖ Ῥώμῃ*, Orat. V. p. 161, B. et *κατὰ τὴν Θεοφιλῆ Ῥώμην*, Ep. LIX. p. 121. Nomen proprium tam in Edd., quam in codice praesenti quidem loco *Πεσινοῦντι* scribitur; sed assimilavi scripturam alteri loco Ep. XLIX. p. 92. Quae ratio cum Latinorum usu congruit, neque Graecorum exemplo caret; v. c. Herodian. lib. I. c. XI. In enarranda nominis origine jam olim variarunt

rerum scriptores, ut praeter Herodianum l. c. testatur Ammianus Marcellinus lib. XXII. c. IX. §. 7. qui tamen in id conspirare dicit auctores, ut ἀπὸ τοῦ πεσεῖν derivent, quod nimirum illo loco Deae figmentum coelitus lapsum sit. Sed si talis fuerit etymologica ratio, non duplicari debebat littera σ. Unice conveniret littera simplex; quam utique tenet Lycophronis Scholiastes, cujus locum attulit Valesius ad Ammianum Marcellinum l. l. Praeterea Herodiani elegantissimum interpretem Politianum video, vel contra scriptoris sui auctoritatem *Pesinunta* constanter exhibere. — Erat autem Pessinus vel Pesinus emporium Phrygiae satis celebre. Dea Pessinuntia multorum est nominum variaeque commendationis apud veteres. Scriptorum loca, quae ad illius historiam faciunt, pleraque collegit Elmenhorstius ad Arnobium in fine, et ad Minucium pag. 10. Adde Ger. Joh. Vossium in Theol. Gent. II, 52.

(Interpr. gall. p. 429.)

EPISTOLA XXII.

Haec extat in meo codice A.

L. 8. Λεοντίῳ.] Nihil obstare video, quo minus illum intelligamus Leontium, qui referente Ammiano Marcellino lib. XV. c. VII. §. 1. sub Constantio Praefectus Urbi fuit. Apud Libanium aliquot leguntur epistolae ad Leontium, qui forte non differebat a nostro. Suidas varios quidem ejus nominis viros recenset, quorum tamen nullus huc pertinet.

L. 9. Ὁ λογοποιὸς ὁ Θούριος] Sic Herodotum rursus appellavit Julianus in Fragmento, quod his Epistolis adjunctum est sub numero β'. p. 152. Herodotus proprie Halicarnasseus quibusnam e causis appellari possit Thurius, aperuerunt interpretes ad titulum illius Operum T. V. p. 3. (ed. Schweighaeuser.), ubi Wesselingius nostrum quoque locum attulit. Caeterum invita Minerva censuerunt Junius in Erasmi Adagiis p. 693. et Cognatus Ib. p. 1795., gemino *Nostri* loco per ignominiam Herodotum nuncupari λογοποιὸς, tanquam nugax et fabularum, non historiae, parens ac scriptor. Julianus non is est, qui cum contemtu veteres auctores memoret, quorum contra studiosissimus extitit imitator. Accedit quod Ep. XLII. p. 79. Herodotum inter

nobilissimos scriptores laudat, quibus Deos ait fuisse duces et auctores doctrinae, et Ep. XXIV. p. 32. scriptorem eundem ornat cognomento ὁ συγγραφεὺς, quod nihil certe derisionis habet. Nec omnino necesse est, ut vim vilipendendi ponamus in vocabulo λογοποιὸς, quod non solum pro fabularum scriptore, sed aeque pro Historico, imo quovis scriptore sumitur; ut exemplis multis ostendit Piersonus ad Moerin. p. 244. Ipsi, de quo *Noster* agit, historiarum auctori tribuit idem nomen Lucianus Macrob. c. X. (T. VIII. p. 119. ed. Bipont.), ubi occurrit: Ἡρόδοτος ὁ λογοποιός.

Ibid. ὥτα εἶπεν ἀνθρώποις ὀφθαλμῶν ἀπιστότερα] Herodoti dictum, quod fere in proverbium abiit, extat lib. I. cap. 8. verbis expressum istiusmodi: ὦτα γὰρ τυγχάνει ἀνθρώποισιν ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. quem ad locum Interpretes auctores indicant complures illud in usum vocantes. Idem agunt viri docti ad Lucianum Quom. Hist. Sit Conscr. c. 29. (T. IV. p. 507. ed. Bipont.) et De Salt. c. 78. (T. V. p. 481. ed. Bipont.) quo gemino loco *Noster* excitatur. Addam, Julianum et extra hanc Epistolam eodem allusisse, v. c. Orat. I. p. 37, C. ubi Wyttenbachius jam indicavit Orat. IV. p. 145, C. quo quidem loco vulgata lectione φασὶν veriorem existimo codicis mei scripturam φησὶν, cui suppletur τις. Conf. Obss. ad Ep. XXI. p. 250. Eodem spectasse videtur Orat. II. p. 56, B. ubi vulgatum est: οὐκ ἀκοῇ μόνῃ, ἥπερ δὴ τυγχάνει πίστις οὐκ ἀσφαλής. At ἥπερ esse scribendum in oculos occurrit. Postremo notare juvat, Erasmum in Adagiis tit. *Oculis magis habenda fides quam auribus* p. 610. ipsum nostrum attulisse locum, sed pessime scriptum: ἡ λόγος ποῖος ὁ Θούριος ὦτα etc. mireque versum: *Sermo quidam Thurius dixit, aures* etc. Quo non felicius in Ed. Cujac. positum est: Ὁ λόγος ποῖος ὁ Θούριος. *Proverbium quoddam tumultuarium.*

L. 13 *sq.* παρ' ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἷον τε ψεύδεσθαι] Haec verba Demosthenis esse Olynth. II. p. 8, A. (ed. Wolf.) recte notavit Wyttenbachius Ep. Crit. p. 35. (p. 254. ed. Schaefer.), qui et Aristidem illis uti declaravit Orat. Aegypt. p. 334. ubi legimus: ἔγωγ' οὖν ἤκουσα, τοῦτο δὴ τὸ τοῦ Δημοσθένους, ἀνδρὸς οὐδαμῶς οἷον τε ψεύδεσθαι.

L. 14. αὐτὸς ἑαυτοῦ κρείττων] Valde *Nostro* placuit hoc dicendi genus, quod aliunde illustravit V. C. Boissonade ad

Philostr. Her. p. 325. Sic Julianus Orat. VII. p. 235, B: *ἐπειρᾶτό με ποιεῖν ἐμαυτοῦ σωφρονέστερον.* Ad Themist. p. 264, D: *τίς αὐτοῦ γέγονε βελτίων ἰδιώτης ἀνὴρ;* Orat. I. p. 39, D: *αὐτοῦ γέγονε χαλεπώτερος.* quibus verbis nolim ex Editionum margine praemittere *αὐτὸς*, quod Schaeferus egit in sua istius Orationis editione pag. 47. Additamentum non solum in tribus meis codicibus deest, sed etiam in similibus Juliani locis, e. g. Caes. p. 309, D: *ἔδοξεν αὐτοῦ φαίνεσθαι σπουδαιότερος.* Ib. p. 327, C: *ὑπὸ δὲ τῆς φιλοποσίας ἀμβλύτερος ἑαυτοῦ πολλάκις ἦν.* quo quidem loco codices quatuor mei scribunt *πολυποσίας.*

L. 15. *περὶ τὸ ῥέξαι· φησὶν Ὅμηρος· χερσί τε καὶ ποσίν.*] In animo fuit Homer. Odyss. VIII, 148 sq.:

Οὐ μὲν γὰρ μεῖζον κλέος ἀνέρος, ὄφρα κεν ᾖσιν,
Ἢ ὅτι ποσσίν τε ῥέξῃ καὶ χερσὶν ἑῇσιν.

Similiter apud Pindarum Nem. X, 90. summa laus est: *Σὺν ποδῶν χερῶν τε νικᾶσαι σθένει.* it. Pyth. X, 36. Et Julianus Orat. I. p. 11, C. hoc nomine Constantium celebrat, quod omnes vicerit *ῥώμῃ καὶ τάχει καὶ τῇ τῶν ποδῶν κουφότητι.* — Vix est, quod moneamus; verbum *φησὶν* in ejusmodi allusionibus idem valere ac *ὥς φησιν.* Quam formulam alibi *Koster* expressit, v. c. Ep. XXIV. p. 40.

L. 17 *sq.* [*κουφοτέρα δέ ἐστιν αὕτη τῆς τῶν ἱππέων*]] Adsensi Wyttenbachio Ep. Crit. p. 35. (p. 254. ed. Schaefer.), qui haec et ultima praesentis Epistolae verba censuit indigna esse Juliano, et tanquam a glossatore profecta suasit inducenda. Codex tamen suspicionem nullam movet.

Pag. 31. *L.* 1 *sq.* *τῷ τῶν οἰκείων συντάγματι.*] *Domestici* quoddam appellabatur genus militum, quibus varia mandabantur munera. Illorum institutum ac ordines ex Ammiano Marcellino luculenter exposuit Wagnerus in Indice II. p. 459.

L. 2 *sq.* [*γίνονται δὲ ἀπὸ τῶν ὑπλοφορησάντων οὗτοι καὶ στρατευσαμένων.*]] Vide notam antepenultimam. In oris Editionum adnotatur: «γρ. *ἀποφλορησάντων.*» quod utique vocis portentum in codicis contextu deprehendi. — «Symmachus Ep. LXVII. libri III.: *Hujusmodi quippe veteranis praerogativa debetur, ut illis Protectorum dignitas, tanquam pretium longi laboris, accedat.* Vide Procopium in Ἀνεκδότοις pag. 106.» Petav.

EPISTOLA XXIII.

Haec extat in codicibus ADGJ. et Voss.

L. 7. Ἑρμογένει Ἀφυπάρχῳ Αἰγύπτου.] Mediam vocem ex Ed. Spanh. adoptavi, quae tamen ob errorem typothetae Ἀφοπάρχῳ tenet. Ante Spanhemium ὑπάρχῳ vulgabatur; quod minus est probabile, quum *Ecdicio* tunc temporis commissa esset Aegypti Praefectura, sicut ex Juliani epistolis ad illum datis constat. Vocabulum autem ἀφύπαρχος, quod nusquam alibi deprehendi, facile significabit id, quod in Versione Spanhemius expressit. E contextu satis veri simile fit, illum, cui scribitur, gratia excidisse Constantii; quare a Praefectura poterit amotus fuisse. Extitisse autem sub Constantio Hermogenem ὕπαρχον, testis est Sozomenus IV, 24. Hunc autem Hermogenem, quem loco nostro velim intelligi, cave ne cum altero confundas tunc temporis illustrissimo, qui apud Ammianum Marcellinum lib. XIX. c. XII. §. 6. *Ponticus* cognominatur atque praefectus Praetorio Orientis fuisse traditur. Is enim, ut ex eodem scriptore discimus lib. XXI. c. VI. §. 9., jam defunctus est, quum in vivis adhuc esset Constantius: haec autem epistola post obitum Constantii data est. — Restat, ut aperiam, in codicibus meis non quidem inveniri lectionem Spanhemianam, sed aliquo modo commendari. Scilicet cod. A. tenet: ἀποὔπάρχῳ. Codd. DJ: ἀπὸ ὑπάρχων: quorum tamen prior novo errore Ἑρμογένους exhibet. Cod. G. simpliciter inscribit Ἑρμογένει.

L. 8. Δός μοι τὶ κατὰ τοὺς μελικτὰς εἰπεῖν·] Fide codicum AGJ. inserui τὶ, pro quo scribitur τὸ in codice D. Vocabulum μελικτὰς, quod in universis Edd. extat, sed in codicum nullo meorum ita scribitur, vellem declarassent Editores, utrum e manuscriptis libris, an e conjectura dederint. In oris duarum Editionum duplex occurrit lectionis varietas; nimirum in Petav. «γρ. μελητὰς» et in Spanh. «γρ. μελιτὰς», quorum utrumque nihili est. Prius equidem in codice A. plane sic exaratum, atque in codice G. diverso accentu μέλητας scriptum inveni, sequente quidem in utroque libro voce ῥήτορας, cujus originem conjectura assequimur: posterius non exhibent quidem, sed innuere videntur codices DJ. hiulce tenentes: μελι εἰπεῖν. quae tamen scriptura vulgatae quoque lectioni poterit esse praesidio.

Quod si parva lacuna mihi fuisset explenda, forte posuissem *μελικοὺς*, ut occurrit Ep. XXIV. p. 40: *Σιμωνίδῃ — — τῷ μελικῷ*. Similis est scripturae fluctuatio apud Lucianum Amor. c. 30. (T. V. p. 292. ed. Bipont.), ubi in sententia de Sappho libri variant inter *μελιχρὸν*, *μελίχρουν*, *μελοποιὸν*, quorum nullum defensoribus caruit. — Caeterum quinam illi sint, quos intelligit Julianus, mihi hucusque incompertum est. Forsan in sequentibus non ipsa laudatur alicujus scriptoris sententia, sed in universo tantum poetarum dicendi genus affectatur, quippe qui per exclamationes amant vehementes animi motus ostendere. Elatius omnino dicendi genus Vocativi spirant sic initio positi, nec non iterata verba *παρ' ἐλπίδα*.

L. 9. *ὅτι διαπέφευγας*] Ita pro vulgato *ὅτι δ' ἀπέφυγον* scripsi cum codicibus meis AG. et alio, qui in Petavianis Notis indefinite *Vetus* appellatur. Secundam personam flagitabat sententia; scriptorem enim de amici, non de sui ipsius salute laetari, perspicue sub Epistolae finem declaratur verbis *ὅτι διασώθης ἀκηκοώς*. Minime repugnat, quod antecedenti versu dictum est *ᾧ σεσωσμένος ἐγώ*. Nam ibi verbum *σώζειν* latiori eo sensu accipitur, quo generatim *felicem reddere* valet, illoque igitur loco sigillatim *angorem animo excutere*. Novae lectioni favet corrupta codicis Voss. scriptura *διαπίφευγνας*, et altera *δ' ἀπέφευγας*, quam tenent codices DJ.

L. 9 *sq. οὔτι μὰ Δία τὴν πολυκέφαλον ὕδραν, οὐ τὸν ἀδελφόν φημι Κωνστάντιον·*] Bene sic in Ed. Spanh. legitur, quam in praecipuis momentis probant codices mei. Perperam ante Spanhemium aberat particula *οὐ*, quam omnes mei codices agnoscunt; et pro verbo *φημι*, quod a duobus AG. defenditur, vulgabatur *μου*, abs quo parum dissentiunt DJ. scribentes *μοι*. Tali autem ratione efficiebatur, ut *Constantium* hydram multorum capitum appellaret Julianus; quem id vere dixisse hoc ex loco tradiderunt Barthus in Advers. lib. III. cap. 12. Havercampus ad Tertulliani Apologet. p. 436. At cur tam insigne convicium in antecessorem suum jactasset *Noster*, ubi remota potius ab eo culpa familiares illius insimulat? sicuti praeterea fecit in Misopog. p. 357, B. ubi de rapacitate memorat Constantii, *vel potius amicorum ejus*. — *Πολυκέφαλον ὕδραν*, pro qua *τρικέφαλον ὕδραν* in codicibus Voss. AG. legitur, dici puto ex imitatione cujuspiam

poetae, qui eum, quem canebat, effugisse talem perhibuerit. Spanhemius, emendato textu, Versionem vitiavit, minime vim intelligens particularum *οὔτι... οὐ*, quae v. c. apud Herodotum usurpantur VIII, 98.

L. 11. *ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ἦν*] Primum vocabulum, quod in sola Spanh. Ed. vulgatum est, ab omnibus meis codicibus probatur praeter unum G. scribentem: *ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἦν.*

L. 11 *sq.* *τὰ περὶ αὐτὸν θηρία*] Perditos illos homines intelligit, qui Ep. [XXV.] p. 42. vocantur *τὴν γνώμην βάρβαροι καὶ τὴν ψυχὴν ἄθεοι, οἱ τὴν τούτου* (scil. *Constantii*) *τράπεζαν ἑστιώμενοι*, ibique etiam pravorum consiliorum Constantio auctores fuisse dicuntur. Cur appellentur *θηρία*, facilis est aestimatio.

L. 12. *πᾶσιν ἐποφθαλμιῶντα*] Ambo verba desunt in cod. G. — Ed. Mart. cum codd. meis DJ. scribit *ἀποφθαλμιῶντα*, quod inusitatum videtur. Synonimum Ἐποφθαλμίσας apud Suidam explicatur per *φθονήσας, ἢ ἐπιθυμητικῶς ἐπιβαλών.*

Ibid. *χαλεπώτερον*] Codices DJ. vitiose *χαλεπώτερα.*

L. 13. *ὄντα πᾶσι πρᾷον*] Sic Ed. Spanh. cum codice A. Perperam codices DGJ: *ὄντα καὶ πᾶσι πρᾷον.* Nullus igitur codex *τοῖς πᾶσι* scribit, quod in Editionibus expressum est ante Spanhemium praestitis. Haud tamen inepta est illa scriptura, quum *τοῖς πᾶσι* videatur idem valere, ac si diceretur *κατὰ πάντα*, h. e. *omni ex parte, vel prorsus.* Sic in Singulari *τῷ παντὶ* legitur apud *Nostrum* Orat. III. p. 108, C. Ad Themist. p. 253, D. — Caeterum in hominum judicia quantum tempora valeant, id apprime declarat hujus loci collatio cum Orat. III. p. 114, C. ubi Julianus, praesente scilicet Constantio, praedicavit eundem *πρᾷον ὄντα φύσιν τὸν βασιλέα καὶ χρηστὸν καὶ εὐγνωμονα* vel cum ejusdem Orationis loco superiori p. 109, A. quo eundem illum laude extollit *βασιλέως ἀνδρείου, σώφρονος, συνετοῦ, δικαίου, χρηστοῦ, καὶ πράου καὶ μεγαλοψύχου.* vel cum Orat. II. p. 100, A. ubi *σφόδρα ἀγαθὸν καὶ διαφερόντως πρᾷον* appellavit Constantium. Si aliorum illius aetatis auctorum judicia, quibus Constantio laus humanitatis clementiaeque modo tribuitur, modo detrahitur, perlustrare libeat, dux erit Spanhemius in Observatt. ad Juliani Orationem I. p. 82.

Ibid. *ἐδόκει πόλλοῖς*] Ita duo codd. cum universis Edd. Inverso ordine *π. ἐ.* scribitur in codice G. Perperam *ἐδόκει πολὺς* in codice D.

L. 14. *ἐπειδὴ μακαρίτης ἐγένετο*] Docuit Timaeus in Lex. Plat. p. 59: *τοὺς ἀποθανόντας Μακαρίτας ἔθος καλεῖν.* quem ad locum Ruhnkenius notavit, istam vocem ejusmodi sensu frequentissimam esse apud christianos scriptores, rariorem apud veteres auctores cultui Deorum addictos. Interea *Noster*, praesertim de Constantio loquenti, nihil familiarius est, quam epitheton illud usurpare, v. c. Epp. XXVI. p. 43. XXXI. p. 52: *τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίου.* LVIII. p. 110: *ὁ μακαρίτης Κωνστάντιος.* Orat. VII. p. 223, D: *τὸν μακαρίτην Κωνστάντιον.* Ad S. P. Q. Athen. p. 271, A: *τὸν μακαρίτην ἀδελφὸν ἐμὸν Γάλλον.* Ib. p. 274, B: *ἡ μακαρίτις Εὐσεβία.* Adfini vocabulo *τὸν μακαριώτατον Κωνστάντιον* dixit Ep. X. p. 14. Num Julianus aliquid ironiae dedit, ubi Christianis epitheton tribuit illorum usu tritum?

L. 14 *sq.* *κούφη γῆ· καθάπερ λέγεται·*] E praescripto consentientium codicum exhibui *λέγεται*, quum vulgatum esset *λόγος.* Caeterum in codice D. corrupte scribitur *κούφη γ' οὖν.* Solemnem in funeribus precationem *Κούφη γῆ τοῦτον καλύπτοι*, quam Suidas refert vulgi sermone tritam fuisse, demonstrari hoc ipso loco notavit Kirchmannus De funeribus Romanorum lib. III. c. 9., ubi ritus, quo humato cadaveri *terram levem* precabantur, ex instituto dilucidatur. Erasmum non satis mirari possum in Adagiis tit. *Terra volat* p. 42., ubi adlatum illud ex Juliano proverbium alteri exaequat: *ἡ γῆ ἵπταται.* quod quidem de re usurpatur, quae nullo pacto fieri potest. Non tacebo, apud Erasmum cum articulo scriptum esse *καθάπερ ὁ λόγος.* Pari tamen jure defuerit articulus. Sic Aelianus Var. Hist. VIII, 6: *ὃς λόγος.*

L. 15. *οὐκ ἂν ἐθέλοιμι*] Particulam *ἂν* ignorat codex A. qui rursus eandem Optativo detrahit Ep. XXX. fin.

L. 17. *δικαστήριον ἀποκεκλήρωται.*] Judicium hoc, quod in suos et Galli fratris inimicos instituit Julianus, simul ac vita Constantius excesserat, accurate describitur ab Ammiano Marcellino lib. XXIII. c. 3. tam nomina, quam acta judicum recensente. — In codicibus DGJ. desunt aliquot hujus loci verba,

ita ut, nullo quidem expresso defectus indicio, cohaereant illa *δικαστήριον ἐπείχθητι*, unde nascitur absurda vel potius nulla sententia. Martinius eum errorem secutus est, adlatis tamen in Varr. Lectt. caeteris contextus partibus. Is, qui exaravit codicem G., emendare voluisse videtur scribens *εἰς τὸ δικαστήριον ἐπείχθητι*. Sed haec incommoda est sententia. Lectionem, quam post Petavium et Spanheimium exhibui, defendit codex A.

Ibid. *πάρει*] Pessime in omnibus Edd. et codd. legitur *παρεὶς εἶ*, quod ortum fuerit mendum ex imperita junctione duarum scripturarum, quarum altera vitiosa *παρεὶς*, altera *πάρει*, i. q. *πάρι θι*.

L. 1 *sq.* *θεάσασθαι γάρ σε πάλαι τε ηὐχόμην*] Sic Ed. Pag. Spanh. et cod. G. Reliquae Edd. duoque codices DJ. carent [32] verbis *πάλαι τε*. Tum cod. A. scribit *εὔχομαι*. Cod. D: *ηὐχομένην*. vitiosissime.

L. 2. *εὐμενέστατα*] Cod. G: *εὐμενέστατε*.

Ibid. *διεσώθης*] Cod. D: *διεσώθην*. pessime.

(Interpr. gall. p. 401.)

EPISTOLA XXIV.

Haec extat in meo codice A. et in Vossiano.

Si qua alia, tum hac Epistola desipit Julianus. Fatigamur singulari adfectatione per totas litteras diffusa, praesertim nimia in disputando subtilitate, quae alteram fere dimidiam partem, ubi numerorum exponitur natura, reddit obscuriorem. Interim auctoris placita tot veterum scriptorum testimoniis adfirmantur, ut sophisticum fucum et ridiculam eruditionis ostentationem fastidias. Quid enim in re levi excitantur Homerus, Herodotus, Aristophanes, Hippocrates, Aristoteles, Theophrastus, Pindarus, Simonides? Itaque libenter adsentiam Spanhemio, qui Praefat. ad Juliani Opp. p. XXXIV. nullo quidem adhibito argumento pronunciat, epistolam ad Sarapionem (cum paucis aliis) a privato adhuc Juliano, ideoque infra vicesimum quartum aetatis annum, compositam esse.

L. 7. *Σαραπίωνι τῷ λαμπροτάτῳ.*] Epitheton praeter consuetudinem adjectum. Sarapion ille poterit intelligi, qui auctore Suida T. III. p. 284. rhetor fuit Alexandrinus, scripsitque *de*

vitiis Declamationum. Ad talem enim commode dicerentur, quae in Epistolae fine legimus. Quod autem ille, referente Suida, panegyricum in Adrianum composuit, id minime cogere videtur, ut eum Adriani temporibus floruisse censeamus; quidni longe superioris aetatis Imperatorem celebrasset, ut stylum exerceret? Fortasse panegyricum illum in animo habuit Julianus, ubi verbis incipiebat: Ἄλλοι μὲν ἄλλοις τὰς πανηγύρεις νομίζουσιν.

L. 8. πανηγύρεις] Cod. A: πανηγύροις. vitiose. Notionem ac usum vocabuli praeter H. Stephanum in Thes. aperit cel. Heyne in Opusc. Acad. T. VI. de veterum Panegyricis ex instituto disserens. Cujus teneamus verba hujusmodi p. 85: *Cum rhetores in hominum non modo circulis, sed conventibus, interdum in ludorum ut Olympicorum celebritate verba facerent; ipsi coetus* πανηγύρεις *nomen fecere panegyrico: ut proprie eo nomine dicerentur orationes omnis generis in solemni coetu habitae a sophistis Graeciae et Asiae urbes peragrantibus, ostentandae artis et quaestus faciendi causa.*

L. 9. τὰς μακροκέντρους] Edd. omnes cum codice vocem nihili tenent μακροκέντους. Miror Spanhemium a correctione abstinuisse, quae superioris editoris acumen haud fugerat, ut ex hac ejus nota constat: « Varia potest esse vocabuli hujus acceptio. Interpres *oblongas* vertit, quod haud scio an rectum sit. Suspicabamur ab eo, quod est κέντρον, μακροκέντρους appellari, quae longiori sunt pediculo: κέντρον enim paulo post pediculum vocat. Plinius vero lib. XV. cap. 18. inter ficuum genera porphyritidas nominat, longissimo pediculo. » Haec Petav. — Emendatio, quam et Schneiderus in Lexico suasit, extra dubium ponitur inferioribus Epistolae verbis p. 36. ubi ficuum in laude refertur, quod ἐπιμήκεσι τοῖς κέντροις, *οἷονεὶ καλόκορυν δίκην ἀπήρτηνται.*

L. 11. Ἀριστοφάνει μὲν οὖν δοκεῖ] Ubi ejusmodi quid Aristophanes declararit, mihi hucusque incompertum est. Nominat quidem Aristophanes in Pluto vs. 1122. (T. I. p. 290. ed. Brunck.) ἰσχάδας, ita, ut earum nomen postpositum sit vocabulo μέλι; unde dici quodam modo posset, e gradationis lege ficus a poeta melli praeferri: sed ea non explent adlatam ab Juliano sententiam. Caeterum scriptura loci videtur esse certa. Edd. nihil variant; quod autem in codice pro vicinis verbis τῶν

ἄλλων incommode legitur *εἶναι*, id mera est ex eodem versu repetitio.

L. 14. *Ἡροδότῳ δὲ*] Cujus laudata verba extant lib. I. cap. 73. suntque Lydi cujusdam Croesum ab expeditione contra Persas avertere conantis. Extensius, quam apud Julianum, idem Herodoti locus adfertur ab Athenaeo lib. III. c. XV. (T. I. p. 310. ed. Schweighaeuser.) Neutrubi mentionem *Nostri* fecerunt interpretes.

L. 1. *οὔτε ἔτι πάντως ἀγαθοῦ δέοντος, παρ' οἷς ἂν τὸ σῦκον.*] Sic Edd. omnes. In codice perperam scribitur: *οὔτε ἔχει πάντως ἀγαθοῦ, παρ' οἷς ἂν καὶ τὸ σῦκον.* Pag. 33.

L. 1 *sq.* *Ὅμηρος δὲ ὁ σοφὸς*] Ubi ficus cum aliis fructibus memorat illasque dulces appellat Homerus, est locus Odyss. VII, 115 sq.:

Ὄγχναι καὶ ῥοιαὶ, καὶ μηλέαι ἀγλαόκαρποι,
Συκαί τε γλυκεραὶ καὶ ἐλαῖαι τηλεθόωσαι.

Qui versus redeunt ib. XI, 589.

L. 4. *καὶ τὸ μὲν μέλι χλωρὸν καλεῖ*] Scilicet Odyss. X, 234. ubi occurrit:

Ἐν δέ σφιν τυρόν τε καὶ ἄλφιτα καὶ μέλι χλωρὸν
Οἴνῳ Πραμνείῳ ἐκύκα.

Caeterum ubi statim negat Julianus, melli dulcedinis laudem a poeta tribui, reus a nobis fiet. Homerus enim diserte *μέλιτι γλυκερῷ* scripsit Odyss. XX, 69.

L. 6. *ὥςπερ τῷ νέκταρι*] Dulce nuncupatur nectar in Iliad. I. versu hoc 598:

Ὠινοχόει, γλυκὺ νέκταρ ἀπὸ κρητῆρος ἀφύσσων.

L. 7 *sq.* *Καὶ μέλι μὲν Ἱπποκράτης φησὶ καὶ γλυκὺ τὴν αἴσθησιν, καὶ πικρὸν εἶναι πάντως τὴν ἀνάδοσιν,*] «Etsi non verbis, re ipsa tamen et sententia id ipsum libro de Internis Affectionibus [Opp. T. II. p. 84, A. ed. Mercurialis.] scripsit Hippocrates, sed de cocto. *Τὸ μὲν γὰρ μέλι τὸ ἑφθὸν, καυματῶδές ἐστι, καὶ προσπλάσσεται τῇ κοιλίῃ. ἔπειτα ὁκόταν κατεψηθῇ ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀναζέεται, καὶ ἐξαπίνης ἡ γαστὴρ ἀείρεται καὶ πίμπραται καὶ δοκέει διαῤῥήσσεσθαι. Mel coctum aestuosum est, et ventri adhaeret. Postea, quum concoctum fuerit in ventre, effervescet; et venter derepente attollitur et ardet ac dirumpi videtur.* Haec attuli, ut intelligeretur quod sit apud Julianum

πικρὸν τὴν ἀνάδοσιν. Non enim audiendus Interpres, qui vertit *odore amarum*. Ἀνάδοσις *cibi confectio* est ac *digestio*, sive per omnes corporis partes alimenti distributio. Galenus libro III. De facultate alimentorum, capite De melle, [i. e. cap. XXIX. med. Opp. T. VI. p. 740. ed. Kühn.] scribit; mel suapte natura esse λεπτομερὲς, *tenue*, ac ventrem insita quadam acrimonia proritare, ante ut egeratur, quam percoqui digerique possit. Τοῦτο οὖν ἀφαιροῦντες αὐτῷ, πρὸς ἀνάδοσίν τε καὶ πέψιν ἐπιτηδειότερον ἐργαζόμεθα. *Hoc igitur detrahentes ipsi ad digestionem et concoctionem aptius reddimus.* Id vero aquae mistione et utriusque coctione perfici. Tum enim, ubi despumaverit, ἀναδίδοται οὐ βραδέως. » Petav. — Pro necessitate vocis ἀνάδοσις, cujus vim praeeunte H. Stephano in Thes. Petavius exposuerat, versionem emaculavit Spanhemius. Utinam et in graeco textu typothetae σφάλμα sustulisset, quo scriptum erat in Ed. Petav. ἀνάδοσιν. Vicino loco peccat codex meus, pro verbis καὶ πικρὸν exhibens ἢ πικρὸν. — Caeterum, quod nemo vidit, iste servatur Juliani locus apud Suidam voc. Μέλι. ubi paucis mutatis ita delibatur: Μέλι· τοῦτο γλυκὺ μὲν ἐστι τὴν αἴσθησιν, πικρὸν δὲ τὴν ἀνάδοσιν. Χολῆς δὲ ποιητικὸν αὐτό φασιν εἶναι, καὶ τρέπειν τοὺς χυμοὺς εἰς τοὐναντίον τῆς γεύσεως. Ὃ δὴ καὶ μᾶλλον τῆς ἐκ φύσεως αὐτοῦ πικρότητος κατηγορεῖ τὴν γένεσιν.

L. 10. σύμπαντες] Cod. ξύμπαντες. Conf. Obss. ad Ep. XXXV. P. 62. lin. 10.

L. 11. φύσεως] Perperam in codice φάσεως.

L. 12. κατηγορεῖ τὴν γένεσιν.] Julianus in animo habuisse videtur, quod alibi pronunciavit, mel ex acerrimis herbis parari. Verba sunt Orat. VIII. p. 241, A: Ἐπεὶ καὶ τὴν μέλιτταν ἐκ τῆς δριμυτάτης πόας περὶ τὸν Ὑμεττὸν φυομένης, γλυκεῖαν ἀνιμᾶσθαι δρόσον καὶ τοῦ μέλιτος εἶναι δημιουργόν.

L. 14. Σῦκον δὲ οὐκ αἰσθήσει μόνον ἡδὺ,] « Vide Galenum De aliment. facult. [lib. II. c. VIII. hoc est Opp. T. VI. p. 570 sqq. ed. Kühn.] et Athenaeum lib. III. [cap. XVI. hoc est T. I. p. 310. ed. Schweighaeuser.] » Petav.

L. 16 *sq.* ὥστε καὶ ἀλεξιφάρμακον αὐτὸ παντὸς ὀλεθρίου φαρμάκου φησὶν Ἀριστοτέλης εἶναι·] Quamquam Aristoteles haud raro de ficubus memorat, istiusmodi tamen locus me latet.

Nec eum detexit amicus Zellius, Ethicorum Aristotelis editor doctissimus, quem his in angustiis consului. — Tam ex his quam illis verbis, quae praecedens notula sistit, suum locum concinnasse videtur Suidas voc. Σῦκον (T. III. p. 392.); ubi verba sunt: Τὸ σῦκον καὶ μόνον ἀλεξιφάρμακόν ἐστι. Quare non opus est, ut ibi e Kusteri sententia legatur μόρον, vertaturque: *ficus et morum remedia sunt adversus venena.* Id quod ex parte jam vidit Toup Emendd. in Suidam P. III. p. 449.

L. 18. τῶν ἐδέσματων] Haec desunt apud Martinium solum.

L. 19. ἐπιτραγηματίζεσθαι, καθάπερ] Interposito his verbis puncto majori perperam dijungebantur sententiae, quarum posterior nequit absolute posita tolerari.

L. 1. ταῖς τῶν βρωμάτων ἀδικίαις περιπτυσσόμενον.] Participium non pro Medio, sed pro Passivo habendum esse bene monuit Hemsterhusius ad Lucianum Dial. Mort. nr. XX. c. 2. (T. II. p. 503. ed. Bipont.) Tota tamen sententia tortuose videtur expressa. Pag. 34.

L. 1 *sq.* Καὶ μὴν ὅτι θεοῖς τὸ σῦκον ἀνάκειται] Sigillatim Mercurio sacra habebatur ficus, quam si quis reperisset, ei Deo suspendebat. Vid. Proverbia Graecorum E Suid. XII, 96. Olim praesenti adscripseram loco: *Vide Toupii Curas Novissimas in Suidam T. I. p.* 108. Dehinc autem fieri non potuit, ut eum librum recuperarem. Quare feliciores invitatos velim, ut ipsi videant, quid acutissimi viri doctrina circa hunc locum praestiterit.

L. 6. Θεόφραστος δὲ ὁ καλὸς] « De ficubus et earum insitione Theophrastus lib. II. Hist. Plant. cap. I. et VII. nec non lib. I. De Caussis, cap. VI. » Petav.

Ibid. παραγγέλμασι] Cod. παραγγέλματι.

L. 7. γενέσεις ἐκτιθεὶς] In Ed. Spanh. et in codice meo scribitur ἐντιθεὶς, cui ex antiquioribus Edd. verbum substitui latino respondens *exponere.* Sic Julianus apud Cyrillum lib. I. p. 39, A: Καλῶς ἔχειν μοι φαίνεται τὰς αἰτίας ἐκτίθεσθαι πᾶσιν ἀνθρώποις.

L. 12. ἐμφυῆ γονὴν] Vocabulum ἐμφυὴς e rarioribus esse videtur, ut ex hoc loco in Schneideri Lexico relatum. Certe non redit apud *Nostrum.* Contra vox ἀγλάϊα, quae praeter finem periodi duobus hujus Epistolae locis repetitur p. 34. p. 36.,

e nobilioribus est vocabulis, poetis ut plurimum usitatis. Vid. Creuzerus ad Plotin. De Pulcr. p. 333 sq.

L. 18 *sq.* ὥςτε φησὶ καὶ Ὅμηρος] Scilicet Odyss. VIII, 120 sq.:

Ὄγχνη ἐπ' ὄγχνῃ γηράσκει, μῆλον δ' ἐπὶ μήλῳ,
Αὐτὰρ ἐπὶ σταφυλῇ σταφυλὴ, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

Quos versus in unum conflatos ita refert Diogenes Laertius in Vita Aristotelis:

Ὄχνη ἐπ' ὄχνῃ γηράσκει, σῦκον δ' ἐπὶ σύκῳ.

L. 20. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων] Particulam οὖν ignorat codex meus.

Pag. 35. *L.* 2. τῶν ἄλλων καρπῶν ἐστὶ μονιμώτερον.] In oris Editionum adnotatur: « γρ. νομιμώτερον. » quod profecto scriptum invenimus in codice. Solemnis est similium permutatio, v. c. Ad Themist. p. 257, D. ubi laudantur τὰ τοῦ Πλάτωνος ἐκ τῶν Θαυμασίων Νόμων, inepte codex idem tenet μόνων. Ibid. p. 261, C. pro vulgato νόμος in eodem codice sicut in Vossiano perperam occurrit μόνος.

L. 6 *sq.* ὑπ' αὐτοῦ τοῦ παρ' ἡμῖν ἡττᾶσθαι,] Bene sic Edd. omnes. Minus recte codex meus: ὑπ' αὐτοῦ πρὸς τὸ παρ' ἡμῖν ἡττᾶσθαι.

L. 8 κρατοῦν μὲν, ὡς εἰκὸς,] « For. οἷς εἰκός. » Petav. — In voce ὡς nihil mutant codices; neque mihi dubium est, in aliis verbis insidere vitium, quod hanc sententiam inquinat. Nihil variant Edd., nisi quod Spanhemius pro inepta particula καὶ alteram induxerit μὲν, quam codex meus probat; hoc tamen non sufficit. Totum locum in vitio cubare vel e manuscriptis libris intenditur; nam in codice meo Participium κρατοῦν una cum sequenti νικῶν per tertium casum flectitur, ut sonet κρατοῦντι, νικῶντι; posteriusque verbum et in Vossiano codice sic exhibetur. Ego vero, sive hanc sive vulgatam considerem scripturam, impar mihi videor explicandae huic periodo, quam acutiorum conatibus relinquo. Videant illi, an praecedenti versu vox ἐγκρίσει contra librorum auctoritatem corrigenda sit in ἐγκεντρίσει, h. e. *insitione?*

L. 11. τὸν τῆς ἑῴας ἁπάσης ὀφθαλμὸν· τὴν ἱερὰν καὶ μεγίστην Δάμασκον] Per eandem metaphoram τῆς Ἑλλάδος ὀφθαλμὸς appellantur Athenae apud Libanium T. II. p. 267, C. (ed.

[orell.); Byzantium apud Themistium Orat. VI. p. 83, C: quemadmodum et inter Latinos Cicero villulas suas *ocellos* Italiae ocavit Epp. ad Attic. XVI, 6. Aliorum aliquot loca cum hoc ilianeo congeruntur in Erasmi Adagiis tit. *Plus oculis suis* p. 125. bi nomen ὀφθαλμὸς in ejusmodi sententiis pro *ornamento* accipi icitur. Caeterum quae ab Juliano in laudem Damasci dicuntur, a Spanhemius Praef. ad Juliani Opera p. 28. cum veteribus numiis contulit, quibus eadem urbs Syriae inscripta est *ἱερὰ καὶ ασυλος*, item *μητρόπολις*.

L. 13. *ἄλλοις σύμπασιν*] Cod. *ἄλλοις ἅπασιν*.

L. 17. *τοὺς ἐπιχωρίους*] Pro *τοὺς* in codice perperam st *τῆς*.

L. 1 *sq.* *Ὡςπερ δὲ τὰ ἐξ Ἰνδῶν ἀγώγιμα*] Particulam *δὲ*, Pag. 36. uae transitioni commoda est, e codice meo recepi. — Thomas Mag. p. 10: *Ἀγώγιμα κάλλιον ἢ φορτία.* quem ad locum Hemsterhusius ista verba Juliani attulit. Iisdem usus est H. Stephanus in Thes. et Lamb. Bos in Ellipsibus Graecis p. 357. quo suadente subintelligitur *φορτία*.

L. 2. *καὶ οἱ Περσικοὶ σῆρες,*] Hesychius: *Σῆρες· ζῶα νήθοντα μετάξαν, ἢ ὄνομα ἔθνους, ὅθεν ἔρχεται καὶ τὸ ὁλοσήρικον.* Quarum significationum priorem hic obtinere liquet. Quum autem latine nomen *Seres* altero duntaxat sensu valeat, inepte *Persici seres* expresserat Interpres, ob id a Cupero notatus in Vita Jo. Alb. Fabricii a Reimaro conscripta p. 239. Eidem Cupero videtur, bombyces tunc in Persia frequentes fuisse, et ex ea regione delatos in Graeciam atque Romanum Imperium.

L. 2 *sq.* *ἢ ὅσα ἐν τῇ Αἰθιόπων γῇ τίκτεται μὲν καὶ λέγεται,*] Supple *τίκτεσθαι*, h. e. *nascuntur et n a s c i dicuntur.* Ex Aethiopia autem per mercatores praeter aurum adferebantur elephantorum dentes, ebenum lignum, struthionum pennae.

L. 8 *sq.* *οὔτε ἔνθρυπτον, οὔτε στρεπτὸν, οὔτε νεήλατον*] Tria haec jungit quoque Demosthenes De Cor. T. I. p. 314. (ed. Reisk.), ubi est: *μισθὸν λαμβάνων τούτων ἔνθρυπτα καὶ στρεπτοὺς καὶ νεήλατα.* Suidas: *Ἔνθρυπτον· τὸ ἐκ πέμματος· ὅ ἐστι πλακοῦς. ἢ τὸ ἐνθρυπτόμενον βρῶμα.*

L. 10. *ἔσται ἥδυσμα ἴσον, ἢ ἀφίκοιτο·*] Ita cum omnibus Edd. tenet codex meus. Arridet tamen Petavii conjectura marginalis: « f. *ἐφίκοιτο.* » quam immerito Spanhemius omisit. Est

autem ἐφικνεῖσθαι, *attingere*, aliquanto minus quam ἴσον εἶναι. Passim Julianus id verbum adhibuit, e. g. Orat. IV. p. 144, B. p. 145, C. Misopog. p. 359, A. Haud dubie Ad Themist. p. 253, B., ubi vulgatur: τῆς τελείας ἀρετῆς οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον ἀφίκωμαι, e codice meo scribendum est ἐφίκωμαι. quam correctionem ex ingenio jam proposuit Wyttenbachius Ep. Crit. p. 23. (p. 244. ed. Schaefer.) Doctissimus quidem Boissonade in vulgata lectione acquiescendum esse censuit ad Eunap. p. 243. Sed collato Juliani loco Ib. p. 266, D. in contraria sententia sum firmatus. Auctor enim ibi respicere dicens ad id, *quod initio dixerat* (h. e. loco, de quo agimus), hisce verbis utitur: οὐκ ἐφικόμην εἰς τοὺς νῦν ἀνθρώπους. quae pari librorum consensu defenduntur. Jam facile sententiam expedies ab Interprete perversam. — Caeterum optime de loco nostro Spanhemius meruit, ubi post verba, quae attulimus, distinctionis signum inducebat; statimque, sicuti Petavius conjiciendo proposuerat, τοσοῦτον edebat, ubi vulgabatur τοιοῦτον. Duplex immutatio probatur a codice meo.

L. 10 *sq.* τῶν τε ἄλλων ἐδεσμάτων, καὶ δὴ καὶ τῶν ἑκασταχοῦ] Ratione generum dicitur τῶν ἄλλων, ratione locorum τῶν ἑκασταχοῦ.

L. 12. ὀπωρινὴν] Perperam ὀπωρινὰ legitur in codice meo.

L. 13. τερσαινόμενα ἐς τὸ ὅμοιον ἔρχεται·] Valet ἐς τὸ ὅμοιον ἔρχεται id, quod foret ὁμοιοῦται, prout inferioribus Epistolae locis p. 38: εἰς αὔξησιν ἔρχεται ponitur pro αὐξάνεται. p. 40 sq.: ἐς τὸ ἴσον ἥκουσαν pro ἰσουμένην. Interpres male verterat: *ad usum similem insolantur.* Rectius H. Stephanus in Thesauro v. Τερσαίνω: *assicata eundem praestant usum.*

L. 15. εἰ ἐς τερσίαν ἔλθοι] Perinde ac si dixisset εἰ τερσαίνοιτο, secundum quae modo notavi. Vox autem τερσία, quam et codex probat, mihi quidem nonnquam in suspicionem venit; neque de illa dubium movit H. Stephanus in Thesauro locum hunc adferens v. Τερσία. Itaque Schneiderum in Lexico declarasse vellem, quonam jure dubium esse censuerit illud vocabulum, pro quo τρασίαν, i. e. *stoream*, *sirpeam* in Juliano legendum esse conjecit.

L. 17. ἀπήρτηνται,] Sic omnes libri. Singularem expectabam ἀπήρτηται ratione superioris αὐτοῦ, et antecedentium verborum τὸ δὲ παρ' ἡμῖν.

L. 18. *τὸ δένδρον ἄλλας μετ' ἄλλας*] In codice vitiose scriitur: *τὸ δένδρῳ ἄλλας ἐπ' ἄλλοις.*

L. 18 *sq.* *ἐν τοίχῳ περιφερεῖ*] Vulgabatur *στοίχῳ.* quam ocem e praescripto codicis utriusque correxi. Veram scriptuam in margine jam notaverat Petavius; quod enim ibi positum st: « *γρ. τάχῳ.* », provenit ex operarum lapsu inter Errata astigato. Vocabulum iteratur inferius p. 37. med. ubi occurrit: *ῶν τοίχων ἀπαρτῶσιν.* et alibi redit, e. g. Ep. XXVII. p. 45. Iisopog. p. 341, D.

L. 1. *φαίης ἂν αὐτῷ, καθάπερ ἐν ὅρμῳ δέρης, τὰς τῶν δέρ-* Pag. *ρων ἐξαιρέσεις αὐτοῦ.*] Corruptus locus, cui ex melioribus 37. ibris salutem opto. Codex meus nihil praestitit, nisi quod uffragio suo commendabat praepositionem *ἐν*, quam ex Edd. ld. et Mart. revocavi tanquam ejusmodi nexui haud incongruam. criptura *δέρης*, quam uterque codex in *δέῤῥης* depravat, in isdem antiquis Edd. extat, nec unquam immutari debuit. Verum n Ed. Petav. per errorem typothetae *δέρεις* exaratum est; quod leinde mendum, licet in Erratorum indice correctum sit, incuia Spanhemii propagavit. Pro emendandis caeteris videant sagaiores, an aliquid inde proficiant, quod in codice meo ad prooomen *αὐτῷ* a manu prima margini adscribitur *αὐτὸ*, tum ad ocem *ἐξαιρέσεις* in altera Ed. Mart. indeque in Ed. Petav. ad ram notatur: « Lego *ἐξαρτήσεις.* » Equidem probabile nihil licio.

L. 6 *ὄρπηξιν*] Sic Edd. Aeque recte scribitur *ὄρπηξιν* in odice meo.

L. 7 *sq.* *πρὸςομιλοῦντα*] Hoc et vicina nomina *ἀνεπιβούενται, δορυφορούμενα*, neutiquam in Plurali posita essent, si criptor attendisset, hactenus per Singularem processisse sermoem, inceptum nempe superioribus verbis *τὸ δὲ παρ' ἡμῖν μόνον.* Iam igitur *τὰ σῶκα* Julianus in animo habuit; quare et in sequentibus *αὐτῶν* dixit.

L. 8. *τῶν ζώων τε καὶ τῶν ὀρνιθίων*] Articulum e codice meo praemisi voci *ὀρνιθίων.* Idem codex omittit particulam *τε*, quam omnes Edd. agnoscunt.

L. 9 *sq.* *Καὶ ὑπὲρ μὲν γενέσεως αὐτῶν*] Codex meus pro *ὑπὲρ* tenet *περὶ*, quorum utrum scripserit Julianus, nemo definiet, quum a librariis ejusmodi synonima facile permutata sint. Sic

vice versa Orat. II. p. 89, C., ubi vulgatur *περὶ τῶν τοιούτων*, in tribus codicibus inveni scriptum *ὑπὲρ τῶν τοιούτων*. Porro codex idem pro *αὐτῶν* exhibet *αὐτοῦ*, quae quidem scriptura cum remotiorum sententiarum constructione quadrat; sed vicino loco facta est enallage numeri; quare jam commoda est lectio vulgata.

L. 12. *Ὅγε μὴν τῶν ἑκατὸν ἀριθμὸς*] Haec a linea posui, ut conspicuum fieret, absoluta jam priori Epistolae parte, cujus modo summam auctor paucis verbis collegit, novam incipere vel alteram ejus partem, quae in exponenda et commendanda numeri centenarii natura versatur. Nunc autem id sibi sumit Julianus, ut contra vulgarem opinionem, quae numero impari primas partes decernebat, in gratiam numeri paris indeque centenarii laudem utcunque detorqueat.

L. 14. *Καὶ οὐκ ἀγνοῶ μὲν*] Sic bene Edd. omnes. Codex uterque Participium exhibet *ἀγνοῶν*, quod neutiquam ferri potest. Verbis nostris respondent sequentia *Ἐγὼ δὲ* etc. Dehinc umbratilis sequitur exercitatio, cujus auctori occinamus e Seneca Ep. LXXXII. fin.: *Acuta sunt ista, quae dicis. Nihil est acutius arista. Qaedam inutilia et inefficacia ipsa subtilitas reddit.*

L. 14 *sq. ὡς παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν ὁ λόγος*,] Jam ad Ep. XIX. p. 243. observatum est Juliano familiare esse, ut placita sua veterum auctoritate confirmet. Itaque passim in ejus scriptis modo laudantur *οἱ παλαιοὶ*, v. c. Ep. XXX. p. 52. Orat. VII. p. 217, B. modo *παλαιοὶ ἄνδρες*, ut Ib. p. 236, B., ubi adjicitur: *οἳ ταῖς Μούσαις ἐτελοῦντο γνησίως*. modo *παλαιοὶ καὶ σοφοὶ ἄνδρες*, ut praeter locum nostrum Ep. XXXIV. p. 54. in quibus praeiverat Plato, v. c. Gorg. T. I. p. 510, B: *οἱ παλαιοί τε καὶ σοφοί*. Aliquando *Noster* voci *παλαιὸς* aliud substituit honorificum vocabulum, e. g. Orat. II. p. 80, A. ubi de *σοφοῖς καὶ θείοις ἀνδράσιν* agit; vel unico contentus est, v. c. Orat. II. p. 79, C. ubi *σοφῶν ἀνδρῶν δῆμος* dicitur; vel nude *τῶν σοφῶν* mentionem facit, ut Ib. p. 92, C. — Quum tanta fuerit Juliani veneratio priscorum, non mirabimur eum in sequentibus, ubi in diversam ab illis sententiam discedit, quasi se praemuniendo scribentem: *εἰ καὶ τολμηρότερος ὁ λόγος ἐστὶ, φαίην ἂν ὅμως.*

L. 16. *τὸ μὴ συνδυάζον*] In codice vitiose scribitur *συνδυάζων*.

L. 6 *sq.* *καὶ τῶν δυοῖν ἀριθμῶν*] In eodem codice pessime desideratur primum vocabulum. Pag. 38.

L. 7 *sq.* *πάλιν τε ἐν τῇ τῆς ἑτέρας δυάδος μίξει*] Codex idem: *πάλιν τε ἔντε τῇ ἑτέρας δ. μ.*

L. 10. *φαίνεται*] Male vulgabatur *φαίνουσα.* Codex meus emendationem suppeditavit.

L. 11. *Δεδομένου δὴ τούτου*] Perperam *τοῦτο* scriptum est in codice meo.

L. 11 *sq.* *τῆς πρώτης δεκάδος τὴν εἰς αὐτὸ περιφέρειαν ἀνακυκλούσης*] H. e. numero denario decies sumto. Periphrastice igitur expressum est, quod in Arithmetica *multiplicare* dicimus. In loco paulo inferiori hisce verbis utitur: *τὴν δεκάδα δι' αὐτῆς ἀνιοῦσαν.*

L. 13 *sq.* *τὴν αὔξησιν εἰς δέκα συντείνειν*] Codex meus post *αὔξησιν* addit *ἄν*, cujus nulla vis esse videtur.

L. 16. *τὸ ὅλον τῶν ἀριθμῶν*] Sic e codice meo dedi pro vulgatis verbis *τὸ ὅλων τῶν ἀριθμῶν.* Emendare jam debebat Spanhemius a Petavio jussus in Erratorum fasciculo. Valet autem *τὸ ὅλον summatim;* ni forte malueris, hoc modo accipere *τὸ ὅλον τῶν ἀριθμῶν*, quasi diceretur *τοὺς ὅλους ἀριθμούς*, i. e. *universos numeros.*

L. 20 *sq.* *εἰς τὸ ἕτερον ἐρπύσῃ*] Pro vulgato *εἰς* codex meus habet *πρὸς*, quorum utrumque defendi potest ex Juliani usu dicendi. Promiscue duas ille praepositiones ejusmodi verbis consociat; e. g. Orat. I. p. 49, A: *πρὸς ἐπιείκειαν ἡ πρᾶξις ἔπουσα.* Orat. VIII. p. 251, B: *ὑπερβολὴ τῆς ἀνδρείας καὶ θάρσους εἰς ἀλαζονείαν ῥέπουσα.*

L. 3 *sq.* *τὴν ἑκατονταθύσανον αἰγίδα τῷ Διὶ περιθεῖναι,*] Pessime *πέριθῆναι* in codice. Saepissime quidem Homerus Διὸς αἰγιόχοιο meminit; nusquam autem ipsa aegis *ἑκατονταθύσανος* ab illo vocatur. Quod si vocabulum omnino apud Homerum quaeritur, invenietur quidem in Iliad. XIV, 181. at de Junonis cingulo hunc ad modum positum: Pag. 39.

Ζώσατο δὲ ζώνην ἑκατὸν θυσάνοις ἁρμονίαν.

Caeterum codex meus *ἑκατονθύσανον* exhibet, quam posthabui scripturam, quum complura mox occurrant ad eandem rationem formata epitheta, quae constanter per *ἑκατόντα* componuntur, excepta una voce *ἑκατόγκρηπις.* Accedit, quod illa vocabuli

forma, quam codex obtulit, in H. Stephani Thesauro plane deest, quum adsit altera vulgata. Schneiderus autem in Lexico formam utramque praetermisit, quanquam reliqua compositionis ejusdem nomina retulit ex ipsa hac Epistola.

L. 4. *ἀλλά τινι κρείττονι*] Vox *κρείττονι* excidit in Ed. Petav.

L. 5. *αἰνίττεσθαι*] Vulgo *αἰνίττεται*. Infinitivus, quem ad fidem utriusque codicis expressi, pendet a primo sententiae verbo Δοκεῖ.

L. 8. *ξυνείληφεν*,] Ambo codices incommode scribunt *καὶ ξυνείληφεν*.

Ibid. *οὐκ ἄλλος πως*] Male scribitur *ἄλλως* in codice meo.

L. 11. *τὸν ἑκατοντάχειρα τὸν Βριάρεω*] Codex idem vitiose *βριάρρεω* scribit. Julianus alludit ad Homer. Iliad. I, 402 sq.:

Ὄχ' Ἑκατόγχειρον καλέσασ' ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
Ὃν Βριάρεων καλέουσι θεοί.

Minus tamen accurate fabulam enarrat. Apud poetam enim Briareus non dicitur contra Jovem pugnasse, sed potius in illius auxilium accurrisse; nec apud Jovem, sed apud Saturnum sedisse perhibetur vs. 409. Rectius ad Homeri auctoritatem allegavit ista Lucianus in Jove Trag. c. 40. (T. VI. p. 271. ed. Bipont.) Ibi quoque, ut apud Homerum, Accusativus *Βριάρεων* sonat, non *Βριάρεω*, ut in Juliano libri omnes exhibent.

L. 14 *sq.* *Πίνδαρος ὁ Θηβαῖος τὴν ἀναίρεσιν τοῦ Τυφωέως*] Cod. A: *τὴν ἀναίρεσιν τὴν Τυφωέως*. — Videtur Julianum de aliquo Pindari carmine cogitasse, quo ista Typhoei caedes ex instituto cantata sit. Nullum tamen ejusmodi extat. Interea quae locus noster attingit, ea fere Pindarus quasi in transitu memorat his versibus Olymp. IV, 10 sqq.:

Ἀλλ', ὦ Κρόνου παῖ, ὃς Αἴτναν ἔχεις,
Ἴτον ἡνεμόεσσαν ἑκατογ-
κεφάλα Τυφῶνος ὀβρίμου.

Rursus Julianus Orat. II. p. 56, D. Typhoea memorat, vel, ut ibi scribitur, *Τυφῶνα*. quae contracta est forma pro *Τυφάονα*. Plene sic expressum est apud Homerum Hymn. in Apoll. v. 306.

L. 15. *καὶ τὸ τοῦ μεγίστου τούτου γίγαντος κράτος*] Articulum *τὸ* adjeci e codice meo.

L. 18. *ἑκατοντακέφαλον*] Compositionis ratione discedit a Pindaro scribente l. c. *ἑκατογκεφάλα*. quae quidem Dorica est Genitivi forma a Nominativo *ἑκατογκεφάλας*, ut apud Aristophanem Nub. vs. 336. (T. II. p. 87. ed. Brunck.) Sic et superiori loco placuit Juliano formam *ἑκατοντάχειρ* usurpare, quum Homerus altera sit usus *ἑκατόγχειρος*. Caeterum Typhonis fabulam concinnavit Hyginus nr. CLII. Conf. Interpretes ad Ovid. Met. V, 325.

L. 3. *Σιμωνίδῃ*] Non extat hodie inter Simonidis reliquias Pag. 40. ejusmodi fragmentum. A Callimacho quidem Hymn. in Apoll. numerus sagittarum, quibus interemtus sit Pytho, nequaquam definitur, sed in universum praedicatur Apollo vs. 101: *ἄλλον π' ἄλλῳ Βαλλων ὠκὺν ὀϊστόν.* Quem locum ubi commentatur Spanhemius (T. II. p. 145. ed. Ernesti), ex Juliano Simonidis dicti meminit.

L. 5. *Ἑκατὸν προσειπόντι*] Edd. omnes *Ἑκατὸν* exprimunt, quod sententiae commodissimum est. Codex autem hoc et inferiori loco scribit *ἕκατον*, quod a Nominativo foret *ἕκατος*. Sed pariter cognomen est Apollinis apud Homerum, v. c. Hymn. in Apoll. vs. 1.

L. 8. *οἷον κλήρου*] Perperam in codice adjicitur *ὁ* post *οἷον*.

L. 9. *ἐπωνυμίας*] Vitiose *ἐμπωνυμίας* in Ed. Petav.

L. 9 *sq.* *Ἦγε μὴν τὸν Δία Σρεψαμένη νῆσος ἡ Κρήτη*] Jupiter utrum in Creta, sicut hic adfirmatur, an alibi natus sit, ambigunt auctores: id quod diserte testatur Callimachus Hymn. in Jov. v. 4—8. docteque dilucidat ejus enarrator Spanhemius T. II. p. 31 sq. (ed. Ernesti).

L. 11. *τῷ ἑκατὸν πόλεων ἀριθμῷ*] Codex meus ante *ἑκατὸν* adjicit articulum *τῶν*. Cretam *ἑκατόμπολιν* appellari notum est vel ex Homer. Iliad. II, 649.

L. 11 *sq.* *Θήβας δὲ ἄρα τὰς ἑκατονταπύλους*] Nimirum Iliad. IX, 381 sqq., ubi est:

— — *Θήβας*
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται,
Αἳ Σ' ἑκατόμπυλοί εἰσι.

Forma *ἑκατοντάπυλος*, quae ab Homerica scriptura paulo differt, pariter ut epitheton Thebarum Aegyptiarum in Epi-

grammate legitur, e quo H. Stephanus in Thesauro laudavit: *Θήβη ἑκατονταπυλος.*

L. 14. *καὶ ναοὺς ἑκατονταπέδους*] Adjectivum, quod codex meus vitiose scribit *ἑκατοντέδους*, aliquanto rarioris usus esse videtur, ut in Schneideri Lexico hinc relatum. Ejusmodi templum *centum pedes magnum* (*ἑκατόμπεδον παρθενῶνα*) Athenis in arce Minervae extitisse refert Plutarchus in Pericle T. I. p. 159, E. (ed. Francof.) Notabilis iste Juliani locus visus est eruditissimo Spanhemio Praef. ad *Nostri* Opera p. XXVII. quoniam haud alibi forte sint obvia, quae hic de templorum apud Gentiles fabrica memorantur, nempe templa centum pedes magna, et aras cum centena basi.

L. 16. *ἀνδρῶνας, καὶ*] Vitiose *ἀνδρῶν· καὶ* scriptum est in codice meo.

L. 19. *καὶ φαιδρύνει μὲν*] Particula *μὲν* inserta est e codice meo. Vix opus est monere, proximis verbis innui *Centurias militum* et magistratum *Centum virorum.*

Pag. 41. *L.* 1. *Καί με καὶ πλείω τούτων*] Posterioris loci Conjunctio *καὶ* deest in meo codice.

L. 2. *συγγνώμην ἔχειν*] Planae et usu tritae locutioni nihil adnotarem, nisi per eam vitiata videretur Juliani scriptura Orat. VII. p. 235, A: *ἔχω σοι συγγνώμην.* Scilicet in margine codicis mei A. prima manus adposuit *συγγνῶναι*, quae lectio dicendi genus offert aliquanto minus obvium. Itaque probarem Infinitivum, ut sententia foret: *ignoscere tibi possum.* Praeter alios ea constructione verbi ἔχω utitur Julianus Orat. I. p. 9, D. Misopog. p. 348, C.

L. 4. *τὸ ἐγχείρημα, πάντως*] Codex male *πάνυ* scribit. Interposito distinctionis signo planum effeci locum, quem sic Interpres expresserat: *Quod si judice te mediocritatem assecuta erit, bene est; ad alios etiam exire poterit.* Constructio sermonis hoc ordine tenenda: *καὶ εἰ μὲν τὸ ἐγχείρημα ἔχει μέτριον καλὸν, ὑπὸ σοὶ κριτῇ, πάντως* etc.

L. 6. *εἰ δὲ χειρὸς ἑτέρας προσδεῖται πρὸς τὸ τοῦ σκοποῦ συμπλήρωμα*] Haec verba, quae in omnibus Edd. extant, a codice meo praetermittuntur. Eandem, ut hic apud *Nostrum*, non verborum quidem, at sententiae conformationem in Luciano habes Pro Merc. Cond. c 2. (T. III. p. 270. ed. Bipont.),

ubi occurrit: *ἣν μὲν οὖν κατ' ἀξίαν ὑποδὺς τὸ σὸν πρόσωπον ὑποκρίνωμαι, εὖ ἂν ἡμῖν ἔχοι, καὶ τῷ Λογίῳ Θύσομεν· εἰ δὲ μή, ἀλλὰ σὺ προσθήσεις τὰ ἐνδέοντα.*

EPISTOLA [XXV.]

Haec extat in meo codice A.

Tempore, quo Julianus bellum Persicum parabat vel gerebat, Epistolam hanc esse scriptam ex ipsius fine prodit. Itaque pertinet ad annum 363. quo relata jam est a Baronio Annal. Eccl. cap. VI. (T. IV. p. 119 sq. edit. Antverp.), ubi tota latine legitur. Scite monuit Spanhemius Praef. ad Juliani Opera p. XXVIII, per praesentes litteras non tam remitti canonem illum anniversarium, aut ne in posterum pendatur prohiberi, sicut existimarint viri docti; quam potius nunciari, Julianum *hortatum esse Patriarcham*, ut ab illo exigendo deinceps abstinere vellet. Qua quidem observatione praeter excitatum Jacobum Gothofredum ad Cod. Theod. T. VI. p. 231. refutantur antecedentes Juliani editores, quorum Martinius argumentum Epistolae sic adstruxerat: *Judaeis vectigalia quaedam remittit*; Petavius autem in Notis ita posuerat: *Prohibet hoc rescripto Julianus praestationes et tributa, quae per Apostolos Patriarchae Judaeorum exigere solebant.* Addit Spanhemius, admonitioni illi, ob secutam nempe Juliani caedem, non paruisse continuo Patriarcham; eundemque canonem Imperatori huic, vel ejus successoribus, sub Honorio a Judaeis adhuc penderi solitum esse. Quae quidem res a Petavio jam erat observata, sicut inferior ejus ostendit nota ad P. 42. lin. 12.

Quum his potissimum litteris declaratum sit, qualis erga Judaeos animus fuerit Juliani, non mirum est, illas inter notabiliora monumenta nunquam non esse habitas, celebratasque inprimis a scriptoribus, qui de inchoata sub Juliano, sed nunquam absoluta templi Hierosolymitani restauratione tractarunt. Quorum numerum haud exiguum recenset Fabricius in Luce Salut. Evang. c. VI. §. 3.

L. 13. Ἰουλιανὸς Ἰουδαίων τῷ Κοινῷ.] Hanc omnium Editionum inscriptionem agnoscit codex meus. Extitere tamen docti viri, qui de hujus Epistolae sinceritate dubitarent; quorum

in numero ipsos Juliani editores conspicimus Aldum, Martinium, Petavium. Hi enim inscriptioni talia adposuere verba: « *εἰ γνησίως, si vera est.* » quibus in Petaviano margine feliciter adnotatur: « *γρ. γνήσιος.* » Surrexit tandem anno 1750. cel. Warburtonus, ut Epistolae veritatem contra dubitationes aliorum defenderet in libello, cui titulus: *Julian, or a discourse concerning the earthquake and fiery eruption, which defented that Emperor's attempt to rebuild the temple of Jerusalem.* Vicissim in detrectando hoc scripto Censor in Actis litterariis *(Zuverlässige Nachrichten)* p. 401 sqq. Epistolam manifesto esse suppositiam evincere conatus est. Postea secus adhuc sensit et adversarii argumenta sub examen vocavit *Pfeil* in Praefatione ad Warburtonianum librum, quem germanice conversum emisit Gothae 1755. Dehinc his litteris ut pro veris acceptis usos video viros haud sane credulitatis suspectos Gibbonum in *Hist. of the decline* etc. cap. XXIII. Voltaire in *Dictionn. philos.* voc. *Apostat;* ne jam Jondotum memorem, qui versus finem paginae 278. opportunius laudabitur. Equidem in re tam ancipiti judicium cohibere satius duco, quam prodere inconsideratius. Nego tamen, pro asserenda monumenti hujus veritate sufficere Sozomeni testimonium lib. V. cap. 22. ubi hujusmodi litterae memorantur istis de Juliano verbis: *Ἰουδαίοις ἐθνους ἦν καὶ πρᾳος, καὶ Πατριάρχαις καὶ Ἀρχηγοῖς αὐτῶν, καὶ αὐτῷ δὲ τῷ πλήθει ἔγραψεν εὔχεσθαι ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας.* Jam enim Sozomeni aetate circumferri potuit Epistola conficta, cujus ille falsitatem ignoraret. Vel si vere Julianus ad Judaeorum Commune litteras dederit, quarum exemplar genuinum ante oculos fuerit Sozomeno, haud satis inde probaretur auctoritas Epistolae, quam hodie tenemus. Nam post Sozomeni tempora fieri potuit, ut sincerae Juliani litterae sive saeculorum injuria sive per Christianorum invidiam interciderent, posteaque pro lubitu hominis dolosi restituerentur, qui quidem a Sozomeni lectione profectus ficto sermoni ea fere ipsa verba intexuerit, quae scriptor ille ex Juliani sermone servaverat. Lectorem enim non fugiet similitudo, quae Sozomeni verba extrema cum illis intercedit, quae praesenti Epistola sic leguntur p. 42. inf.: *εὐχὰς ποιῆτε τῆς ἐμῆς βασιλείας.* et p. 43. sup.: *ὑπὲρ τοῦ βασιλείου ἱκετηρίους λατρείας ποιεῖσθαι.* Id autem, quod Sozomenus

intendit verbis *ὑπὲρ αὐτοῦ*, non diserte hac exprimitur Epistola, sed liberiori tamen modo potęst expressum censeri, quando in fine occurrit: *ἵνα κἀγὼ τὸν τῶν Περσῶν πόλεμον* etc. Caeterum ad laudatum Sozomeni locum excitatas has litteras ab Juliano scriptas esse Valesius existimat, licet asperior ipsi videatur stylus. Hunc et mihi sic visum esse ostendent ad quaedam verba Observationes, in quibus tamen de industria proponuntur alia nonnulla, quae *Nostri* dicendi usum referunt, ut adpareat, fraudatorem, si extiterit, Julianeae dictionis haud imperitum fuisse.

L. 14. *Πάνυ ὑμῖν φορτικώτερον*] Codex: *ἡμῖν*. vitiose.

L. 15 *sq. τὸ δὴ διαγραφαῖς ἀκηρύκτοις πράττεσθαι ὑμᾶς*,] Ante Spanhemium aberat particula *δὴ*, cujus est commodus usus, quando novis viribus increscit oratio. Vid. Hoogeveen Doctr. Part. Gr. c. XV. §. V. (ed. Schütz.) Quod in codice meo scribitur *δὲ*, incommodum esse patet. — *Πράττεσθαι*, pro quo Edd. omnes *ὑποτάττεσθαι* exhibent, dudum e margine Petav. et Spanh. arriserat, quum id ipsum in codice meo scriptum invenirem. Est autem verbum de exactis pecuniis ab optimis auctoribus frequentatum, ut vix opus sit adlatu Suidae interpretamenta *Πράττεσθαι· ἀπαιτεῖσθαι. Πραττόμενος· ἀπαιτούμενος*. Videtur *ὑποτάττεσθαι* ex ingenio primi editoris temere positum fuisse. — Versionem immerito sollicitavit Valesius ad Sozom. l. c. scribens: « *Epistolae initium nequaquam intellectum est ab Interprete. Ait enim Julianus, quovis onere ac servitutis jugo graviores fuisse Judaeis descriptiones improvisas et auri pensiones, quae ipsis indicebantur. Sic enim interpretor verba illa διαγραφαῖς ἀκηρύκτοις.* » At nihil aliud intenderat Interpres ponens: *tabulis injussu Principis emissis.*

L. 16 *sq. εἰσκομίζειν τοῖς τοῦ ταμείου λόγοις*] Pro longiori hac formula simpliciter *εἰσφέρειν* posuit Julianus Ep. XLVII. p. 88. qui scriptorum optimorum est usus dicendi. — *Ταμεῖον*, quod a Suida redditur *Θησαυρὸς*, iteratur Ep. LVI. p. 108. — Notabilis et apud *Nostrum* quidem inauditus est usus, quo *οἱ λόγοι* significant *rationes*. Ea vero significatio colligitur ex adfini verbo *λογίζομαι*, quod vulgo *ratiocinor* valet. Compositum in Juliano sic occurrit Orat. II. p. 85, C: *ἐκλογιζομένων καὶ ἀπαριθμουμένων τὰ χρήματα.*

L. 18. *εὑρὼν τὰ βρέβια*] Vocabulum *βρέβιον*, quod statim iteratur, inferioris est graecitatis, nec alibi in Juliano obvium. Adlato hoc etiam loco, in Du Cangii Glossario redditur: *Breve, Epistola, Scriptura.* Latinum autem *Breve* tali notione jam saeculo tertio in usu erat. Itaque et Julianus eo, in graeca licet Epistola, uti potuit.

Vss. 4o. *L.* 2. *εἴρξα*] Edd. vitiose tenet *εἶρξα*.

L. 4. *ἐν τοῖς ἐμοῖς σκρινίοις*] Cod. cum Edd. *σκρηνίοις*, quod an ita scriptum reperiatur, dubito. Locis certe omnibus, quae nec hoc omisso congessit Du Cange in Glossario, per *ι* scribitur id vocabulum, nempe latino congruenter, de quo flexum est. Caeterum in Juliano haud amplius occurrit.

L. 7. *Κωνστάντιος ὁ ἀδελφὸς*] Sicut Ep. XXIII. post initium. Certe Julianus nonnisi per simulationem *fratrem* appellare potuit Constantium, qui haud ita carus ipsi fuit, ut ei sincere nuncupationem tribueret familiarissimis consecratam, de qua notavimus ad Ep. III. fin.

L. 8. *οἱ τὴν τούτου τράπεζαν ἑστιώμενοι*] Palatinis officiis innuit fungentes, quos Ammianus respiciens Marcellinus scribit lib. XXII. c. IV. §. 2: *Fatendum est, pleramque eorum partem vitiorum omnium seminarium effusius aluisse.* Permagnam illorum vim et auctoritatem apud Constantium fuisse, tam ex universa historia constat, quam ex Juliani Epistola XXIII. Omne illud invisum genus, cujus depravatos mores accuratius describit, ab Imperatore Juliano remotum esse tradit idem Ammianus l. l., quem qui confirmant scriptores in Valesianis Notis laudantur ad §. 1. nulla tamen de nostro loco facta mentione.

Ibid. *οὓς μὲν ἐγὼ*] Is in Edd. verborum est ordo, quum *οὓς ἐγὼ μὲν* legatur in codice.

L. 9. *εἰς βόθρον ὥσας ὤλεσα*] Rem satius explicat Gregorius Nazianzenus Adv. Jul. Orat. III. p. 75, A. scribens: *τοὺς μὲν θανάτῳ προϋπεξαγαγών, τοὺς δὲ παρωσάμενος.* Priorem tamen sententiam ignorat Ammianus Marcellinus in fine loci laudati, quippe verbis contentus talibus: *data, quo velint, eundi potestate projecit.* — Pro verbis *εἰς βόθρον* Atticus scriptor *εἰς βάραθρον* dixisset. An Julianus ad Judaeos scribens data opera libros illorum adumbravit? in quibus ejusmodi locutiones occurrunt, e. g. Psalm. VII, 15: *ἐμπεσεῖται εἰς βόθρον.* LV, 24:

κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς. Vix credam. Et alioqui nimis quaesita mihi videtur et adfectata Spanhemii sententia Praef. ad Juliani Opera p. XXX. ubi gemino *Nostri* loco Fragm. p. 290, C. Ibid. D. fontes assignantur Prov. XIX, 17. XI, 25. Matth. V, 44. Propter simile judicium ad Julian. Orat. I. p. 33, B. eidem Spanhemio jam oblocutus est Wyttenbachius p. 197. (ed. Schaefer.) in universum negans, ullum vestigium in Juliani scriptis extare, unde appareat, illum e sacris Christianorum vel Judaeorum libris oratorium colorem duxisse; contra etiam, ledita opera imitationem fugisse videri. Cui equidem opinioni subscribam, excepto forsan unico loco Orat. VII. p. 233. A. cujus verba νῆφε καὶ γρηγόρει ducta possunt videri ex Ep. I. Petri V, 8. ubi occurrit: νήψατε, γρηγορήσατε.

L. 10. ὡς μήτε μνήμην ἔτι φέρεσθαι [ἢ εἶναι] παρ' ἡμῖν] Verba ἢ εἶναι pro glossemate habeo, quod explicaret vicinum φέρεσθαι, cujus vis est eadem. Nolui libris invitis omittere, sed uncis includere contentus fui. — Quod in codice scribitur ὑμῖν, id minus aptum est.

Ibid. τῆς αὐτῶν ἀπωλείας] Vox ἀπωλείας, quae perperam in Edd. per o scribitur, non tam *interitum*, ut Interpres posuit, videtur significare, quam active *perditos mores, nequitiam.*

L. 11. ὑμᾶς εὐωχεῖσθαι βουλόμενος] Εὐωχεῖσθαι, quod proprie nonnisi de opimis, lautisque epulis usurpatur, hic generatim idem valet ac εὖ ἔχειν.

Ibid. τὸν ἀδελφὸν Ἴουλον] Modo Κωνστάντιος ὁ ἀδελφὸς licebatur lin. 7. *Julum*, cujus nomen diverso accentu Ἰοῦλον in codice scribitur, equidem aliunde haud novi.

L. 12. Πατριάρχην] « De Judaeorum Patriarchis vide Codicem Theodosianum Lib. XVI. Tit. VIII. praesertim Leg. XIV. in qua idem, quod hoc loco Julianus, vetant Arcadius et Honorius Impp. Itaque eandem rursus *(pecunias)* exigendi licentiam a Patriarchis usurpatam esse liquet, vel novo aliquo Principis rescripto denuo concessam: quemadmodum superior illa lex ab Arcadio et Honorio, Theodoro Consule, id est anno Christi 399. edita, anno sexto postea, id est Christi 404. Honorio VI. et Aristaeneto Coss. abrogata est nova sanctione, quae est XVII. ejusdem Tituli. Erat et aliunde quaestuosus Judaeorum Patriarchatus, ex Archisynagogorum mutatione, ut Epiphanius

indicat Haer. XXX. et Palladius Dial. de vita S. Chrysostomi. PETAV.

L. 12 *sq.* *τὴν λεγομένην εἶναι παρ' ὑμῖν ἀποστολὴν*] Postremam vocem, quae proprie *missionem* sonat, hoc ex loco interpretatur Du Cange in Glossario *tributum a Judaeis exactum, quasi ultro mitteretur.* Congruenter Suidas Ἀποστολὰς explicat per *ἀποπέμψεις, δῶρα.* Interpres ita locum nostrum verterat: *tributum, quod vobis imperatum dicebatur:* quae Spanhemius infelici hoc modo reformavit: *tributum, quod Apostolatus apud vos dicitur.*

Pag. 43. *L.* 3. *ἱκετηρίους*] Codex *ἱκετηρία.* (sic).

L. 5 *sq.* *τῷ δυναμένῳ κατευθῦναι*] Perperam Edd. post *δυναμένῳ* punctum majus exhibent.

L. 8. *ἀνοικοδομήσας οἰκίσω*] E codice dedi *οἰκίσω*, quum in omnibus Edd. *οἰκήσω* legatur. Utique probabilius est Julianum curaturum fuisse, ut refecta Hierosolyma incolis instrueretur, quam ut ipse regiam sedem illuc transferre cogitaverit. — Caeterum Imperatoris hujus consilium de reaedificando templo non solum a christianis auctoribus proditum est Rufin. I, 37. Socrat. III, 17. Sozom. V, 21. Theodor. III, 17. Gregor. Nazianz. Adv. Jul. Orat. IV. p. 111. aliisque, sed etiam ex ipso Juliano constat Fragm. p. 295, C. et e gentili scriptore Ammiano Marcellino, cujus adponere juvat hac de re narrationem lib. XXIII. c. 1. §. 2 sq.: *Ambitiosum quondam apud Hierosolymam templum, quod post multa et interneciva certamina, obsidente Vespasiano posteaque Tito, aegre est expugnatum, instaurare sumptibus cogitabat immodicis: negotiumque maturandum Alypio dederat Antiochensi, qui olim Britannias curaverat pro praefectis. Cum itaque rei idem fortiter instaret Alypius juvaretque provinciae rector, metuendi globi flammarum prope fundamenta crebris adsultibus erumpentes, feeere locum exustis aliquoties operantibus inaccessum: hocque modo elemento destinatius repellente, cessavit inceptum.* In enarrando tuendoque miraculo, quo impeditum esse fertur opus, post Warburtonum l. c. multa cum industria versatur Jondotus in *Histoire de l'Empereur Julien* T. II. p. 184—194.

Ibid. *δόξαν δώσω μεθ' ὑμῶν τῷ κρείττονι.*] Postremum nomen stylum refert Juliani, qui v. c. Orat. II. p. 70, D. *τοῦ κρείττονος* dixit, quem paulo ante *τὸν θεὸν* dixerat. Alia sunt

exempla Orat. VIII. p. 248, B. Ibid. p. 249, A. C. Ad Themist. p. 266, D. Deorum cultorem aliquot hujus Epistolae locis reverenter loqui de uno Deo ab Judaeis culto, minus miraberis, quum loci memineris Ep. LXIII. p. 133., ubi Deum illum profitetur esse *eundem, quem et nos aliis nominibus colimus.* Quare, mea quidem sententia, procacius quam verius adfirmavit Bleterius in *Vie de Julien* l. V. p. 346. esse simulationis plena, quaecunque hic in Judaicae religionis gratiam dicuntur, quam nempe Julianus in aliis scriptis impugnet crimineturque. Quantum enim memini, Julianus non tam Deo, quem Hebraei colebant, quam sacris illorum scriptoribus alibi irridet: id quod differt; ut vel ipsius verbis monemur Fragm. p. 295, D: *Οὐδὲν δὲ, οἶμαι, κωλύει τὸν μὲν Θεὸν εἶναι μέγαν· οὐ μὴν σπουδαίων προφητῶν οὐδὲ ἐξηγητῶν τυχεῖν.* In universum Imperator ille multo minus ab Judaeis, quam a Christianis abhorruit, ut ex ejus apud Cyrillum disputationibus abunde liquet, nec non ex Epistolis colligitur LI. LXIII. Judicante quidem Sozomeno lib. V. c. 22. Judaeis prae Christianis favebat propterea, quod Judaei odio Christianos prosequerentur; nec vero quod ipse probaret illorum religionem, quam norat esse quodammodo matrem christianae religionis.

(Interpr. gall. p. 417.)

EPISTOLA XXVI.

Haec extat in meis codicibus ADJ. et in Voss.

L. 12. *Ἀλεξανδρεῦσι διάταγμα.*] Sic libri omnes. Vocabuli *διάταγμα*, quod pro *Edicto* redit Ep. LII. p. 101. Orat. II. p. 87, D., synonima sunt in ipso hujusce monumenti principio *πρόσταγμα* et *ἐπίταγμα*, quorum prius iteratur Ep. LII. p. 99.

Trium, quae extant, *Nostri* contra Athanasium Edictorum hoc primum esse jam notavi ad Ep. VI. p. 183. Episcopus ille Alexandrinus satis superque notus est ex historia ecclesiastica; unde pro re nata haec meminerimus. Jam a Constantino Magno, deinde a Constantio pulsus Athanasius illius usus est beneficio legis, qua Julianus omnibus a Constantio remotis potestatem redeundi fecerat; cujus quidem legis mentionem habes Ep. XXXI: sed reversus episcopalem sedem suopte nutu, potestate a nullo

accepta, recuperavit. Mox Ariani, Catholicorum invidia ducti, subornabant Gentiles, qui et ultro Athanasium aversari poterant, quoniam ab eo graecae quaedam illustres feminae baptizatae erant, teste Juliano Ep. VI. fin. Conspirantes igitur adversus communem hostem Imperatori Juliano litteras dabant; quibus percitus ille, ni fallor, praesens Edictum emisit. De Athanasii rebus, multis procellis agitatis, praeter alios agit Baronius in Annal. Eccl. ad annum 362. cap. 239. (T. IV. p. 95. ed. Antverp.), ubi latine hoc ipsum adfertur Edictum.

L. 13. *ἐξελαθέντα*] Codices DJ: *ἐξελασθέντα.* Vulgata scriptura, quam tertius codex agnoscit, Atticis placuit, si fides habenda Moeridi pag. 13. ubi est: *Ἀπηλάθη, Ἀττικῶς· ἀπηλάσθη, Ἑλληνικῶς.* rursusque p. 21: *Ἀπελαθεὶς, Ἀττικῶς· μετὰ δὲ τοῦ σ, Ἑλληνικῶς.* Congruenter vulgatum est apud Julianum Orat. V. p. 175, B: *ἀπελαθέντα.* Ep. LIX. p. 116: *ἀπηλάθης.*

L. 14. *περιμεῖναι*] Codices DJ: *μεῖναι.*

L. 16. *ὥςπερ οὐκ οὖσιν*] Codices Voss. et A. primo loco tenent *ὡς.* Cujus variationis exempla jam occurrebant Epp. XII. fin. XVI. fin.

L. 17. *τὸ νῦν ὑφ' ἡμῶν*] Cod. D: *τὸν νῦν ἐφ' ἡμῶν.* male. Posset quidem ad *τὸν νῦν* subintelligi *χρόνον.* sed ea ratio *ταυτολογίαν* efficeret cum verbis *ἐφ' ἡμῶν*, quorum sensus esse deberet: *nostro sub imperio.*

L. 17 *sq.* *τοῖς Γαλιλαίοις τοῖς φυγαδευθεῖσιν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίου*] Verba *τοῖς Γαλιλαίοις* omittuntur in codice A. qui deinde cum Vossiano male scribit *Κωνσταντίνου.* Permultos Catholicorum a Constantio, Arianorum fautore, pulsos esse tam aliunde constat, quam ex Julian. Ep. LII. p. 99.

L. 18 *sq.* *οὐ κάθοδον εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτοῖς, ἀλλ' εἰς τὰς πατρίδας συνεχωρήσαμεν.*] Ea verborum constructio non respondet initio periodi, cujus ratione passivam expectabam constructionem, quae foret *οὐ κάθοδος — συνεχωρήθη.* Tum vero pronomen *αὐτοῖς* omnino delendum esset. Quum incredibile sit, anacoluthon tam insigne Juliano tribuendum esse, praesertim in Edicto ad illustrem civitatem misso, putandum videtur, in media sententia nonnihil excidisse, quod e melioribus codicibus erit supplendum. Minime variant libri mei, nisi quod codex A. cum Vossiano scribit *ἀλλὰ τὸν εἰς* etc. quibus in verbis arti-

culus haud dubie vitiatus est e foeminina forma *τὴν*, scilicet *κάθοδον*.

L. 4 *sq.* *τῷ θεοσεβεῖ τῶν Ἀλεξανδρέων δήμῳ*] Illam intel- Pag. ligit Alexandrini populi partem, quae Deorum cultum seque- 44. batur. Vid. Obss. ad Ep. VII. p. 190. Quod si perspexisset Interpres gallicus, haud eo nomine Julianum increpavisset, quod *piam* praedicarit plebem ad atrocissima quaeque paratam. Errorem secutus est *Jondot* in *Histoire de l'Empereur Julien* T. II. p. 111. Interpres latinus nomen adjectivum transierat.

L. 5. *οὐ μετρίως ἀηδές.*] Male deest *οὐ* in codicibus DJ.

L. 5 *sq.* *Ὅθεν αὐτῷ προαγορεύομεν ἀπιέναι τῆς πόλεως*] Iidem codices tam hoc, quam extremo loco vitiose scribunt *προσαγορεύομεν*. Quae in alio codice redit permutatio Ep. XLIII. fin. Cum loco nostro conveniunt ultima haec Epistolae LI. verba: *Ὅθεν — — ἀπελθεῖν αὐτῷ προηγορεύσαμεν τῆς πόλεως.* Alibi verborum illorum confusionem admiserunt editores Juliani. Male scilicet in omnibus Edd. vulgatur Caes. p. 536, A: *προσαγορεύοντα.* quod vitium a se sublatum esse falso testatur Harlesius in Animadversionibus p. 170. Tu ocius corrige *προαγορεύοντα.*

L. 6 *sq.* *τὰ τῆς ἡμετέρας ἡμερότητος γράμματα*] Pro his in codice D. corrupte scribitur: *τῆς ἡμετέρας ἡμερότι γράμματι.*

(Interpr. gall. nr. XXVII. p. 455.)

EPISTOLA XXVII.

Extat haec in meis codicibus AH. et in Voss.

Juliani iter in Persiam vel expeditio contra Persas, cujus aliquot capita his litteris in amici gratiam delibantur, plenius describitur ab Ammiano Marcellino, qui bello ipse interfuit, lib. XXIII. cap. 2. usque ad finem libri XXIV.; tum succinctius a Zosimo lib. III. c. 12—28. cujus editor Reitemeierus ad caput 12. notavit, illud iter utilissimo *D'Anvillii* scripto illustrari, cui titulus: *L'Euphrate et le Tigre. Paris* 1780. form. 4.

Epistolam esse Hierapoli datam in ipsius contextu docetur p. 48. Itaque pauco tempore ante obitum Juliani scripta fuit. Non offendamur, quod ea praeter auctoris consuetudinem sic quasi ex abrupto incipit, ut nullo praemisso exordio mediam in

rem vehamur. Ex Ammiano Marcellino meminerimus lib. XXIII. c. 2. Julianum, antequam in Persas progrederetur, aliquamdiu Antiochiae commoratum esse; unde conjicitur, illum Antiochiae cum incola Libanio sermones miscuisse: quod vel ipse Libanius probat in Epistola ad Celsum de colloquio memorans, quod cum Imperatore habuerit Antiochiam transeunte. Suspicari igitur licet, Julianum amico fidem dedisse, se mox ad eum de itinere scripturum esse: quam ob rem ambagibus supersedens debitum absolvit.

L. 11. Ἰουλιανὸς Λιβανίῳ Σοφιστῇ καὶ Κοιαίστωρι.] In codice H. desideratur inscriptio hujus Epistolae, quam vere ad Libanium datam esse liquet ex ipsius loco p. 46. med., ubi Libanii scriptum quoddam advocatur. Reliqui libri omnes illam, quam exhibui, tenent inscriptionem; in qua tentabar aliquamdiu Κοναίστωρι scribere, sicuti similis fert inscriptio Epistolae [LXXIV.], duoque tenent codices in titulo Epistolae XIV.: talem enim scribendi rationem analogia commendat aliorum nominum, e. g. Κονάδοι, *Quadi*, apud Julian. Ad S. P. Q. Athen. p. 279, D. Lucian. Alex. c. 48. (T. V. p. 107. ed. Bipont.) Sed universi scriptores mediae ac infimae graecitatis in Du Cangii Glossario laudati vulgata utuntur scriptura, quam et codex G. agnoscit in fronte modo laudatae Epistolae [LXXIV.] In alias praeterea formas illius vocabuli scriptura discessit. Codex enim A., qui praesenti loco cum Edd. facit, inscribit Epistolae XIV. κοαίστωρι: quae forma vulgatur in Zosimo lib. V. c. 32. (p. 471. ed. Reitemeier.), adposita quidem in margine altera, quam in Juliano retinui. Lydus autem De Magistratibus Reip. Rom. lib. I. c. 24., ubi de diversis quidem Populi Romani Quaestoribus agitur, exhibet: οἱ Κυαίστωρες.

Quod ipsum attinet munus a *Nostro* memoratum, eruditi non docendi sunt, istam Quaesturam cum illa minime confundendam esse provincia, quam in antiqua Romanorum republica Quaestores administrabant. Quaesturam, de qua nobis cogitandum est, optime Zosimus ita circumscribendo illustravit loco laudato: Σάλβιος, ὁ τὰ βασιλεῖ δοκοῦντα τεταγμένος ὑπαγορεύειν, ὃν Κοαίστωρα (al. Κοιαίστωρα) καλεῖν οἱ ἀπὸ Κωνσταντίνου δεδώκασι χρόνοι. q. d. *Salvius, cujus officium erat jussa Principis dictare: quem inde a temporibus Constantini Quaestorem*

appellari mos est. Plura dabit Wagnerus in Indice Ammiani Marcellini voc. *Quaestor.*

L. 12. Λιτάρβων] « Meminit Evagrius V, 12. ac locum esse dicit Antiochia dissitum stadiis trecentis. » Petav. — Codex H. tam hoc, quam inferiori loco scribit λιτάρκων. A Stephano Byzantino sub neutra scriptura vocabulum id refertur.

L. 13. λείψανα] Solus cod. H.: λείψανον.

Ibid. χειμαδίων] Subintellige στρατοπέδων. Quanam aetate vel occasione condita fuerint illa castra hiberna, nec ab Juliano, nec ab alio docemur.

L. 15. ἐῤῥιμμένοις] Cum simplici ρ in cod. A. Codex uterque simplicem exhibet μ, ut et Ed. Spanh., quae tamen recte habet ἐῤῥιμμένον Ep. LVIII. init. Ante Spanhemium plane sic vulgabatur, ut edidi.

L. 1. τὰς λεωφόρους οἱ ἐξοικοδομοῦντες] E codice H. dedi- Pag.
mus οἱ, ubi reliquis in libris est οἷον, quod nullam admittit 45.
sententiam. Cum in his, tum in levioribus aliis Versionem emaculavimus, quae sic habebat: *quomodo in caeteris urbibus viae tanquam aedificari solent, loco pulveris multo limo ac lapidibus, sicut in pariete, collocatis.* — Λεωφόρος a Suida redditur: ὁδὸς δημοσία. Julianus Orat. VI. p. 184, D. ταῖς πλατείαις λεωφόροις opponendo dixit ταῖς ἀτραποῖς καὶ συντόμοις ὁδοῖς. ubi, ut obiter commemorem, pro ἀτραποῖς scriptum est ἀτρίπτοις in codice A.

L. 4. ὧραι] Cod. A: ὥραι.

L. 5. καὶ ἐδεξάμην] Particulae καὶ vis est temporalis, qua praeciditur omnis dilationis cogitatio, ita ut commode redderes per *illico.* Quem usum Hoogeveen Doctr. Part. Gr. p. 368. (ed. Schütz.) inprimis apud recentiores obtinere dixit, exemplis tamen e Sacra tantum Scriptura prolatis. Itaque veteres laudabimus Homerum Iliad. IX, 475. Bionem Idyll. IV, 11. Subjiciamus Julianum Ep. XLIX. p. 92. med.: Ἅμα — καὶ γ.

Ibid. τὸ πλεῖστον τῆς παρ' ὑμῖν βουλῆς] Ob ὁμοιοτέλευτον omissa haec sunt in codice H. Senatus intelligitur Antiochiae, quae Libanii fuit urbs natalis. In eo, quod Antiocheni Senatores ab Imperatore recipiebantur, qui jam illorum urbem reliquerat, nihil mirum est. Antiochensis enim ordo Julianum Antiochia proficiscentem honoris causa prosecutus erat, ut ex Libanio discimus De Vita Sua p. 44. (ed. Morell.)

L. 7. *ἡμῶν*] Perperam *ὑμῶν* in Ed. Spanh.

L. 8. *Βέῤῥοιαν*] Vel e Sacra Scriptura notum oppidum, quod in Syria situm fuisse praeter alios Stephanus Byzantinus tradit. Libri mei omnes in illam consentiunt scripturam nominis, quod aeque per simplicem ρ tam alibi, quam apud Stephanum Byzantinum effertur. Caeterum haec Imperatoris in illa urbe praesentia tangitur a Theodoreto lib. III. c. 22. ubi de Juliano verba sunt: *ὑφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἐν Βεροίᾳ κατηγωνίσθη.*

L. 9. *διοσημείαν.*] Vulgo *διοσημίαν.* Adoptavi scripturam codicis H. qui ex correctura *διοσημείαν* exhibet, ut jam aperuit V. Cl. Boissonade ad Marinum p. 142. addens p. 149. se scripturam eam alteri praeferre, praesertim in scriptoribus prosaicis. Utraque forma quum usitata sit, extat nostra in Julian. Orat. VII. p. 212, B. Est autem *Διοσημεία, τὸ ἀπὸ τοῦ Διὸς σημεῖον* juxta Scholiastam ad Philostr. Her. p. 526. (ed. Boissonade): quae interpretatio bene cum antecedentibus Juliani verbis quadrat: *ὁ Ζεὺς αἴσια πάντα ἐσήμηνεν.* Rarius de bono seu prospero, quam de malo omine vocem usurpari, Spanhemius adlatis Juliani verbis adfirmavit ad Callimachum H. in Jov. vs. 69. (T. II. p. 58. ed. Ernesti).

L. 10 *sq.* *ἔθυσα τῷ Διὶ βασιλικῶς ταῦρον λευκόν.*] Imperatoribus morem fuisse videtur, ut albas pecudes immolarent; quod praeter adjectum *βασιλικῶς* innuit lepidum illud dictum, quod in Marcum Imperatorem acceptum tradit Ammianus Marcellinus lib. XXV. c. IV. §. 17: *Οἱ λευκοὶ βόες Μάρκῳ τῷ Καίσαρι. Ἂν σὺ νικήσῃς, ἡμεῖς ἀπωλόμεθα.* Albo colore victimae Diis superis potissimum, inferis nigrae offerebantur.

L. 11. *Θεοσεβείας*] Vulgatam hanc lectionem, quam probat codex A., retinui contra judicium cel. Boissonadii, cui in Notis ad Marinum p. 142. melior est visa scriptura codicis H: *Θεοσημείας.* quam deinde vir doctissimus in Addendis p. 149. ita commendat, ut conjiciat e similitudine litterarum μ et β primum scriptum fuisse vel scriptum esse visum fuisse *Θεοσηβείας*, quod infeliciter in *Θεοσεβείας* mutatum fuerit. Quantumvis haec acute sint excogitata, verisimilius esse puto, Julianum de Deorum cultu (h. e. *Θεοσέβεια*, sicut ostenditur ad Ep. VII. p. 190.), quam de divinatione (h. e. *Θεοσημεία*) collocutum esse. Nam de Deorum cultu cogitavit, ubi vicinis verbis querebatur, admodum paucos

ei adsensisse, atque istos ipsos, qui antea jam *sani*, h. e. Gentilium religioni addicti erant. Alia quoque occasione (Ep. IV. fin.) dolet Julianus, paucos inveniri cultores Deorum.

L. 14. *ἐλάβοντο δὲ ὥςπερ*,] Sic absolute positum verbum *λαμβάνεσθαι* accedere videtur ad Latinum *capi*, ubi suppletur *mente*. Quare ad sequentes Infinitivos intelligi debebit *ὥςτε*. Adfinis est ejus verbi potestas illa, qua scriptores elegantissimi hoc vel illo Deo Deave *λαμβάνεσθαι* dicunt, i. e. *in furorem agi* numinis praesentia; v. c. Lucianus Nigr. c. 37. (T. I. p. 59. ed. Bipont.): *τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται*, q. d. *a Rhea corripiuntur*: quem ad locum a viris doctis ea dilucidatur locutio.

Quod inducta virgula particulam *ὥςπερ* ad *ἐλάβοντο* retuli, syntaxi convenit Juliani, qui passim illam particulam post verbum collocavit, quod ea adficitur, v. c. Ad Themist. p. 257, D: *ἀπόδειξιν δὲ ὥςπερ*, *quasi argumentum*. Caes. p. 327, C: *τὴν ἀρχὴν παραλαβὼν ναρκῶσαν ὥςπερ*, *rempublicam suscipiens quasi torpentem*. Ibid. p. 329, A: *φόρους δὲ ὥςπερ ἐτετελέκει*, *tributa enim quodammodo pependerat*. Adde locum hujus Epistolae statim sequentem: *καλλωπίζεσθαι δὲ ὥςπερ*, *quasi gloriari*.

L. 15. *αἰδῶ*] Sic Edd. cum codice H. Alter codex meus *αἰδὼ* scribit: quae haud rara est varietas. Secutus sum cel. Creuzerum, qui in Plotino De Pulcr. p. 32. ex plurimis libris *αἰδῶ* vulgavit, ablegans quidem ad Schaeferum in Dionys. Halic. de composit. p. 43.

L. 16. *καλλωπίζεσθαι δὲ ὥςπερ τοῖς χειρίστοις*, *ἱεροσυλίᾳ*] Si, quod superiori loco suasi, minus placuerit, ut vocem *ὥςπερ* cogitatione cum *καλλωπίζεσθαι* jungas, vide an per levem verborum trajectionem, quae tamen auctoritate librorum destituitur, legere malis *καλλωπίζεσθαι δὲ τοῖς χειρίστοις*, *ὥςπερ ἱεροσυλίᾳ* etc. Inducto commate perspicuitati consului.

L. 1. *Βάτναι*] Locus in Syria cis Euphratem situs, quem non confundendum esse cum cognomine municipio trans Euphratem posito contra Lindenbrogium arguit Valesius ad Ammianum Marcellinum lib. XXIII. c. II. §. 7., ubi nempe de altero memoratum est oppido, quo pervenit Julianus Euphrate jam trajecto. Error tamen ille, quem a Valesio refutatum esse diximus, obrepsit quoque Hoeschelio ad Stephanum Byzantinum voc. *Βάτναι*. Cellario ad Zosimum lib. III. c. XIII. §. 3. Pag. 46.

L. 2. Δάφνης] E compluribus ejusdem nominis locis a Stephano Byzantino conscriptis illam intellige Daphnen, quae suburbium fuit celeberrimum ad orientalem partem Antiochiae situm; de quo rursus memorat Julianus Misopog. p. 346, B. Ejus accurata descriptio fit apud Sozomenum lib. V. c. 19., ubi Stephano congruenter appellatur *τὸ ἐπίσημον τῆς Ἀντιοχείας προάστειον*. Pariter ab Ammiano Marcellino vocatur *amoenum et ambitiosum Antiochiae suburbanum* lib. XIX. c. XII. §. 19. quem ad locum Wagnerus aliquot excitavit scriptores, omissis tamen Juliano Sozomenoque.

L. 3. *σωζομένου τοῦ νεὼ καὶ τοῦ ἀγάλματος*] Utriusque Sozomenus in laudata Daphnes descriptione meminit istiusmodi verbis usus: *ἦν γὰρ ἐνθάδε Δαφναίου Ἀπόλλωνος περικαλλὲς ἄγαλμα καὶ νεὼς μεγαλοφυῶς τε καὶ φιλοτίμως ἐξειργασμένος*. Julianus de eo cogitavit, quod flammis devoratum erat templum Daphnicum. Quae res a Libanio celebratur in Oratione mox laudanda.

Ibid. Ὅσσῃ] Perperam Ὄσσῃ in codice H. — Montes illi vel pueris noti sunt.

L. 6. *ἱερὸν Διὸς Ὀλυμπίου καὶ Ἀπόλλωνος Πυθίου τὸ χωρίον*] Similiter Orat. IV. p. 150, C., ubi nominavit Edessam (quo de loco videndus Bochartus Geogr. Sacr. p. 736. 811.) haec interjicit: *ἱερὸν ἐξ αἰῶνος Ἡλίου χωρίον*. Haec autem epistola tali additamento facile careret; scripta enim est ad amicum, qui Daphnen ex unguibus norat ut sibi vicinam, et de qua peculiarem Orationem composuerat. Ipsum Julianum non fugit operam se perdere; quare jam excusare se conatur.

L. 7. Ἀλλ' *ἐπὶ μὲν τῇ Δάφνῃ γέγραπταί σοι λόγος*] Qui extat inter Libanii Opera T. II. p. 185 sqq. (ed. Morell.) hoc titulo: *Μονῳδία ἐπὶ τῷ ἐν Δάφνῃ νεῷ τοῦ Ἀπόλλωνος ἀναλωθέντα πυρὶ, ὡς φασὶ δὲ κεραυνῷ*. Nimirum incendium templi Christianis tribuit Libanius, quocum sentit *Noster* Misopog. p. 346, B. ubi templum illud ait: *ταῖς δὲ τῶν ἀθέων ἀνδρῶν τόλμαις ἀφανισθέν*. Ammianus Marcellinus eam fuisse Juliani sententiam aperte testatur lib. XXIII. c. XIII. §. 2.

L. 8. *οὐδὲ εἷς τῶν οἳ νῦν βροτοί εἰσι*] Tam hoc loco, quam Oratt. VI. p. 191, A. VIII. p. 248, C. Homerum imitatur, cujus verba sic leguntur Iliad. V, 304 sq.:

Μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν,
Οἷοι νῦν βροτοί εἰσι.

Qua occasione detegere liceat alios quosdam ejusdem poetae flosculos, quos ita Julianus inspersit, ut auctoris nomen ab ipso non magis, quam ab interpretibus proditum sit. Itaque verba Orat. II. p. 59, A: ᾤχετο ἄϊστος, ἄφαντος typum habere videntur in Odyss. I, 242. ubi est: Ὤιχετ' ἄϊστος, ἄπυστός. Orat. III. p. 119, C. in verbis Ἄργος πολυδίψιον Homerus praeivit Iliad. IV, 171. Locus Orat. VII. p. 232, C: ὡς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησα, ductus est ex Iliad. V, 423. ubi occurrit: τοὺς νῦν ἔκπαγλ' ἐφίλησε. Scribens Ad S. P. Q. Athen. p. 280, D: οἷον ἂν εἰλόμην ἐγὼ υἱὸν περὶ ἐμὲ γενέσθαι, imitatur dictum Odyss. XX, 35: οἷόν πού τις ἐέλδεται ἔμμεναι υἷα.

L. 8 *sq.* ἐπιχειρήσας ἂν καμεῖν] Codex H: ἐπιχειρήσας συγκαμεῖν.

L. 10. τί οὖν ἐγὼ νῦν ἐπιχειρῶ περὶ αὐτῆς γράφων] Sic Edd. omnes. Codex H. inverso ordine νῦν ἐγὼ scribit, et extremo loco γράφειν. Codex A. postremum verbum omittit.

L. 11. συγγεγραμμένης] Supplendum erit βίβλον, vel μονῳδίας, quod ipsa fert inscriptio Libanii Orationis.

L. 12. Βάτναι] Vitiose βάτται in codice H. qui superiori tamen loco probam exhibuit scripturam.

Ibid. χωρίον ἐστὶν Ἑλληνικόν·] « Pro χωρίον legebatur τυρίον. Unde Interpres absurdam sententiam exsculpsit. » Petav. — Scilicet hujusmodi erat Versio, quam licet hic reprehensam in editionis textu servaverat Petavius: *caseolum graece significat.* Quum bona scriptura, quam uterque meus codex agnoscit, jam a Martinio posita sit in Varr. Lectt., credibile videtur, illam ei Editori postea demum innotuisse, quam graecus latinusque textus prelo exiisset. Mirari autem licet, a viro docto, qualis erat Lindenbrogius, ineptam scripturam absque castigatione usurpatam esse ad Ammianum Marcellinum lib. XXIII. c. II. §. 7. Cui peccato ne recentior quidem editor Wagnerus obloquitur, ubi Lindenbrogii notulam repetit.

Ἑλληνικὸν non tam de origine accipiam, quam de religione. Nam de Deorum cultu statim agitur; et Juliani mos dicendi ad eam interpretationem invitat. Conf. Obss. ad Ep. XL. Pag. 74. lin. 5.

L. 13. *πρῶτον μὲν*] Istorum ratione in sequentibus expectabam *ἔπειτα δὲ*, similive quid. Sed debiti hujus oblitus esse videtur Julianus ob animi turbationem, quae ex gerendarum rerum gravitate suboriri poterat. Complura hisce litteris insunt festinationis indicia.

Ibid. *ὅτι διὰ πάσης τῆς πέριξ χώρας*] Vulgo *δι' ἁπάσης*. Codices secutus sum. Ita Julianus Orat. VII. p. 234, B: *διὰ πάσης μὲν γῆς, διὰ πάσης δὲ θαλάττης.* Ad S. P. Q. Athen. p. 279, C: *διὰ πάσης — τῆς Κελτίδος.* — Caeterum in codice A. male deest articulus *τῆς*.

L. 15. *εὔφρανέ με*] E codicum praescripto meorum ita dedi, quum *εὐφραινέ με* vulgatum esset.

Ibid. *θερμότερον ὅμως ἐδόκει*,] Ab inferioribus Editoribus omissa est notula haec Martinii: « Vide proverbium: *Calidum plus satis*, et Suidam in voce *Θερμόν*. » Neque profecto magni est pretii. Suidas enim nihil praestat, nisi quod adponit vocem *παράδοξον*. Proverbium autem haud inveni sic expressum, uti Martinius indicavit. Similia tamen sunt, quae apud Erasmum leguntur in Adagiis p. 582. tit. *Ne nimium callidum hoc sit modò.*

L. 16. *τῆς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας*] Rursus omittitur *τῆς* in codice A.

L. 16 *sqq.* *Ἐκτὸς πάτου γὰρ εἶναι χρὴ καὶ δρᾶσθαι καθ' ἡσυχίαν, ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πορευομένων, οὐκ ἐπ' ἄλλό τι, βασταζόντων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερεῖά τε καὶ ὅσια.*] E fine sententiae praecedentis cogitatione repetas *εὐσέβειαν* ut subjectum verborum *εἶναι* et *δρᾶσθαι*. tum Genitivos *πορευομένων* et *βασταζόντων* pro absolute positis, ut Grammatici loquuntur, accipias. Ita praeter interpunctionem nihil immutando locus illustratur olim obscurissimus, qui sic in omnibus Edd. habebatur; *Ἐκτὸς πάτου γὰρ εἶναι χρὴ, καὶ δρᾶσθαι καθ' ἡσυχίαν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο πορευόμενον, οὐκ ἐπ' ἄλλο τι βασταζόντων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερεῖά τε καὶ ὅσια. Etenim procul a tumultu et strepitu sacra fieri debent, neque aliud quippiam quaerendum, nisi ut victimae et sacra Diis apportentur.* Certe sententia, quam expressi, aptissima est antecedentibus verbis, quibus Julianus de eo questus erat, quod ubivis locorum, nulla quidem opportunitatis ratione habita, thura et hostiae occurrerint; id quod minus Deorum cultui conveniret, qui ex instituto dataque opera

colendi sint. Citra necessitatem et infeliciter quidem ejus loci scripturam sollicitavit Wyttenbachius Ep. Crit. p. 35. (p. 254. ed. Schaefer.), ubi lectionem sic aliquando se refinxisse perhibet: *οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτὸ βαστάζόντων τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ἱερά τε καὶ ὅσια.* q. d. *non enim decet, ut per eandem viam portentur res profanae, qua ad Deos res sacrae.* Quae interpretatio nititur in differentia vocabulorum *ἱερὰ* et *ὅσια*, quorum alterum de rebus divinis, alterum de humanis usurpatur, ut ostendit Ruhnkenius ad Tim. p. 142. Sed hoc vel si damus, an verba *ἐπὶ τὸ αὐτὸ* significabunt *per eandem viam?* Ipse Wyttenbachius parum, ut videtur, fiduciae posuit in tali correctione; nam sine mora declarat, meliorem medicinam invenisse se putare, dum scriberet: *πορευόμενον, οὐκ ἐπ' ἄλλο τι βαστάζοντα, ἢ πρὸς τοὺς θεοὺς, τὰ ἱερεῖά τε καὶ ὅσια.* q. d. *non enim obiter ac in transitu Deorum sunt adeunda templa, sed solo hoc animo sacrificia apportanti domo est discedendum.* Quam deinde sententiam esse Pythagorae praeceptum ex Jamblicho docet ac Porphyrio. Quantumvis autem in tali conamine doctrinae cernatur subtilitatisve, non intelligo, quonam pacto verbis ita constitutis inesse possit sententia, qualem vir doctus expressit.

L. 1 *sq.* *ἅλση κυπαρίττων ἔχον νέα.*] E codice H. recepi lectionem istam, pro qua male vulgabatur in omnibus Edd. *ἅλση κυπαρίττων ἔχων νέων.* Arguit hic locus, non praeter veritatem dixisse Julianum, Batnas esse similes Daphnae. Quae enim hic de Batnis praedicantur, ea fere de Daphne tradidit Sozomenus loco supra laudato, ubi occurrit: *κομᾷ μὲν ἅλσεσι κυπαρίσσων πολλῶν.* Pag. 47.

L. 2. (*καὶ ἦν ἐν ταύταις οὐδὲν γεράνδρυον,*] Toti huic loco parenthesis circumdedi signa, ut facilius in oculos occurreret sententiarum nexus. Spanhemius ad Callimachum Hymn. in Jov. vs. 22. (T. II. p. 38. ed. Ernesti) verba nostra, inter quae vitiose *ταύτοις* expressit, inutili hoc consilio attulit, ut *γεράνδρυον* de effoeta arbore usurpari doceret. Id e Lexicis dudum constabat.

L. 3. *ἀλλὰ ἐξ ἴσης*] Haud scio, an verior sit scriptura codicum: *ἀλλ' ἐξίσης.* Jam in Juliano vulgatum est *ἐξίσης* in Misopog. p. 358, D. Qui quidem locus apud Vigerum adfertur De Idiot. p. 94. col. 1. (ed. Zeune), ut formulam significare doceatur *aeque ac.*

L. 4 *sq.* (*πηλοῦ — ἔχοντα*)] Haec quoque verba perspicuitatis in gratiam circumsepsi. Tota series Accusativorum a superiori verbo pendet *ἑώρων*.

L. 5 *sq.* *κῆπον δὲ τοῦ μὲν Ἀλκινόου καταδεέστερον, παραπλήσιον δὲ τῷ Λαέρτου*] Alcinoi hortus, cujus descriptio legitur in Homeri Odyssea VII, 112 sqq., paroemiae specie celebratus fuit, ut videre est in Erasmi Adagiis p. 487. ubi locus noster adponitur; praeter quem ex Juliano laudari poterant Ep. XXIV. p. 34. Misopog. p. 352, A. Quemadmodum autem Alcinoi hortus quorumvis fructuum describitur affluentissimus, ita vicissim in Laërtae horto mox appellato sine diligentissima cultura nullam omninó plantam provenisse traditur Odyss. XXIV, 245 sq.

L. 6 *sq.* *μικρὸν ἄλσος πάνυ, κυπαρίττων μεστόν·*] Aliter nec minus commode in codice H. sic verba distinguuntur, ut, virgula post *ἄλσος* rejecta, *πάνυ* ad *μεστὸν* referatur. Hoc autem vocabulum in *μέσων* depravat codex A. cum Voss.

L. 7. *καὶ τῷ Θριγκίῳ δὲ*] Ex oris Editionum Petav. et Spanh. assumsi vocem *Θριγκίῳ*, cujus interpretamentum esse puto *τοιχίῳ*, quod in omnibus Edd. praeter Aldinam expressum est. Aldina vero Editio sicuti codex A. tenet *τριγχίῳ*, quod quidem ex Eustathio refert H. Stephanus in Indice Thesauri. Favet ei scripturae codex H. qui vocem nihili repraesentat *τριχίῳ*. Praetuli tamen formam diminutivam nominis ex optimorum scriptorum usu probati *Θριγκὸς*, quod ab H. Stephano T. II. pro stemmate ponitur aequivalentium vocabulorum *Θριγγὸς*, *Θριγχὸς*, *Θρίγγον*, *τριγκὸς*, *τριγχὸς*, *τρίγχον*. Ipsum Diminutivum *Θριγκίον* apud principem Lexicographum desideratur; occurrit autem praeter locum nostrum in Luciano Somn. c. 22. (T. VI. p. 323. ed. Bipont.), ubi vicinum habes *τὸν τοῖχον*.

L. 10. *δείλης*,] Scil. *ὀψίας*. Vitiose *δήλης* in codice H.

L. 11 *sq.* *Ἐπεὶ δὲ ἦν καλὰ τὰ ἱερὰ*] Similiter Ad S. P. Q. Athen. p. 286, D: *γενομένων καλῶν τῶν ἱερῶν*. quae verba fugerunt Interpretem.

L. 12. *τῆς πόλεως εἰχόμεθα*] Jam *Hierapolin* intelligit, cujus nomen inferiori demum loco profertur.

Ibid. *πολῖται*] Ita cod. H. Vulgo *πολῖται*.

L. 14. *οἶδα ὅτι*] Solus codex H. tenet *εὖ οἶδ' ὅτι*. Quae licet Juliano, sicut aliis, frequentissima sit formula dicendi,

nihilominus abesse poterit *sō*. quod passim a scriptoribus omitti probatur ad Vigerum De Idiot. p. 263. (ed. Zeune).

Ibid. συνείδεις] Idem ille codex perperam exhibet *συνείρεις*, ut Ed. Ald.

L. 15. *ἄλλως φράσαι*] Adverbium, quod ab Interprete neglectum erat, *temere, frustra* valet. Quae significatio jam in Vigero De Idiot. notata est p. 368. ed. Zeun. (p. 760. ed. Herm.) exemplisque illustrata ab Ruhnkenio ad Tim. p. 199. Toupio ad Longinum §. 7. Huc refer Juliani loca Oratt. III. p. 129, C: *ψευδῆ καὶ πεπλασμένην ἄλλως*. VI. p. 199, C: *ἵνα δὲ μή τις ὑπολάβῃ, μὲ ταῦτα ἄλλως λέγειν*.

L. 16. *ἔστι μοι νέκταρ.*] Solebant veteres, rem quamlibet impense suavem *nectar* dicere. Exempla prostant apud Erasmum Adag. p. 489. tit. *Nectar spirat.*

L. 16 *sq.* *Ἰαμβλίχου τοῦ θειοτάτου τὸ θρέμμα Σώπατρος*,] Utrum antiquiorem Jamblichum sub Constantino Magno defunctum, an aequalem suum intelligat, cui aliquot inscribuntur Epistolae, non definiam. Priorem, de quo notavimus ad Fragm. VI., Julianus non minus quam alterum reverebatur, quem attigimus ad Ep. XXXIV. tit. Maxime tamen de antiquiori videtur cogitandum cum ob majorem illius claritatem, tum ob epitheton eidem aeque tributum Orat. IV. p. 157, C. ubi est: *τοῦ θείου Ἰαμβλίχου*. — *Sopatrus*, qui discipulus Jamblichi vocatur, praeter hunc locum occurrit in Epistolis ad Jamblichum datis XL. p. 72. LIII. p. 104. Unde hoc tantum liquet, Sopatrum fuisse communem Juliani recentiorisque Jamblichi familiarem; minime vero constat, utrius fuerit Jamblichi discipulus. Vocabulum *θρέμμα*, quod nativo sensu de pecoribus usurpatur Orat. III. p. 125, C., metonymice de philosophis invaluit, e. g. Julian. Caes. p. 309, C. Liban. Legat. ad Jul. T. II. p. 157. (ed. Morell.) Lucian. Icaromen. c. 31. (T. VII. p. 44. ed. Bipont.)

L. 17. *τούτου κηδεστὴς ἐξ ὅσου·*] Locus obscurus aptoque nexu carens ita repraesentatur in omnibus Edd. et cod. A. Nihil expedit, quod verbis istis *ἐγένετο* praemittitur in codice H. Quid enim sonat *ἐξ ὅσου*? Fiat lux a doctioribus. — Quum ignoretur, quonam affinitatis vinculo viri, de quibus memoratur, erant obstricti, commode per *affinem* exprimitur *κηδεστής*. Est enim lata graeci vocabuli potestas in designandis propinqui-

tatis gradibus; ut praeter H. Stephanum in Thesauro Spanhemius ostendit in Observatt. ad Julian. Orat. I. p. 287. col. 2: *Generum* aperte significat in Julian. Caes. p. 312, B.

Pag. 48. *L.* 2 *sq.* *τόν τε ἀνεψιὸν τὸν ἐμὸν, καὶ τὸν ὁμοπάτριον ἀδελφὸν,*] Alterum intellige *Constantium*, alterum *Gallum*. Idem sic rursus designantur in Misopog. p. 340, A: *ὅ τε ἀνεψιὸς ὁ ἐμὸς — — καὶ ὁ ἀδελφὸς ὁμοπάτριος.*

L. 3. *τῆς εἰς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας*] E codice H. recepi articulum *τοὺς*, quem et superior agnoscit hujus Epistolae locus p. 46. lin. 16. ubi prorsus eadem occurrunt verba. Accedunt similia loca Ep. XLII. p. 80 sq.: *τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν.* Fragm. p. 299, B: *τῆς πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσεβείας.* Ep. XLIX. p. 92. Misopog. p. 363, D: *τὴν εἰς τοὺς θεοὺς εὐλάβειαν.*

L. 5. *οὐκ ἐληφθη τῇ νόσῳ*] Verbum *λαμβάνεσθαι* sic usurpatur, ut *ἁλῶναι* in simili sententia Juliani ap. Cyrill. lib. X. p. 327, B. ubi est: *πολὺ πλῆθος ἑαλωκὸς — — ὑπὸ ταύτης τῆς νόσου.* Christiana religio *νόσος* appellatur e solemni *Nostri* more, quem notavimus ad Ep. XLII. sub fin. — Caeterum locus noster, quamvis metaphorice valeat, argumento esse potest Hemsterhusio, qui, postquam negaverat ad Lucian. Nigr. c. 37. a medicis dici *τῇ νόσῳ λαμβάνεσθαι*, potiusque *ὑπὸ τῆς νόσου* dicendum existimaverat, sententiam retractavit in *Addendis* (T. I. p. 290 sq. ed. Bipont.) probamque esse adfirmavit locutionem *τῇ νόσῳ λαμβάνεσθαι*, adlatis quidem ex Harpocratione verbis Theopompi, qui Artemisiam tradit *φθινάδι νόσῳ ληφθεῖσαν ἀπολέσθαι.*

Licet integritati contextus Julianei nihil deesse videatur, adparet tamen e codice H. loco huic subjecta fuisse nonnulla, quae librarii, puto, praetermiserint ut in Christianos acerbe vel inique dicta. Scilicet in illo codice post vocem *νόσῳ* reperitur additum: *Πολλοὶ στρατιῶται προσῆλθον μοι τὴν γαλιλαίων* Quae verba vacuum excipit linearum duarum spatium. Deinde sequuntur, quae tam in altero codice, quam in Edd. adsunt.

L. 6. *Ταῦτα εἶχον ἀπὸ τῆς Ἱερᾶς πόλεως*] Codices non minus quam Edd. in duas voces discerptum exhibent Hierapolis nomen, quod alibi tam uno vocabulo repraesentatur, e. g. Misopog. p. 369, A: *Ἱεράπολιν.* Zosim. III, 12: *τὴν Ἱεράπολιν. τῇ Ἱεραπόλει.* quam bipartito scriptum occurrit, v. c. apud Lucianum De Syria Dea (T. IX. ed. Bipont.) passim. Ponens

majusculam I, secutus sum Juliani editores, qui propterea id fecisse videntur, ne quis, pro appellativo habens nomen ἱερᾶς, urbem intelligeret quamlibet. Alexandriam enim τὴν ἱερὰν πόλιν dixit Julianus Ep. X. p. 14. passimque πόλεις ἱερὰς memoravit, v. c. Misopog. p. 361, A. Vere *Hierapolin* intelligi, extra dubium ponitur a Zosimo l. l., nec non ab Ammiano Marcellino lib. XXIII. c. II. §. 6. qui diserte tradunt Julianum, ubi Persiam invasurus erat, iter fecisse per *Hierapolin*, quae urbs erat Commagenes. Zosimus docet, Imperatorem tres dies in ista urbe commoratum esse, quo cunctas naves tam militares, quam onerarias convenire oportuit per Euphratem descendentes. Inferior Epistolae locus utique de coactis copiis et navibus fluvialibus memorat.

L. 9 *sq.* ὅσον οὐ ῥᾴδιον, οὐ τριπλάσια τούτου περιλαβεῖν,] Ita scribendo cum codice H. locum expedivi, quem omnes Edd. cum altero codice pessime sic exhibent: ὅσον οὐ ῥᾴδιον οὐδὲ τριπλάσια etc. Quare sententiam utcunque reddiderat Interpres ponens: *imo ne tribus quidem epistolis, si accurate perscribatur.* Equidem verbis οὐ ῥᾴδιον, quibus inferiora referuntur σκοποῦντι τ' ἀκριβὲς, subintelligo ἔστι. sicut Ad Them. p. 262, A. Tum pronomini τούτου subaudiri debet γράμματος vel γραφομένου.

L. 11 *sq.* Πρὸς τοὺς Σαρακηνοὺς ἔπεμψα] Saraceni se ultro belli socios Juliano obtulerant, auctore Ammiano Marcellino lib. XXIII. c. III. §. 8. qui rursus Ibid. c. V. §. 1. de *adscitis Saracenorum auxiliis* memorat, *quae animis obtulere promptissimis.* Interea Zosimus lib. III. c. XXVII. §. 3. in eodem hoc bello, quod Persis intulit Julianus, inducit Saracenos tanquam cum Persis conjunctos. Itaque videntur illi more suo, quo sola praedae cupiditate ducebantur, mox a Romanis defecisse.

L. 12. ὑπομιμνήσκων] Perperam ὑπομιμνήσκειν in cod. H.

L. 15. ἐξέλθῃ] Codex idem: ἐπέλθῃ. Locus hic bene congruit cum Ammiani Marcellini testimonio lib. XXIII. c. II. §. 7. ubi narratur, Julianum Hierapoli discedentem tam propere castra movisse, ut *fama de se nulla praeversa (id enim curatius observarat)* improvisus Assyrios occuparet.

L. 16. ἐδίκασα δίκην στρατιωτικὴν] Pro δίκην in codice H. male scribitur νίκην. Cujusmodi confusio vulgatam lectionem νίκης peperit in Juliano Caes. p. 329, B. Nam licet aeque com-

moda sit ea scriptura, nihilominus ob librorum auctoritatem praeferam alteram (*δίκην*, i. e. *judicium*), quae praeter antiquissimam Cantocleri editionem in quinque meis codicibus invenitur, quibus accedunt codices Voss. et Aug. ab Harlesio laudati p. 154.

L. 17. *πρᾳότατα καὶ δικαιότατα*] Haec, si praeter modestiam, haud tamen praeter veritatem dicta videntur. Adposite praedicat Ammianus Marcellinus lib. XXII. c. X. init. *justas* hujus Imperatoris sententias, et *modica* improborum supplicia. Suidas voc. Ἰουλιανὸς in ejusdem justitiae laudem talia refert: *ἐπὶ τὸν Ἰουλιανὸν πολλαὶ δίκαι ἐχώρουν, χανδὸν ἐμφορουμένων τῶν ἀνθρώπων τῆς δικαιοσύνης τοῦ κρίνοντος.* q. d. *Ad Julianum multae causae deferebantur, cum homines affatim fruerentur aequitate judicis.* Jam aestima, quonam loco habenda sit Gregorii Nazianzeni declamatio Adv. Jul. Orat. IV. p. 121, A. ubi Julianum ait, *dum judicis munere fungeretur, aulam clamoribus ac membrorum strepitu implevisse, non aliter ac si ipse esset, cui vis et damnum inferretur, ac non aliis potius haec patientibus succurreret; multos etiam e rusticioribus, qui ad eum supplicantes publice accesserint, palam pugno ferientem calcibusque impetentem ita mulctavisse, ut illi praeclare secum actum putarent, quod atrocius aliquid non passi essent.* Caeterum si haec Juliani consuetudo fuit, ut jus diceret litigantibus; mirari licet, in ejus scriptis extra hanc Epistolam nullum extare talis moris vestigium.

L. 18 *sq.* *Ναῦς πληροῦνται ποταμίαι πυρροῦ*] Naves intellige super Euphrate dispositas. De his navibus importatisque frumentis diserta sunt verba Zosimi lib. III. c. XIII. §. 3: *ἠκολούθουν δὲ καὶ οἱ στρατιῶται, τὰς σιτήσεις δὴ κεκομισμένοι· καὶ ἀνέβαινον εἰς τὰ πλοῖα.* nec non Gregorii Nazianzeni Adv. Julian. Orat. IV. p. 115, A: *ταῖς ναυσὶ διὰ τοῦ ποταμοῦ συναγωγούσαις.*

Pag. 49. *L.* 2. *ἐννοεῖς*] Cod. H: *ἐννοεῖν.* male.

L. 5. *Ἐπιστολαῖς δὲ ὅσαις ὑπέγραψα*] Quamvis hic locus ratione sequentium obscurus sit, rem tamen assequimur notatu dignam. Intelligimus enim, Epistolas quasdam intercidisse, quum inter extantes nulla sit argumenti talis, quale hoc in nexu significatur.

Ibid. *καὶ βίβλοις ἐπόμενα ὥσπερ αἴσιά μοι·*] Comma, quod his verbis praecedebat, delevi tanquam inutile tenebrisque

favens, quibus involuta jacet sententia. Vulgata scriptura, quam omnes quidem libri tuentur, apto sensu caret nec ullum omnino admittit, nisi ponamus, Julianum libris mandasse laeta omina, *quae ipsum quasi sequebantur*, i. e. comitabantur, vel ubivis ei offerebantur, quacunque conversus esset. Tum ὥςπερ ad antecedens verbum referretur, quemadmodum superioribus Epistolae locis p. 45. l. 14. dictum vidimus ἐλάβοντο δὲ ὥςπερ, et Ibid. l. 17. καλλωπίζεσθαι δὲ ὥςπερ. Talis autem sententia monstraret, Julianum de rebus ad expeditionem contra Persas pertinentibus libros composuisse; quae quidem cura satis illum decuisset, qui de suis contra Germanos gestis commentarios scripserat. Quum tamen Juliani de Persico bello commentariorum nusquam facta sit mentio, probabilitate caret interpretatio.

Proponam quod praeterea mihi in ventem venit multum de hoc loco meditanti. Quid? si vocem incommodam ἑπόμενα pro notula haberemus alicujus librarii, qui defectuosam olim Epistolam ope melioris codicis ita suppleverit, ut adposito in margine supplemento praescriberet: ἑπόμενα· h. e. *sequentia*; scilicet: Juliani verba hujusmodi sunt. Ex aliorum autem imperitia fieri potuit, ut glossema textum invaderet Epistolae. Recisa igitur illa voce dixerit Julianus: *Quantis autem Epistolis et quasi libris consignarim fausta mihi omina*, etc. Epistolas ob longitudinem *quasi libros* diceret; relato nimirum vocabulo ὥςπερ ad praecedens nomen. Plenior salus e melioribus codicibus expectetur. Interea conjecturas meas improbare minus operosum erit, quam iis probabiliores excogitare.

L. 4. καὶ ταῦτα συμπερινοστεῖ] Non placet ad ταῦτα supplere αἴσια, quod tamen e nexu necessarium videtur. Antecedentis loci corruptela suspicionem movet, in ista sententia nonnihil excidisse. — Verbum συμπερινοστεῖν, quod ab H. Stephani Thesauro exulat, in Schneideri Lexico refertur e Luciano; cujus equidem indicabo loca Tox. c. 57. fin. (T. VI. p. 122. ed. Bipont.) Conviv. S. Lap. c. 13. fin. (T. IX. p. 56. ed. Bipont.)

Ibid. τί δεῖ νῦν] Male τὶ scribitur in Ed. Spanh.

L. 5. ἀπαριθμούμενον;] Sic in omnibus quidem libris Epistola finitur, nec ulli unquam, quoad sciam, de integritate dubium est ortum. Haud tamen tacebo, truncatum videri posse textum inspecto codice A. Is enim contra morem ultimo verbo

signum adjungit ∾, post signum interrogationis positum; deinde vero dimidias duas exhibet paginas omni scripto carentes. Nolis interea putare, totum eum hiatum explere debuisse praesentibus litteris; minimam potius lacunae partem explerent ea, quae fortasse desunt. Omittuntur enim quatuor Epistolae vel Epistolia, sicut e numeris intelligitur λά et λς', quorum alter praesenti Epistolae adponitur, alter illam comitatur, quae post vacuum in eo codice spatium sequitur.

(Interpr. gall. nr. XXXV. p. 483.)

EPISTOLA XXVIII.

Haec praeter codices Baroc. et Voss. in meis extat AGHN.

L. 8. Ἰουλιανὸς Γρηγορίῳ ἡγεμόνι.] Sic cum codice A. omnes Edd. inscribunt, nisi quod in Spanh. vitiose Γρηγερίῳ expressum est. Nec aliud vult cod. G., qui tantum neglexit Ἰουλιανός. Codices autem HN. omni carent inscriptione. — De Gregorio hoc aliunde nihil compertum habeo. Dignitatis cognomentum, quod in Juliano redit Ep. XLIX. p. 92. Fragm. III. p. 152. Latinorum respondet *Duci*, cujus vel civilem vel militarem tunc fuisse potestatem ostendit Wagnerus ad Ammianum Marcellinum Indice II. Graecorum scriptorum loca collegit Du Cange in Glossario voc. Ἡγεμὼν, *Praeses, Judex.*

L. 9. γράμμα παρὰ σοῦ] Perperam cod. H: δράμα περὶ σοῦ.

L. 10. πρόφασιν μνηστεῦσαι.] Haec non valent, quod Interpres posuerat, *occasionem capere;* sed potius *occasionem dare, praebere.* Suppeditandi sensu et alibi verbum illud gaudet, e. g. Epp. XXIV. init.: ἀρκοῦσαν ἡδονὴν μνηστεύων. XLI. p. 77: τοῦ μέλους τὸ ἐνδόσιμον μνηστεύεις. Alterum vocabulum, quod saepissime quidem *praetextum* indicat, rursus id, quod hoc loco, significat apud Julianum Orat. II. p. 50, A. Duplicem ejus vocis notionem aliquando confudit vir doctissimus ob id reprehensus ab H. Stephano Animadvv. ad Adagia Erasmi fol. 20. verso.

Ibid. λίαν] Sic Edd. omnes; quum synonimum ἄγαν exhibeant codices Voss. AGN. Adverbiorum neutrum agnoscit cod. H. Nihil novavi, quum talia pro librariorum lubitu

permutari potuerint. Hinc factum esse videtur, ut cumulate *λίαν ἄγαν* occurrat vulgatum Orat. VII. p. 233, B.

L. 11 *sq.* *μήκει μᾶλλον, ἢ*] In margine Petav. notatur: « *Deest in vet. vox μήκει.* » Codices interea mei cum Edd. eam vocem agnoscunt. — Pro *μᾶλλον ἢ* codex N. tenet *ἀλλὰ*, quod interpretamentum est vulgatae lectionis. Caeterum eadem sententia verbis haud absimilibus expressa legitur Ep. LVII. init.

L. 12 *sq.* *τῶν ἑταίρων φιλίας ἐκτίνεσθαι*] Codices Baroc. Voss. H. pro *ἑταίρων* exhibent *ἑτέρων*. quorum nominum frequentem esse confusionem dudum observarunt Wolfius ad Liban. Ep. MV. Boissonade ad Philostr. Her. p. 345. Hermannus ad Orph. p. 568. Minime dubitavi, vulgatam omnium Editionum tueri lectionem, quam tres codices probant; confer enim Obss. ad Ep. LXVI. fin. — *Ἐκτίνεσθαι* scripsi contra Edd. et codd., in quibus universis est *ἐκτείνεσθαι*, pro quo *amplificandam* Interpres posuerat. Sententia emendationem poscebat, cui linguae usus favet. Similiter *χάριτας ἐκτίνειν* dixit Euripides Orest. v. 455. (ed. Brunck.) Julianus Orat. III. p. 117, C: *ἀποτίσαι τὸ εὐεργέτημα.*

(Interpr. gall. nr. XLVII. p. 510.)

EPISTOLA XXIX.

Pag. 60.

Haec extat in codicibus AH. et Voss.

Ab Imperatore Juliano datas esse has litteras mihi quidem ex argumento videtur. Caesari tamen Juliano easdem tribuit Spanhemius Praefat. ad *Nostri* Opera p. XXXIV. hoc solo nixus fundamento, quod in Gallia scribi declaratur. Utique in Gallia scripta sit Epistola, sed illo tempore, quo Julianus Augustus jam salutatus adhuc in illa regione morabatur Constantium pacaturus, id est, ubi recens susceptum, necdum firmatum erat ipsius imperium.

L. 3. *Ἰουλιανὸς Ἀλυπίῳ ἀδελφῷ Καισαρίου.*] Ita cod. A. cum Edd. In altero codice meo desideratur inscriptio. — Alypium esse eum, de quo memorat Ammianus Marcellinus lib. XXIII. [c. I. §. 2.], conjecit Martinius in loci nostri margine, sponteque adfirmarunt Valesius ad Ammianum l. c. Bleterius in Epistolae versione gallica. Quae quidem opinio, licet

argumento nullo munita sit, probabilitate non caret. Etenim Alypii, cujus Ammianus meminit, magna gratia fuit apud Julianum Imperatorem, ut qui templi Hierosolymitani curam illi mandavit restaurandi. Accedit, quod Epistola proxime sequenti laudatur Alypius ob perfectam aliquam geographicam tabulam; id quod ad hominem architecturae peritum dici facilis est conjectura. Forsan ad ipsam Hierosolymitanam urbem ac regionem illa pertinuerit geographia. — Quod adjicitur *ἀδελφῷ Καισαρίου*, id innuere videtur et alios tunc temporis floruisse viros illius nominis; et profecto Libanius duas inscripsit epistolas Alypio; qui an idem cum nostro fuerit, incertum est, licet id adfirmarit Valesius ad Ammianum Marcellinum l. l. *Caesarius* porro, cujus frater dicitur Alypius, vel ille fuerit, cui Libanius aliquot Epistolas inscripsit, vel is, qui sub imperio Valentiniani et Valentis anno 365. tanquam Praefectus urbis Constantinopolitanae laudatur ab Ammiano Marcellino lib. XXVI. c. VII. §. 4. Zosimo lib. IV. c. VI. §. 2. In Muratorii Anecdotis Graecis occurrit Gregorii Nazianzeni epitaphium *Εἰς Καισαρίου ἀδελφόν*. nihil autem illustrationis adfertur. Ne de Caesario cogitetur illustri medico, cujus frequens est apud Gregorium Nazianzenum memoria, vetat id ipsum, quod ille frater fuit Gregorii Nazianzeni.

L. 4. *Ὁ Συλοσῶν*] Accentum circumflexum, quem pro gravi Spanhemius induxit, agnoscunt codd. mei. — Historiae, quam iterum attigit Julianus Orat. III. p. 117, B., fons est apud Herodotum lib. III. c. 140. quem locum in margine, praeeunte Martinio, Spanhemius notavit. Multi praeterea scriptores eandem historiam in usum vocarunt, ut in proverbium cesserit *ἡ Συλοσῶντος χλαμύς*. Vid. Prov. Graec. E Suida Cent. XIV, 69. ibique Schott. Erasmi Adagia tit. *Sylosontis chlamys* p. 695. unde promamus enarrationem hujusmodi: *Syloson quidam cum sensisset Darium Hystaspis filium, cum adhuc privatus ageret, chlamyde quadam sua admodum bella impensius fuisse delectatum, eam ultro dono misit. Cujus tam tempestivae liberalitatis memor Darius, cum jam rebus esset praefectus, totam et urbem et insulam Samiorum Sylosonti in manus tradidit, unius vestis munus tam opulento regno compensans.*

Ibid. *φησὶ*] Pro *φησί τις*, ut Ep. XXI. post init. Praeter laulatum ibi virum doctissimum tractavit de hoc usu dicendi cl. Boissonade ad Marin. p. 142 sq. ad Eunap. p. 418. utroque loco nunc nostrum excitans. Cui quidem addi poterant ex Juliano complura, v. c. Ep. L. init. Misopog. p. 357, A. Orat. IV. p. 145, D. Postremo quidem loco vulgatum est: *ἐπεὶ δὲ ὅμιατα, φασὶν, ἀκοῆς ἐστι πιστότερα.* Sed nullus dubito, quin e codice meo scribendum sit *φησὶν*, ac omittendum *ἐστι*. Significatur autem Herodotus I, 8. cujus jam attigi locum ad Ep. XXII. p. 253.

Ibid. *παρὰ τὸν Δαρεῖον*,] Primo loco codex H. tenet *πρὸς*, ut jam observavit Boissonade ad Marin. p. 143. Nihil immutandum existimavi, quum vulgata scriptura tam alterius codicis auctoritate, quam Juliani multis exemplis firmetur, v. c. Ep. LIII. p. 103: *παρ' αὐτὸν ἐλθεῖν*, et *παρ' ἡμᾶς ἥξειν*. Ad S. P. Q. Athen. p. 273, A: *ἐβάδιζον παρ' αὐτόν*. Ibid. p. 274, A: *ἐκάλει παρ' ἑαυτόν*. Misopog. p. 360, A: *παρὰ τὸν ἐκεῖσε βασιλέα — — ἀφίκετο*. Adde Obss. p. 217 sup. Suidas: Παρὰ τοῦτον· *ἀντὶ τοῦ πρὸς τοῦτον*. Quibus addit: *οὕτω πανταχοῦ Ἀρριανός*.

L. 5. *τῆς χλανίδος*] Julianus propria utitur Herodoti voce, quum apud Paroemiographos, qui superiori notula citati sunt, *χλαμὺς* legatur. Haec erat vestis militaris, quae vel apud *Notum* Orat. II. p. 52, B. ita vocatur; sed *χλανίσιν* utebantur mueri et molles homines, si recte docuit Graevius ad Lucianum Amor. c. 44. (T. V. p. 597. ed. Bipont.) Aelianus Var. Hist. V, 5., ubi rem eandem tradit, *ἱμάτιον* posuit.

L. 6 *sq.* *μεγάλα ἀντὶ μικρῶν*] Locutio proverbialis, de qua otavimus ad Ep. XIX. p. 244. Codex H. praemittit articulum *ὸ*, qui tamen in eo nexu minime ferendus est.

L. 9. *οὐ γὰρ ὑπεμείναμεν*] Codex A: *οὐδὲ γ. ὑ.* Vice versa ariatur Ep. XXXV. p. 59. lin. 7.

L. 10. *τὴν μνήμην τῆς σῆς φιλίας*] Cod. H: *τῆς σῆς φιλίας ὴν μνήμην.*

L. 12 *sq.* *σε μετεκάλεσα*] Codex Voss. prave scribit *ἐμετε αλέσα.* nec minus corrupte codices mei cum Ed. Ald. tenent *μέτε καλέσαι.* Reliquarum Editionum scripturae, quam expressi, praesidio est Ep. LIX. p. 114. ubi *σε παρεκάλεσα* scribit d virum, quem ad aliquod munus vocaverat. Caeterum ea

Juliani consuetudo, qua familiares ad se venire jubebat, a Gregorio Nazianzeno notata est Adv. Jul. Orat. IV. p. 120, D. ubi legitur: *πολλοὺς γὰρ τῶν αὐτοῦ συνήθων τε καὶ γνωρίμων, ἐκ τῶν κατὰ τὴν Ἀσίαν μάλιστα, ἐκάλει μὲν κατὰ πᾶσαν σπουδὴν* etc.

L. 14. (*καὶ γάρ εἰμι μαντικός*)] Passim ejusmodi dicta reperies a scriptoribus interjecta, v. c. in Platone Alcib. Pr. c. XI: *μαντικὸς γὰρ εἶ.* Phaedr. p. 343, B: *εἰμὶ δὴ οὖν μάντις.* in Luciano Deor. Dial. XXII, 3. (T. II. p. 77. ed. Bipont.): *μουσικὸς γάρ εἰμι.* Ibid. 4. (Ibid. p. 78.): *ἐρωτικὸς γάρ εἰμι.*

L. 15. *κρείττονα ἐκείνων*] *κρείττονα* pro vulgato *κρεῖττον* adoptavi e codice A. Spectat enim ad praecedentem Pluralem *τῶν μελλόντων.* Forsan ob sequentem vocalem aliquis *κρείττον'* scripserat, unde, neglecto apostropho, forma provenerit neutrius generis in Singulari positi.

L. 16. *Ἀδράστεια δ' εὐμενὴς εἴη.*] Scilicet Adrastia tum operari credebatur, si quis e rebus prosperis in calamitates incidisset. Vide ad instar omnium Erasmi Adagia p. 1855. tit. *Adrastia Nemesis.*

L. 17. *πόλιν*] Uterque codex meus articulo caret, quocum Edd. *τὴν πόλιν* exhibent.

L. 19. *βάρβαρος Μοῦσα*] Cod. A: *βαρβαρικὴ μοῦσα.* Docuit Ammonius, *βάρβαρον* sumi pro *βαρβαρικὸν*, at non contra. Quare tutissimum judicavi, lectionem retinere vulgatam. Julianus interea videtur usus illius differentiam ignorasse; scripsit enim Orat. II. p. 62, B: *ὄνομα βάρβαρον.* tum Ep. XXVII. p. 46: *βαρβαρικὸν ὄνομα.*

Ibid. προσπαίζει] Cod. H: *προσπέζει.*

Pag. 51. *L.* 1. *καὶ τῇ αὐτοῦ χειρὶ*] Sic Edd. omnes. Codices mei nihil mutant, nisi quod *αὐτοῦ* scribunt ad instar Ep. VI. p. 9. ubi verba eadem cum pari obscuritate leguntur. Difficultatem ad eum locum utcunque expedivi p. 186.

L. 2. *λῃῖς ἐρίφων*] Corruptus locus, e quo nonnihil excidisse poterit, sic a Martinio, Petavio, Spanhemio expressus est. Codices in primae vocis scriptura variant quidem, sed incommode. Videlicet in margine Petavii notatum est: « *γρ. λῆς.* » quibus repetitis addidit Spanhemius: « *item λις.* » Prius quidem vocabulum a meis codicibus alienum est ac pro nihilo habendum,

ni forte cum jota subscripto legendum sit λῇς, ab antiquo verbo λάω, λῶ. quod satis placeret ob similem duarum vocum junctu-ram in isto Theocriti loco Id. V, 21: Ἀλλ' οὖν αἴκα λῇς ἔριφον θέμεν etc. quem adumbrari putarem, si ullo modo simile esset auctorum consilium. Alterum autem vocabulum omnino depre-henditur in codice H., et ita quidem, ut a posteriori manu in-scriptum adpareat spatiolo, quod a prima manu vacuum erat relictum; praetereaque, circumflexo tamen accentu, repraesen-tatur in codice A. nec non in Ed. Ald. Aequivalent autem λὶς et λῖς, atque significant *leonem*; de quo, cervorum licet ac hoedorum venatio memoretur, ideo tamen cogitari nequit, quod leones non novit Gallia. Quam nihil certi se obtulerit, vulga-tam interpretationem reliqui, quae tamen cum tali sensu, quali verba τῇ αὐτοῦ χειρὶ accipienda putavi, neutiquam stare potest. Qualiscunque sit illorum ratio, caremus verbo singulo connectenti. E vulgata scriptura hoc assequi mihi videor, polliceri Julianum, nihil bonae dapis amico defuturum esse; respectis fortasse Homeri verbis Iliad. XI, 676: Λητίδα δ' ἐκ πεδίου συνελάσσαμεν ἠλιθα πολλήν. Julianus alibi non utitur voce λῃς; pro qua λεία occurrit Orat. II. p. 57, A.

Ibid. καὶ τῆς ἐν τοῖς χειμαδίοις θήρας τῶν προβατίων·] In codice H. male desunt verba τῆς ἐν. Sed bene dedit codex idem προβατίων, quum in Edd. vitiose προβατείων expressum sit. Alter codex προβαταγρίων exhibet, quod ad προβάτων ἀγρίων ducere videtur.

L. 3 *sq.* γινώσκειν ὅσος εἶ] Cod. H: γιγνώσκειν. — Per-peram ὅσον in Ed. Mart.

L. 4. περιεῖπον.] Ed. Spanh. περιεῖχον. Revocavi scriptu-ram anteriorum Editionum, quibus codices mei suffragantur. Explicat Suidas Περιεῖπον· περί τινα ἦσαν θεραπευτικῶς. tum quoque Περιεῖχεν· ὑπερεῖχε. h. e. *superabat, eminebat.* In Ju-liano male vertebatur: *complexus sum.*

(Interpr. gall. nr. XII. p. 413.)

EPISTOLA XXX.

Haec extat in codicibus Baroc. Voss. meisque AH.

L. 8. Ἰουλιανὸς τῷ αὐτῷ.] Ita codex A. cum Edd. In altero meo codice non minus hujus, quam antecedentis Epistolae desideratur inscriptio.

L. 9. τὴν γεωγραφίαν] De cujus natura conjecturam proposui ad Epistolae praecedentis inscriptionem p. 298.

L. 10. οὐ μὴν] Edd. οὔ μην.

L. 12. κατεμούσωσας] Id verbum, cujus rarior videtur usus, ex Greg. post Budaeum refert H. Stephanus in Thesauro, redditque: *numeris et modis exornare venustiusque reddere.*

L. 13 *sq.* οὐ μάχην ἀείδοντας τὴν Βουπάλιον, κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητὴν,] Bene Spanhemius, ubi τὸν Βουπάλιον vulgatum erat, articulum foemininum adoptavit e codice Barocciano, quem probat meus A. Per Κυρηναῖον ποιητὴν, pro quo vitiose scribitur Κυρυναῖον π. in Ed. Spanh., et Κυρκαῖον π. in codice H., significatur Callimachus, cujus fragmentum uno hoc loco servatum in collectione sua recepit Bentleius nr. XC. (T. I. p. 460. ed. Ernesti), metroque adstrictum sic exhibuit, semel variante scriptura:

— οὐ μάχην ἀείδοντας
Τὴν Βουπάλειον —
— *non pugnam canentes*
Bupaleam —

Nihil tamen ad rem explicandam addidit vir doctissimus. Haud magis Junius in Erasmi Adagiis p. 1215. tit. *Bupalia pugna*, Cognatus Ibid. p. 1217. tit. Βουπάλειος. μάχη, rationem aperuerunt ejus dicti, quod e solius Juliani hoc loco citatum efferri tradunt pro virulento et dentato scripto, quo maledicentiae et irarum habenas omnes in quempiam effundimus. Probabile mihi videtur, Callimachum de celebri certamine locutum esse, quo Bupalus pictor vel statuarius, ubi poetam Hipponactem specie repraesentasset admodum deformi, ab eo versibus jambicis castigatus est adeo mordacibus, ut vitam suspendio finiverit; quam famam e veteribus exponit Erasmus in Adagiis p. 1213. tit. *Hipponacteum praeconium.* Liceret quidem suspicari, βουπάλειον pro nomine appellativo habendum esse, nempe a βοῦς et

πάλη formato, quemadmodum Callimachus vocabulis utitur cum βοῦς compositis: *βούπεινα*, *fames ingens*, Hymn. in Cer. vs. 24. *βούβρωστις*, Ibid. vs. 103. Sed quum ab Juliano memorati sint *jambi*, constetque aliunde, Bupalum *jambis* fuisse punctum, maxime superior arridet sententia. — Ratione scripturae consentientes secutus sum Juliani codices et Editiones, nesciens unde Βουπάλειον assumserint Bentleius et Junius locis citatis. Quod ad verba *μάχην ἀείδοντας* in oris Editionum Petav. ac Spanh. adnotatur: «*γρ. μάχῃ δόντας.*», id ineptum est et a meis codicibus alienum.

L. 14. *ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς νόμοις ἁρμόττειν.*] Perperam *οἵοις* in cod. H. — *νόμοις*, quod e codice A. recepi, dudum ex oris Editionum arriserat, quarum in textu legitur *ὕμνοις*. Id autem videtur interpretamentum esse paulo exquisitioris vocabuli nostri, quod pro decantato carmine Suetonius usurpavit Ner. c. XX., ne graecos excitem scriptores a Spanhemio laudatos ad Callimachum Hymn. in Del. vs. 304. (T. II. p. 578 sq. ed. Ernesti).

L. 15 *sq.* *δῶρον — — ὁποῖον ἴσως σοί τε ἔπρεπε δοῦναι, ἐμοί τε ἥδιστον δέξασθαι.*] Isocratem imitari videtur, cujus verba sunt Orat. Ad Nicocl. p. 29, B. (ed. Genev.): *δωρεὰν — — πρέπουσαν ἐμοί τε δοῦναι, καὶ σοὶ λαβεῖν.*

L. 16 *sq.* Περὶ δὲ *τὴν διοίκησιν τῶν πραγμάτων*] Intelligi poterit administratio Britanniae. Alypius enim *olim Britannias curaverat pro praefectis*, ut ait Ammianus Marcellinus lib. XXIII. c. I. §. 2. E Britannia autem facile litteras miserit ad Julianum in Gallia versantem. Tum vero ratione temporum repudianda esset conjectura, qua geographiam putavimus ad Hierosolyma spectasse p. 298.

L. 18. *περαίνειν*] Verbum rhetoribus solemne recte sic exhibetur in omnibus Edd. Vitiose tenent codices A: *περαινεῖν*. H: *παραινεῖν*. Voss.: *παράγειν*.

Ibid. sq. *μίξαι γὰρ πραότητα καὶ σωφροσύνην*] Cod. H. diverso accentu *μῖξαι*. — Rursus ab Juliano Misopog. p. 356, D. commendatur in imperantibus *πραότης μετὰ σωφροσύνης*. Pariter in laude sacerdotis *πραότητα καὶ σωφροσύνην* posuit Julianus Fragm. p. 303, D.

Pag. 52. *L.* 1. *ἀνδρείᾳ*] Cod. H: *ἀνδρίᾳ*. Quae per veterum libros adeo frequens est scripturae variatio, ut incerti dissentiant viri doctissimi, quorum loca laudarunt Creuzerus ad Plotin. De Pulcr. p. 228. Boissonade ad Marin. p. 71. adoptata quidem ea scriptura, quam in Juliano retinui. Tu e simili confusione *δουλίας* in *δουλείας* corrigas apud *Nostrum* Orat. VII. p. 207, D.

Ibid. *χρήσασθαι*] Edd. cum codice H: *χρῆσθαι*. Equidem e codd. Voss. et A. recepi Aoristum, ut anteriori *μίξαι* concordantem. Cum vi Praesentis redit *χρήσασθαι* Ep. XXXIX. fin.

L. 5. *πρὸς ἓν τὸ καλὸν αὐτοὺς συναρμόσαι.*] Ex eodem placito Julianus Orat. I. p. 3, C. fundamentale statuit omnis philosophiae praeceptum istud: *ἅπαντας πρὸς τὴν ἀρετὴν καὶ πρὸς τὸ καλὸν βλέποντας ἐπιτηδεύειν ἐν λόγοις, ἐν ἔργοις, ἐν ξυνουσίαις, ἐπὶ πᾶσιν ἁπλῶς τοῖς κατὰ τὸν βίον μικροῖς καὶ μείζοσι τοῦ καλοῦ πάντως ἐφίεσθαι.* Quam sententiam veteribus philosophis deberi monstrant verba locum nostrum excipientia. Spanhemius illam ad Socratem jam retulit in Obss. ad l. c. pag. 24.

L. 7. *Ἐῤῥωμένος*] A Petavio male vulgatum est *ἐῤῥωμένως*, uti scribitur in codice A. Nomen adjectivum in simili valedicendi formula redit Ep. XLVII.

EPISTOLA XXXI.

Haec extat in meo codice A. nec non in illo Medicaeo codice, cujus apographon aliquot Juliani epistolas Fabricio suppeditasse diximus in Praefatione. Fabricius, ut par erat, epistolam dudum vulgatam non adposuit, sed contentus fuit, ejus praesentiam indicasse pag. 319., adjecta quidem duobus locis variante scriptura, quam commodis versibus memorabo.

L. 11. *Ἰουλιανὸς Ἀετίῳ Ἐπισκόπῳ.*] Ita codd. et Edd. Aëtius iste, princeps Eunomianae sectae, nunquam sedem habuit episcopalem, si fides habenda Bleterio. Dicitur a Sozomeno III, 15: *διαλεκτικὸς ὢν καὶ συλλογίζεσθαι ἱκανὸς, καὶ περὶ τὰς ἔριδας τῶν λόγων ἐσχολακὼς καὶ ἀτεχνῶς ταῦτα σπουδάζων.* Rursus idem scriptor lib. V. c. 5. de Aëtio memorat, facta quidem Epistolae hujus mentione. Verba enim de Juliano sunt hujusmodi: *Αἴτιον δὲ τὸν ἀρχηγὸν τῆς Εὐνομίου αἱρέσεως*

ὑπὸ Κωνσταντίου ὑπερορίαν φυγὴν καταδικασθέντα, καὶ ἄλλως ὕποπτον διὰ τὴν πρὸς Γάλλον ὁμιλίαν, εὐμενῶς εὖ μάλα γράψας, προσεκαλέσατο πρὸς αὐτὸν, δημόσια ὑποζύγια δεδωκώς. Quam maligne honestissima facta discutiantur ab hominibus partium studio ductis, vel 'hac' occasione docemur. Tantum scilicet abest, ut institutum illud, quo *Noster* episcopos a Constantio pulsos, itaque hunc Aëtium revocavit, in laudem ei cesserit justitiae vel clementiae, ut nefando potius crimini versum sit. Vulgo enim sentiunt, Julianum episcopis illis, qui universi fuerint haeretici, pernicioso hoc consilio favisse, ut inter Christianos dissidia aleret Ecclesiamque, sublata unitate, facilius extirparet. Quare hanc episcoporum revocationem inter persecutionis capita, quam ab Juliano passi sint Christiani, recenset Fabricius in Luce salut. Evang. p. 301. priscorum nempe, quos laudat, scriptorum insistens vestigiis. E recentioribus addi possunt Baronius Annal. Eccles. ad annum 361. cap. 16. (T. IV. p. 7. ed. Antverp.) Bleterius in *Vie de Julien* l. IV. p. 261 sqq. Jondot in *Histoire de l'Empereur Julien* T. II. p. 60—65. Certum tamen est, non solum Haereticorum episcopos, sed quoslibet Christianos redeundi potestate fuisse donatos. Adde, quod redeuntes minime suis muneribus ecclesiasticis, sed patriae quisque suae restituebantur, ut ex Epistola XXVI. discimus.

L. 12 *sqq.* Κοινῶς μὲν ἅπασι τοῖς ὁπωσοῦν ὑπὸ τοῦ μακαρίτου Κωνσταντίου πεφυγαδευμένοις ἕνεκεν τῆς τῶν Γαλιλαίων ἀπονοίας, ἀνῆκα τὴν φυγήν·] Hoc ex loco profectus esse videtur Sozomenus lib. V. c. 5. ubi verba de Juliano sunt: πᾶσι μὲν τοῖς ἐπὶ Κωνσταντίου φυγαδευθεῖσι διὰ θρησκείαν, ἀνῆκε τὴν φυγήν. Ipsum Edictum, quo talia statuebantur, hodie non extat. — Initio sententiae cum codice Mediceo scripsi Κοινῶς, ubi reliqui libri tenent Λοιποῖς. Dubitare me non sivit solemnis *Nostri* usus, talia jungendi, v. c. Oratt. VII. p. 221, B: κοινῇ μὲν ἅπασι. Ibid. s. A: κοινῇ πᾶσιν. Ibid. p. 223, B: κοινῇ πάντων. II. p. 50, C. IV. p. 157, D: κοινῇ τε ἅπαντας. Misopog. p. 362, C: κοινῇ πᾶσαν. Similiter Oratt. I. p. 48, C: κοινὴν ἁπάντων. V. p. 161, B: κοινῇ μὲν ὑπὸ πλείστων. VII. p. 238, C: τὸν ὅλον κοινῇ κόσμον.

L. 10. ὀχήματι δημοσίῳ] Confer Observat. ad Ep. XII. p. 219.

L. 17. *τοῦ ἐμοῦ*] Haec verba desunt in codice Mediceo.
Ibid. *παρίππῳ*] Vid. Observat. ad Ep. XX. p. 247 sq. (Interpr. gall. nr. X. p. 410.)

Pag. 53.

EPISTOLA XXXII.

Extat hoc epistolium in codicibus Baroc. et Voss.

L. 3. *Λουκιανῷ σοφιστῇ.*] Certi nihil de hoc viro constat. Ignoratur, an idem fuerit ille Lucianus, cui Libanius Epistolas quasdam inscripsit. Ingeniosa quidem, sed incerta est sententia Matthiae Gesneri statuentis, istum ab Juliano memoratum Sophistam auctorem esse Lucianei Dialogi, qui Philopatris inscribitur; quam quidem sententiam in peculiari propósuit Disputatione *De aetate et auctore Philopatridis* (cap. XLII.), quae recusa est in Tomo IX. Operum Luciani Samosatensis. (ed. Bipont.) Gravi quondam parachronismo Bourdelotius eundem, de quo ambigimus, Lucianum pro filio habuit Luciani Samosatensis; quem errorem cum refutatione Reitzius exposuit in *Sylloge De vita Luciani* p. VIII. (Opp. T. I. ed. Bipont.) Quodsi Julianum inquirimus, uno quidem loco Ad S. P. Q. Athen. p. 282, C. *Λουκιανὸν* invenimus memoratum; sed perquam probabile mihi videtur, ibi cum codice meo scribendum esse *Λουκιλιανὸν*, cujus nomen ex Ammiano Zosimoque innotuit. Similiter apud Zosimum lib. III. c. XIII. §. 6. male vulgatur *Λουκιανὸς* pro *Λουκιλιανὸς*, censente Heynio ad lib. III. c. VIII. §. 3. pag. 636. ed. Reitemeier.

L. 4. *Καὶ γράφω*] Non dubitavi recipere *Καὶ*, quod ex utroque codice margini adscripserant Editores. Nihil de scripturae variatione monuit Gesnerus l. l., ubi Epistolam e vulgata tunc lectione adposuit ut *elegantiae omnis plenissimam.* — Mox in Ed. Petav. vitiose scribitur *ἀξῶ*.

L. 5. *τὰ ὅμοια παθών.*] Edd. *τῶν ὁμοίων παθῶν.* Miror, Spanhemium alteram lectionem non adoptasse, quam e codice Barocciano Petavius commendaverat. Obiter monebo, *πατῶν* (a *πατέω*) scribendum esse Orat. VI. p. 202, C. ubi vulgatur *πάτων*.

(Interpr. gall. nr. XLVI. p. 509.)

EPISTOLA XXXIII.

Haec extat in codice A. nec non in Barocciano.

L. 8. Δοσιθέῳ.] Obscurum alioqui nomen. Circumfertur quidem Libanii ad Dositheum epistola, quae tamen ad cognoscendum nostrum nihil facit.

L. 9. Μικροῦ μοι ἐπῆλθε δακρῦσαι] Cod. A. diverso accentu δακρύσαι. Quum istarum lacrymarum causa nulla declaretur, nitio suspicari licebit nonnulla deesse; cujus tamen rei nullum n libris occurrit indicium. Caeterum insignis Juliano fuisse idetur ad lacrymas propensio; scribit enim Epp. XXXVII. init.: Οὐκ ἀδάκρυτί σου τὴν ἐπιστολὴν ἀνέγνων. XL. p. 72: ἐδάκρυον φ' ἡδονῆς. Et apud Ammianum Marcellinum lib. XXII. c. IX. 4: occurrit Julianus *illacrimans* aerumnis Nicomediae. An rovocabimus ad proverbium: Ἀγαθοὶ δ' ἀριδάκρυες ἄνδρες?

Ibid. καί τοιγε ἐχρῆν εὐφημεῖν] Edd. ad instar codicis mei enent ἐφ' ἡμῖν. quod jussu Petavii corrigere debebat Spanheius in εὐφημεῖν, ut in Barocciano codice scriptum est. Larymae cum infausti sint ominis, εὐφημεῖν est *bene ominari*, icut apud Julianum Caes. p. 330, D. et alibi. Quare membri ujus immutavi Versionem quae talis erat: *et merito, cum apud os tuum nomen appellari audivissem.*

L. 11. πατρὸς ἡμῶν] Nisi contra libros universos legas μῶν, i. e. *vestri* (scil. tui fratrumque tuorum), tum vocabulum ατρὸς non proprio sensu, sed metonymice accipi debebit, ut uctorem beneficiorum quemlibet innuat. Haud longe dissidet nterpres gallicus, qui circuitu verborum hunc in modum vertit: *atris tui*, quem aeque *pro meo* habere consueveram. Exemlum similis usus in hoc volumine suppeditat Galli ad Julianum pistola p. 158. ubi legitur: τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀετίου. Praeterea larinus p. 24. ed. Boissonade (p. 74. ed. Fabric.) ita scribit: ὁ πατὴρ αὐτοῦ (scil. Πρόκλου) Συριανὸς καὶ ὁ προπάτωρ, ὡς αὐτὸς κάλει, Πλούταρχος. quem ad locum haec extat Fabricii notula: *Pater*, non qui genuerat, sed qui instituerat: et *avus* pro agistro praeceptoris. Vide Theophilum Raynaudum de sacra aternitate Tom. XI. Operum. »

Ibid. ζηλώσεις,] Codex meus Optativi formam exhibet ζηλώσειας, quae hujus loci non est. — In Edd. proxime sequitur

particula καὶ, quam praeeunte codice meo neglexi. Est enim otiosa propter vicinum τε, cui mox respondet καὶ.

L. 12. τῷ βίῳ δώσεις, ὥςπερ ἐκεῖνος, ἐφ' ὅτῳ φιλοτιμήσεται·] Ed. Ald. φιλοτιμήσηται. — Male vertebatur: *vitam tuam, sicut ille, amabilem efficies.* Βίος non est *vita tua*, sed in universum *vita humana*, vel *genus humanum.* Sic Julianus Orat. VIII. p. 245, A: ἔδωκε τῷ βίῳ, h. e. *vitae mortalium induxit.* Orat. VI. p. 198, D: τῷ βίῳ διδόντες ὁδὸν εὐτελείας, q. d. *parsimoniae viam quandam in vitam hominum inducentes.* Ex aliis auctoribus talem vocabuli usum ostendunt interpretes ad Lucian. Icaromen. c. 32. (T. VII. p. 397. ed. Bipont.)

L. 13. ὅτι μηδὲν ὄφελος] Cod. Baroc. ὅτε.

(Interpr. gall. nr. XLV. p. 509.)

EPISTOLA XXXIV.

Haec Epistola, quae in codicibus extat AGHK. Baroc. Voss., cum reliquis Jamblicho inscriptis documentum est insignis reverentiae, qua *Noster* illum philosophum prosequebatur. Nemini certe prae illo adsurgit, quem in praesentibus quidem litteris (p. 55.) ait *Solis instar sapientiae radios in omnes emittere*, posteaque (p. 56.) *commune orbis terrarum commodum* appellat; alibi vero *animarum medicum* dicit (XL. p. 74.), modo *ad cujus tunicam vellet adhaerescere, nec ab eo unquam divelli* (LX. sub fin.), modo *Mercurium suum, cujus adyta salutare et simulacra complecti* gestiat (LIII. p. 103.) Cujusmodi blanditiae fere puerilem produnt verecundiam adducuntque, ut existimem, privatum adhuc Julianum, ideoque infra vicesimum quartum aetatis suae annum, tales epistolas dedisse.

Propterea quod in omnibus Juliani ad Jamblichum epistolis immodicae laudes in hunc effunduntur, ab illis vertendis abhorruisse se profitetur Bleterius in *Vie de Jovien* etc. p. 350. Id vero consilium minus moleste ferimus, quam quod ob similes causas omnes illae suspectae Julianoque prorsus indignae visae sunt Dodwello in Exercit. de Pythagorae aetate p. 187. *Agunt certe omnes*, ait ille, *de argumentis admodum levibus, sophista profectò quam principe dignioribus. Negotium in illis serium nullum est, et stili curam majorem sapiunt, quam quae deceat vel*

philosophum. Praecipuum vero in illas argumentum est neglectae chronologiae. Sopatrum hic (scil. Epp. XL. p. 72. LIII. p. 104.) *redivivum legimus sub Constantino Magno interfectum.* Contra haec, quae ultimo loco dicuntur, apte monuit Fabricius Bibl. Gr. T. VI. p. 731. non necesse esse Sopatrum, qui his in Epistolis laudatur, eundem existimari, quem Constantinus Magnus interemit; imo diversitatem inde fieri probabilem, quod Julianus suum Sopatrum Jamblichi discipulum dicit (Ep. XXVII. p. 47. inf.), alter vero Plotini discipulus, non Jamblichi, innuitur a Sozomeno lib. I. c. V. Addam, quod non minus validum est, argumentum. Scilicet modo laudata Epistola XXVII., in qua Sopatrus ut ab Juliano visus memoratur, ad Libanium data est; unde sequitur, si palmario Dodwelli argumento subscribas, illam quoque Epistolam pro supposititia habendam esse; id quod omni specie veri careret. Argumentorum quidem levitate nemo non offendetur, qui epistolas ad Jamblichum perlegerit; sunt utique merae nugae, praesertim prolixitatis causa fastidiendae; sed id non sufficere videtur, ut illas Juliano abjudicemus; parum enim abest, quin aeque futiles sint aliae complures Epistolae, quas sophistis, inprimis Maximo Libanioque, *Noster* inscripsit. Neque in ipsis verbis et sententiis quidquam deprehendi, quod Juliani stilo repugnet; imo complures animadverti locutiones hunc scriptorem referentes, quas equidem diligenter enotavi. Haud magis in libris, qui has Epistolas mihi exhibent, indicium offertur, quod suspicionem de illarum sinceritate moveat; dum modo codicem exceperis K. In eo enim codice, qui tres tantum Epistolas continet, haec nostra sociatur cum duabus manifeste spuriis, quae hac in editione notatae sunt [LXXIV.] [LXXVII.] Non desunt porro libri, qui nomen auctoris inscriptionibus haud addunt; sed ea res fidem sinceritatis nequaquam infirmat, quum per varios libros inscriptiones occurrant quarumlibet Epistolarum, in quibus neglectum est vocabulum Ἰουλιανὸς vel Ἰουλιανοῦ.

L. 3. Ἰουλιανὸς Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ.] Sic Edd. omnes et cod. A. Nec aliud valet scriptura reliquorum codicum, quorum tenet G: Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ. H: Τοῦ αὐτοῦ Ἰαμβλίχῳ. K: Τοῦ αὐτοῦ, Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ. Quodsi de Jamblicho philosopho quaeritur, cavendum est, ne hunc Juliani familiarem, Pag. 54.

quem is Epistola XL. p. 71. a Nicomedia, sed Ibid. p. 72. inf. ex Apamea videtur oriundum facere, confundas cum illustrissimo nominis ejusdem Chalcidensi philosopho ac scriptore, qui jam Constantini Magni temporibus vita functus est. Quem errorem praeter alios ipse Juliani editor admisit Spanhemius Praefat. p. XI. inf. XIII. sup. XIV. sup. Observatt. ad Orat. I. (T. II. p. 264. col. 2. med.) Docte de pluribus Jamblichis disputatur in Fabricii Bibliotheca Graeca T. V. p. 760 sq. (ed. Harles.) Nostrum ab illo non differre, quem Eunapius memoravit, suo jure censuit Wyttenbachius ad Eunapium p. 48. 52. (ed. Boissonade). Utut ea de re sit, iste, cui scribitur, frequenti litterarum commercio junctus erat Juliano. In sex enim, quae hodie extant, Juliani ad Jamblichum epistolis occurrit mentio complurium, quas ab Jamblicho *Noster* acceperat. Una nimirum innuitur Epistolae praesentis verbis p. 54: *οἷς ἡμᾶς ἐγκρίνειν ἐθέλεις.* quinque porro diversis locis tanguntur Epistolae XL. indefinitus denique numerus memoratur Ep. LIII. init.

L. 4. *ἐφ' ἑαυτῷ*] Sic e codicibus HK. scripsi, quum vulgatum esset *ἐφ' αὑτῷ*. Loco inferiori p. 55. lin. 8. libri omnes *ἑαυτὸν* exhibent.

L. 5. *ἀναστέλλοντι*] Cod. G. vitiose tenet *ἀναστέλοντι*.

L. 6. *Οὔ τις τοι θεός* etc.] Versum hunc apud Homerum extare Odyss. XVI, 187. recte notatum est in oris Editionum. Sunt autem verba Ulyssis ad Telemachum loquentis, quorum solemnis est apud scriptores usus, quando laus immodica refutatur. Vid. Erasmi Adagia p. 70. ubi non minus praeter verum scribitur *Οὗτοι ἐγὼ θεός* etc., quam in Edd. Spanhemiana prioribus *Οὗτοι τις θεός* etc. Similia Ulysses ad Alcinoum dicit Odyss. VII, 209.

L. 7. *Ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν ἐν ἀνθρώποις φαίην ἂν εἶναι ὅλως*] Cod. A. corruptissime tenet: *ἐγὼ δὲ οὐδ' ἂν ἀνθρώπων εἶναι φαίην ἂν ὁ λόγος.* Pro verbis *ἐν ἀνθρώποις*, quae fide codicum Baroc. GHK. expressi, omnes Edd. habent *ἄνθρωπον*, quod ne constructionis quidem ratio ferebat, quum aut *ἄνθρωπος* oportuisset, aut *ἄνθρωπόν με*. Sed inepta foret sententia. Dicitur autem *ἐν ἀνθρώποις εἶναι* pro *ζῆν*, quod verbum in simillima sententia posuit Julianus Ep. XV. fin., ubi est: *ἕως ἂν ἁπῇς, οὐδὲ ὅτι ζῶμεν εἰπεῖν ἐσνίν.* Alii scriptores aeque *μετ' ἀνθρώπων εἶναι*

dixere, v. c. Isocrates Evag. c. IV. ubi legitur: *ἕως ἦν μετ' ἀνθρώπων, donec inter homines fuit.* Vicissim pro *ἀποθνήσκειν* positum occurrit *ἐξ ἀνθρώπων ἀπελθεῖν*, e. g. apud Lucianum Cyn. c. 13. (T. IX. p. 208. ed. Bipont.) vel *ἐξ ἀνθρώπων οἴχεσθαι*, ut in Libanio Parasit. — Quod jam ordine mutato *φαίην ἂν εἶναι* scriptum est, ubi vulgabatur *εἶναι φαίην ἄν*, id auctoritati dedi eorundem codicum, quos modo secutus eram. Porro codex Baroc. nobis vocem suppeditavit *ὅλως* pro verbis *ὡς ὁ λόγος*, quae quidem in omnibus Edd. vulgata sunt, in tribus autem codicibus GHK. plane desiderantur, nec tolerari poterant, quia nequaquam adagium usurpatur adumbraturve. Neque igitur audiendus est Martinius in margine remittens ad proverbium: *Nec Deus nec homo.* Nihil certe, quod huc faciat, in illius dicti expositione reperitur apud Erasmum Adag. p. 1886. Optime autem *ὅλως* cum Juliani stilo congruit, e. g. Epp. LI. p. 94: *εἴ τις ὅλως Ἀλεξανδρέων ὁμολογεῖ.* LXII. p. 128: *ἐπεὶ σοὶ ποῦ μέτεστιν ἐμπειρίας ὅλως τῶν δικαίων;*

L. 8. *ἐραστὴς μὲν εἶναι σὸς*] Pronomini *σὸς*, quod ex omnium codicum praescripto recepi, favet locus Ep. XL. p. 75. ad eundem Jamblichum: *εἰ δὲ μέλει τί σοι τῶν ἐραστῶν τῶν σῶν.* quae fere verba redeunt Ep. LXVIII. fin.

L. 9. *καθάπερ ἐκεῖνος τοῦ Τηλεμάχου*] Scilicet *ἐραστὴς ἐγένετο.* Diversam vel potius nullam sententiam praestant Edd. cum codd. AG. post *Τηλεμάχου* vocem addentes *πατὴρ*, quam omisi fide codicum Baroc. HK.

Ibid. κἂν γὰρ ἀνάξιόν με λέγῃ τις] Minus recte vulgabatur *κᾆν*, ut passim. Codices GHK. post laudata verba adjiciunt *εἶναι.* Porro deest *με* in codd. HK. Quae nimis levia sunt ac incerta, quam ut in vulgata lectione quidquid immutetur.

L. 11. *πολλοὺς ἐραστὰς γενέσθαι*] Male cod. H: *πολλοὺς ἐρασταὶ γινέσθαι.* Rem ipsam de Atheniensi quodam juvene legimus apud Aelianum Var. Hist. IX, 39. quem ad locum interpretes aliunde notarunt insanorum in statuas amorum exempla.

L. 12. *τῷ περὶ αὐτὰ πάθει*] Perperam *αὐτοῖς* in codice A. — Sequentia verba *παλαιῶν καὶ σοφῶν ἀνδρῶν* Juliano familiaria sunt. Vid. Obss. ad Ep. XXIV. p. 268.

L. 15. *ἀπέχειν ἂν φαίην*] Particulam *ἂν* assumsi e codicibus GK. Sic praeter innumera loca *φαίην ἂν* occurrit initio hujus Epistolae.

Ibid. *ὁπόσον αὐτῷ σοι τῶν φοιτόντων μεττῖναι πιστεύω.*] Mire hic locus Editores exercuit. Quum enim Petavius ad instar anteriorum Editionum ibi, uti nunc *τῶν φοιτόντων* expressum est, *φοιτόντων ἀριθμῷ* vulgasset, in Notis monuit, eam lectionem nullum habere sensum, et pro duobus illis verbis e codice Baroc. scribi jussit *τῶν ἀνδρῶν*, ut in meis quoque codicibus GHK. scriptum inveni. Rejici profecto merebatur antiquissima lectio, quae indoli sermonis graeci repugnabat, contraque scriptoris mentem ita reddebatur: *quantum de eorum grege ac disciplina me esse profiteor.* Jure igitur Spanhemius ab olim vulgata scriptura discessit, alteram tamen ab antecessore commendatam praeteriens, quae ingratam utique repetitionem e protasi sistebat. Apte ad sententiam edidit Spanhemius *τῶν αὐτῶν*, cum hujusmodi versione: *quantum te ipsum eorum esse consortem certus sum.* Quum vero probabile mihi sit, illum ex ingenio scripturam efformasse, quam alibi nusquam inveni, lubens adoptavi lectionem codicis A. qui verbum repraesentat antiquissimis Editionibus acceptum, ideoque, ni fallor, a recentioribus repudiatum, quod ipsi vim ejus ignoraverint. Est autem *φοιτᾶν τινι* loquendi genus significans *alicujus esse discipulus.* Vid. Boissonade ad Philostr. Her. p. 521. Similem ejusdem verbi usum cum diversa constructione notavimus ad Ep. XLII. P. 81. lin. 8.

L. 17. *τὸν παλαιότατον*] Cod. A. vitiose *τῶν παλαιότατον.* Cujusmodi scripturarum confusio mendum peperit in Juliano Fragm. p. 299, B. ubi vulgatur: *τῶν ἑαυτῶν ἐκφέροντας βίον.* Lege cum codice meo *τὸν ἐ.*

Pag. 55. *L.* 2. *καθάπερ ἐν λύρᾳ ποικίλων φθόγγων ἐναρμονίῳ συστάσει*] E praescripto quatuor meorum codicum edidi *λύρᾳ*, quum Edd. male *λύρας* ferrent; quod mendum ex adscripta jota potuit oriri. — Pro *ποικίλων* inepte *ποικίλῃ* scribitur in codice A. — Epitheton *ἐναρμονίῳ* desideratur in codicibus HK.

Ibid. *πρὸς τὸ ἐντελὲς*] Articulus omittitur in codicibus GHK.

L. 3. *κεράσας ἔχεις*] Revocavi scripturam Editionum veterum a tribus meis codicibus GHK. firmatam, et e codice H. jam commendatam a clarissimo Boissonade ad Eunapium p. 129. Quonam enim pacto ferri poterat vocabulum *κέρας*, quod e Petaviano margine contextum Spanhemianum invasit, praetereaque deprehenditur in codice A.? Lego quidem in Suida: *Κέρας·*

ντὶ τοῦ κεραστικῶς. sed tam unius, quam alterius vocis auctoritatem desidero scriptorum ex usu probandam. Valet autem κεράσας ἔχεις id quod foret ἐκέρασας vel κέκρακας, Praeterito ad eandem rationem adstructo, qua solet in germanico gallicoque sermone. Cujus structurae reperies ex optimis auctoribus petita exempla in Matthiae Grammatica graeca §. 559. ubi simul ad virorum doctorum de hac syntaxi commentationes ablegatur. Caeterum ex hac periodo liquet, fuisse Jamblichum philosophiae quam dicunt Eclecticae sectatorem; quam plurimos illius aetatis philosophos constat esse secutos. Itaque loco hoc usi sunt Fabricius Bibl. Gr. T. V. p. 750. Moshemius De turbata per recentiores Platonicos ecclesia §. 2.

Ibid. Ἄργον τὸν φύλακα τῆς Ἰοῦς] Pervulgata fabula, quam e veteribus diligenter enarrat Al. Natalis in Mythol. l. VIII. c. 18.

L. 5. πανταχόθεν ὀμμάτων βολαῖς] Ita codices GHK. Paulo secus Edd. et cod. A: πάντοθεν ὀφθαλμῶν βολαῖς. quae non minus quidem apta est lectio, quum promiscue apud scriptores occurrat ὀφθαλμῶν et ὀμμάτων βολαὶ vel βολή, sicuti post alios, quos ipse laudat, ostendit Creuzerus ad Plotin. De Pulcr. p. 162. Sed quum in apodosi redeat vox ὀφθαλμοῖς, alteram praetuli scripturam, quae vel Juliani morem refert, e. g. Caes. p. 309, B: τὰς βολὰς τῶν ὀμμάτων. Orat. II. p. 61, A: τῶν ὀμμάτων ταῖς προςβολαῖς. Aeque *Nostro* usitata est adverbii forma πανταχόθεν, v. c. Ep. XVIII. fin. Oratt. I. p. 18, D. V. p. 146, C. item ἀπανταχόθεν, Ad Themist. p. 263, A. quibus omnibus locis minime dissentiunt libri. Rursus variat scriptura Ep. II. p. 6. ubi vulgatum retinui πανταχόθεν. Thomas Mag. p. 678: Καὶ πανταχόθεν, καὶ πάντοθεν.

L. 6. φύλακα] Male φυλακὴν in cod. A.

Ibid. καὶ μυρίοις παιδεύσεως ὀφθαλμοῖς] Pro verbis καὶ μυρίοις, quae codicibus debentur GHK., vulgabatur καθαροῖς, ut est in cod. A. Jam tamen e codice Baroc. μυρίοις scribi jusserat Petavius, in hac re, ut in aliis, a Spanhemio non auditus. Scriptura nova pleniorem reddit similitudinem cum Argo, quem plurimis oculis praeditum fuisse constat. In definiendo autem oculorum numero variarunt poetarum ingenia, prout ostendit Heyne ad Apollod. Bibl. II, 1, 3. Praeterea commendari videtur emendatio tam exemplo Platonis, cui μύριοι

oculi placuere De Rep. l. VIII. p. 485, G. ubi est: *ὄργανον ψυχῆς, μυρίων ὀμμάτων κρεῖττον.* unde Plutarchus Symp. l. VIII. p. 718, E: *τὸ μυρίων ἀντάξιον ὀμμάτων ὄργανον ψυχῆς.* quam e dicendi usu Juliani, qui vocem *μύριοι* vel *μυριάκις* pro numero indefinito frequentat, v. c. Ep XL. p. 75. Oratt. II. p. 55, D. 63, D. 72, D. 83, D. 84, D. IV. p. 115, D. Ad Themist. p. 257, B. 264, D. Quare conjicio ad Orat. IV. fin., ubi vulgatur *πολυετεῖς*, e codice A. scribendum esse *μυριετεῖς*.

L. 7. *Πρωτέα μὲν δὴ τὸν Αἰγύπτιον*] Male *Αἰγύπτου* in codice A. Quae de Protei in omnes formas conversione fabulantur, eorum fundus est in Homer. Odyss. IV, 456 sqq. Quam saepe scriptores illam fabulam in usum vocarint, videre est in Erasmi Adagiis p. 849. tit. *Proteo mutabilior.*

L. 8. *ἑαυτὸν ἐξαλλάττειν*] Sic Edd. omnes et cod. H. In codice G. deest *ἑαυτὸν*, et novo vitio scribitur *ἐξαλλάττῃ*. Utrum simplex an duplicata λ ponenda sit, librarii quidam incerti fuisse videntur. Scribit nempe cod. K: *ἐξαλάττειν*. cod. A: *ἐξαλλάττειν*.

L. 8 *sq. μὴ λάθῃ τοῖς δεομένοις, ὡς ἦν σοφὸς,*] Cod. A. tenet *λάθοι*, e solemni litterarum confusione. Pro *ὡς* exhibent *ὅτι* codices GHK.

L. 10. *ὁ Πρωτεὺς*] Ad fidem quatuor meorum codicum articulum adjeci, qui et loco haud longe inferiori adest, ubi occurrit *τοῦ Πρωτέως.*

L. 10 *sq. οἷος πολλὰ τῶν ὄντων γινώσκειν, ὡς Ὅμηρος λέγει*] Talia verbotenus expressa non inveni apud Homerum, nec ejus generis quidquam praeter Odyss. IX, 281. ubi Ulysses ait: — — *ἐμὲ δ' οὐ λάθεν εἰδότα πολλά.*

L. 11 *sq. τῆς μὲν ὧν ἥδε φύσεως αὐτὸν ἐπαινῶ, τῆς γνώμης δὲ οὐκ ἄγαμαι*] Similia passim in Juliano leguntur. Vid. Observat. ad Ep. XVIII. p. 236 sq. Complura sequuntur alia, quae cum stylo *Nostri* congruunt, unde veritas Epistolae probari videtur. Huc refer vicinam compellandi formulam *ὦ γεναῖε*, quae redit Epp. III. p. 7. VIII. p. 11. Misopog. p. 344, A. ne laudem Jamblicho inscriptas Epistolas XL. p. 74. LX. p. 125. Accedit inferius, ubi Protei meminit, adjectum epitheton *τοῦ σοφοῦ*, de quo notatum est ad Ep. I. p. 169. Adde loca p. 56. ubi modo Orpheum, modo Jamblichum *τὸν καλὸν* appellat; quem dicendi usum exposuimus ad Ep. II. p. 173.

L. 13. *ἀλλ' ἀπατεῶνος*] Ita codices HK. Alibi: *ἀλλὰ ἀ.*

L. 16 *sq.* *ὡς οὐδέν τι τοῦ Πρωτέως τοῦ σοφοῦ μεῖον, εἰ καὶ μὴ μᾶλλον εἰς ἀρετὴν ἄκραν τελεσθεὶς,*] Edd. omnes et cod. A. male scribunt *μείων εἶ, καὶ* etc. quare totus locus ita reddebatur: *tum quod Proteo sapientiae laude non cedis, tum multo magis, quod virtutem* etc. At manifestum est, verba *μὴ μᾶλλον* neutiquam *multo magis*, sed contrarium potius valere. Dici autem, quod unice per illam scripturam licet, Jamblichum *non magis*, quam Proteum adeptum esse perfectam virtutem, ineptum foret, quum in Jamblichi laude sermo versetur. Vulnus e codice Barocciano sanandum erat exhibenti *εἰ καὶ* etc. quam scripturam a Petavio commendatam pessime neglexit Spanhemius. Equidem eo minus de veritate lectionis illius dubitavi, quod in codicibus GHK. scriptum inveni *μείων, ἀλλὰ μᾶλλον* etc. quae nemo non videt interpretamentum esse formulae *εἰ καὶ μὴ μᾶλλον.* Ut vero firmetur emendatio, similis exempla structurae laudabimus ex Juliano Fragm. p. 296, C: *οὐκ ἔλαττον, εἰ καὶ μὴ πλέον, non minus, imo amplius.* Orat. IV. p. 153, A: *οὐδεμιᾶς τῶν ἄριστα πολιτευσαμένων πόλεων — φαυλότερον· εἰ μὴ καὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν — κρείσσονα*, q. d. *nulla ex iis civitatibus, quae optime constitutae fuerunt, inferiorem; imo vero caeteris omnibus antecellentem.* Orat. VI. p. 195, B: *οὐδὲν ἔλαττον, εἰ μὴ καὶ πλέον — — τοῦ μεγάλου βασιλέως, non minus, imo vero magis, quam rex ille magnus.* Ep. XVIII. fin.: *ἴση ... εἰ μὴ καὶ μείζων.* Jam satis adstructa lectionis opportunitate dicam, maxime mihi placituram fuisse formam adverbialem *μεῖον*, ut sententia foret *non minus* etc., dummodo suffragarentur libri. Sic *οὐ μεῖον* dixit Julianus Orat. I. p. 7, A. III. p. 112, D. — Reliqua loci nostri verba *εἰς ἀρετὴν ἄκραν τελεσθεὶς* e codice Barocciano Spanhemius adoptavit a Petavio jussus in Notis. Eandem prorsus scripturam exhibent codices GHK. Codex autem A. corrupte sic tenet: *εἰς ἀρετὴν ἄκραν τε καὶ ὧν* etc. Nullum igitur in codicibus praesidium inveni vulgatae ante Spanhemium scripturae, quae pro verbis nostris talia repraesentabat: *ὡς ἀρετὴν ἄκραν τε κορυφὴν*, unde fingebatur interpretatio hujusmodi: *quod virtutem summamque rerum optimarum scientiam nemini invides*; quum sic potius versum oportuisset: *quod virtutem celsumque bonorum, quae possides, fastigium nemini invides.* At

illa lectio minime cum antecedentibus quadrat, sive pristinam, sive novam illorum structuram probes.

L. 18. *ἀκτῖνας σοφίας ἀκραιφνοῦς*] Edd. *ἀκτῖνάς σου ἀκραιφνεῖς*. Equidem obtemperavi codicibus Baroc. GHK. Favet emendationi codex A. qui, licet agnoscat *σου*, Genitivum tamen *ἀκραιφνοῦς* exhibet. *Ἀκραιφνὴς*, quod iteratur Ep. XLIV. p. 83., est quasi *ἀκεραιοφανὴς*, *λαμπρὸς*, juxta Scholiastam ad Philostr. Her. p. 64. (ed. Boissonade). Maximus Tyrius Diss. XXVII. p. 48. (ed. Reiske) haec tria jungit: *ἀκραιφνὲς καὶ ἀμιγὲς καὶ ὁλόκληρον*.

L. 19. *τοῖς παροῦσι*] Deest articulus in codicibus GHK.

L. 20. *ἐφ' ὅσον ἔξεστι,*] Sic Edd. omnes cum codd. AG. Similiter occurrit Ep. XL. p. 74: *ἐφ' ὅσον ἐξῇν*. Ep. LVII. p. 109: *ἐφ' ὅσον ὁ παρ' ἡμῶν ἔρως ἐπὶ σοὶ τέταται*. quibus omnibus locis *μέτρον* subintelligi potest. Itaque posthabui scripturam: *ὁπόσον ἔξεστι*. quam offerebant codices HK.

Pag. 56. *L.* 1. *Νικᾷς δ' ἂν*] Ed. Mart. *Νικῷς δ' ἄν*, ut nusquam alibi.

L. 2. *εἰς τὰς τῶν θηρίων ἀκοὰς*] E praescripto quatuor meorum codicum edidi vocem *ἀκοὰς*, quae jam in margine Petav. et Spanh. adposita erat. Licet Orphicae musices id proprium fuisse fabulentur, ut feras allexerit atque demulserit, minus tamen probanda videbatur vulgata vox *ἀγωγὰς*, quum in sequentibus nihil adsit, quod de demulcendis feris moneat. Caeterum *ἀκοὰς* dixit Julianus Epp. XLII. p. 81. LI. p. 97.

L. 3. *σὺ δὲ ὥςπερ*] Codices GHK: *σὺ δ' ὥςπερ*.

L. 3 *sq.* *ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ κοινοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους ταχθεὶς*] Extremo loco codices mei quatuor exhibent *τεχθεὶς*, quod et in oris Editionum Petav. et Spanh. comparet. Quae quidem scriptura commodam offert sententiam; ita Ciceronem dono quodam providentiae *genitum* ait Quinctilianus Inst. Or. X, 1. et in antiquis numismatibus ipsi Juliano inscriptis (repraesentante Baronio Annal. Eccl. ad annum 363. cap. 68. i. e. Tomo IV. p. 141 sq. ed. Antverp.) expressum est: *Bono Reipublicae Nato*. Sed vulgata omnium Editionum scriptura, quae sensum aliquanto nobiliorem parit, optime stylo convenit Juliani, qui verbum *τάσσεσθαι* in simili nexu frequentat, e. g. Oratt. IV. p. 133, B: *ἄρχειν καὶ βασιλεύειν αὐτῶν ὑπὸ τ'*

ἀγαθοῦ τεταγμένος. VI. p. 192, C: τὸν παρὰ θεοῦ τα-χθέντα καθάπερ στρατηγοῦ. Ad Themist. p. 253, C: ἐν ταύτῃ παρὰ τοῦ θεοῦ τέταχθαί με τῇ μερίδι. Synónimum verbum in simillima sententia legitur Ep. XL. p. 74. ubi ad eundem Jamblichum: Σοί γε μὴν, ὦ γενναῖε, παντὸς, ὡς εἰπεῖν, τοῦ Ἑλληνικοῦ σωτῆρι καθεστῶτι. Passim a scriptoribus appellantur σωτῆρες omnis generis evergetae, qui rebus afflictis opem ferunt. Vid. Fabricius ad Marinum p. 72. (p. 125. ed. Boissonade).

L. 4. Ἀσκληπιοῦ χεῖρα πανταχοῦ ζηλῶν] Commode sic Edd. omnes. Incommode cod. G: ὡς τὴν Ἀσκ. etc. tum codd. HK: εἰς τὴν Ἀσκ. etc. quo ducit etiam cod. A. hiulce scribens: εἰ τὴν Ἀσκ. etc. Quae codicum inter se variatio neminem turbet; nam praepositionum εἰς et ὡς altera saepe substituta est alteri, sicut ad ipsum Julianum Orat. I. p. 11, D. annotavit Wyttenbachius (ed. Schaefer. p. 168.); cujus caeteroqui conjectura, qua ὡς in εἰς mutari voluit loco laudato, a tribus meis codicibus probatur. Sed talem constructionem, qualem offerunt codices, respuit verbum ζηλοῦν, quod praeter hunc locum simplici Accusativo jungitur Ep. II. p. 5. Caes. p. 317, D. Misopog. p. 348, D. Ibid. p. 349, B. — Caeterum pro πανταχοῦ codices GHK. tenent πανταχῇ, quod ab Juliani more recedit. Aesculapii historiam, quam iterum Jamblicho scribens tangit Ep. LXI. fin., accuratius enarravit Julianus apud Cyrillum lib. VI. p. 200. ubi ad locum nostrum apte de illo dixit: ἐπὶ πᾶσαν ὥρεξε τὴν γῆν τὴν σωτήριον ἑαυτοῦ δεξιάν.

L. 5. σωτηρίῳ νεύματι] Ante Spanhemium, quem omnes probant codices mei, male vulgabatur πνεύματι, quod reddebatur *voce*. Emendationem confirmat Ep. XLI. p. 77. inf., ubi ad eundem Jamblichum scribitur: εὐμενεῖ νεύματι. Numero tantum a scriptura nostra differt, quod in Ed. Petav. margini praesentis loci adpositum est: «γρ. νεύμασι.» Vix opus erit notatu, νεῦμα perinde ac Latinorum *numen* Diis potissimum tribui, tum vero hominibus quoque dignitate vel potentia eminentibus.

Ibid. ὥςτ' ἔμοί γε δοκεῖ] Ita scripsi cum codicibus AGK. quum in omnibus Edd. ὥςτε μοίγε δοκεῖ vulgatum sit. Quartus codex tenet ὥςτέ μοι δοκεῖ.

L. 6. *ἀνεβίω*] Vulgo *ἀνεβίον*, sicut in cod. K. Ad fidem codicum AGH formam expressi ab *ἀναβίωμι* derivatam. Suidas: Ἀνεβίω· *ἀνέζησεν*.

Ibid. *πολλῷ δικαιότερον ἄν*] Sic a Spanhemio vulgatum est e codice Barocciano, quem probant mei GHK. Editiones anteriores ad instar codicis A. pro *ἄν* exhibent *δύναιτο*.

L. 6 *sq.* *ἐπὶ σοὶ ἐκεῖνο τὸ ἔπος*] Sic Edd. omnes et cod. K. Deest *ἐκεῖνο* in codd. GH. Cuncta verba desunt in cod. A.

L. 8. Εἷς δ' ἔτι *που*] Extat is versus in Homer. Odyss. IV, 198., ut jam indicatum est in oris Editionum Mart. et Spanh. Tam illo loco, quam altero Odyss. I, 197., ubi jam idem occurrebat versus, *πόντῳ* vulgatur pro *κόσμῳ*, quod quidem inter Varr. Lectt. adponi solet. Mei libri omnes *κόσμῳ* tenent, quod utique necessarium est in Juliano.

L. 9 *sq.* Τῷ *γὰρ ὄντι τοῦ παλαιοῦ κόμματος ἡμῖν οἱονεὶ σπινθήρ τις — — — ζωπυρεῖται*] Codices GHK. hanc lectionem agnoscunt, quam e codice Baroc. a Petavio commendatam adoptavit Spanhemius, ipse tamen illius vim neutiquam intelligens; formulam enim Τῷ *ὄντι* mira ineptia vertebat *Ei qui est*, adeoque sequentibus de suo interponebat *inquam*, ut per adpositionem jungeret *ἡμῖν* cum *τῷ ὄντι*. Vulgabatur autem ante Spanhemium: Τὸ *γὰρ πῦρ τοῦ παλαιοῦ* etc. *Nam ignis ille antiquae formae nobis tanquam scintilla quaedam sacra verae atque uberis doctrinae a te uno fovetur atque alitur.* Quibus nihil insulsius. Nec melioris est notae, quod in Petaviano margine notatur: « *γρ. ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ.* » ut legendum foret: Τὸ *γὰρ πῦρ ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ* etc. quam scripturam utique deprehendimus in codice A. — Quod jam singula loci hujus verba attinet, eorum delectus imitationem ostendit optimorum antiquitatis scriptorum. Vocis *κόμμα* metaphoricus usus elegantissimis quibusque placuit, v. c. Aristophani Plut. 863. (T. I. p. 273. ed. Brunck.), ubi est: *ἔοικε δ' εἶναι τοῦ πονηροῦ κόμματος.* quem ad locum videndus Scholiastes. Vocabula *σπινθὴρ* ae *ζωπυρεῖν* ejus familiae sunt, quam ab imitatoribus Platonis frequentari probat Ruhnkenius ad Timaeum p. 130. praeter hunc *Nostri* locum adferens alterum Ad S. P. Q. Athen. p. 269, D. ubi in simili sententia ponitur *ἐμπύρευμα* pro eo, quod hic *σπινθὴρ* valet. Hoc autem nomine rursus cum elegantia Julianus utitur Orat. VII. p. 229, D. ubi

deus Sol parvulum intuens Julianum dicitur *καθορῶν ἐν αὐτῷ σπινθῆρα μικρὸν ἐξ ἑαυτοῦ*. Caeterum extrema loci nostri verba sic exhibentur in cod. G: *ὑπὸ σοὶ ζωπυρεῖται μόνῳ.* in codd HK: *ὑπὸ σοὶ ζωπυρεῖται μόνον.* Codex A. vulgatam omnium Editionum lectionem probat, nisi quod vitiose *ζωοπυρεῖται* scribit.

L. 11. *Καὶ εἴη γε*] Codices Voss. et A: *καὶ εἶγε.* male. Passim Julianus *εἴη* sequente Infinitivo dixit, v. c. Epp. XLVIII. fin. LIX. p. 117.

Ibid. *Ζεῦ σωτερ*] Apud solùm Petavium scribitur *Ζεῦς σῶτερ.*

Ibid. *Ἑρμῆ λόγιε*] Contra omnes Edd. et cod. A., in quibus *ἄγιε* scribitur, equidem e codd. GHK. et Baroc. dedi *λόγιε*, quod jam e Barocciano codice a Petavio laudato recipiendum esse monuerat Wyttenbachius Ep. Crit. p. 37. (p. 255. ed. Schaefer.), frequentem allegans Juliani usum; cujus probantia loca citabo Epp. VIII. p. 11. XVI. p. 21. XL. fin. LXI. fin. Oratt. IV. p. 132, A. VII. p. 237, C. apud Cyrillum lib VII. p. 235, B. Is dicendi usus minime fugit Gregorium Nazianzenum Adv. Jul. Orat. III. p. 96, D. (ed. Bill.) ubi ad illum conversus ait: *τὶς Ἑρμῆς σοι λόγιος, ὡς ἂν αὐτὸς εἴποις, τοῦτ' ἐπὶ νοῦν ἤγαγε;* Historiam illius Dei persequitur Vossius De idololatria XI, 32. Duplici Juliani loco (Epp. XVI. XL.) Junius usus est in Erasmi Adagiis tit. *Mercurii typus* p. 567. probaturus, *Ἑρμῆν λόγιον* proverbialiter dici posse de magnae eruditionis homine. Cf. Boissonade ad Eunapium p. 371.

L. 11 *sq.* *τὸ κοινὸν ἁπάσης οἰκουμένης ὄφελος, Ἰάμβλιχον τὸν καλὸν*] Iterum idem Jamblichus *τὸ μέγα τῆς οἰκουμένης ὄφελος* appellatur Ep. LIII. p. 103 sq. Similes blanditias expressit Lucianus Tim. c. 50. (T. I. p. 118. ed. Bipont.), ubi occurrit: *ὦ Τίμων, τὸ μέγα ὄφελος τοῦ γένους.* quem ad locum ab Hemsterhusio collata sunt ejus generis dicta quaedam aliorum auctorum.

L. 12 *sq.* *ἐπὶ μήκιστον χρόνον*] Sic Edd. omnes et codd. AG. Sed in codd. HK. scriptum est *χρόνου.* Nomen substantivum alibi omittitur, v. c. Ep. XXX. fin.

L. 13 *sq.* *ἐφ' Ὁμήρῳ καὶ Πλάτωνι καὶ Σωκράτει*] In Ed. Spanh. exciderunt verba *καὶ Σωκράτει*, quae tam in Versione, quam in reliquis libris omnibus extant. Codices GHK. trium illorum nomina per Genitivum exprimunt; sed minime de aetate

Homeri, Platonis et Socratis accipitur sententia. Quare vulgatam servavi scripturam, quam agnoscit codex A.

L. 14. *καὶ εἴ τις ἄλλος ἄξιος τοῦ χοροῦ τούτου,*] In codd. GHK. desideratur vocabulum *ἄλλος*, quod ob solemnem in ejusmodi formulis praesentiam abesse non debet. Sic, ut alios mittam, Julianus Oratt. I. p. 10, B: *Κύρου — — καὶ Ἀλεξάνδρου καὶ εἴ τις ἄλλος τοιοῦτος γέγονεν.* VI. p. 191, B: *οὐδὲ εἴ τι Πυθαγόρας ἔφη, οὐδὲ εἴ τις ἄλλος τῷ Πυθαγόρᾳ παραπλήσιος.* Ad Themist. p. 253, A: *τὸν Ἀλέξανδρον καὶ τὸν Μάρκον καὶ εἴ τις ἄλλος γέγονεν ἀρετῇ διαφέρων.* — Quod illustrium virorum *χορὸς* dicitur, id ex usu fluxit poetarum, qui de Superorum coetibus istam vocem frequentant, e. g. Hesiod. Scut. 201: *ἀθανάτων ἱερὸς χορός.* Homer. Odyss. XII, 318: *Νυμφέων καλοὶ χοροί.* Pindar. Nem. V, 42: *Μοῖσᾶν ὁ κάλλιστος χορός.*

L. 15. *δικαίας εὐχῆς ἐπίτευγμα*] H. e. *justi voti compos fortuna,* prout Wyttenbachius reddit Animadvv. in Juliani Orationem I. p. 21, C. (p. 180. ed. Schaefer.) hunc locum in auxilium vocans emendando Cyrillo c. Jul. lib. VI. p. 190, E. ubi perperam *ἐπίταγμα* vulgatur.

L. 16. *ηὔξησεν·*] Vitiose scriptum est *ἠύξυσεν* in Ed. Petav. *ἤυξησεν* in Ed. Spanh.

L. 18. *ὑφ' ὁμοίαις εὐχαῖς*] Primo loco codex Baroc. *ἐφ'* exhibet. Sed omnes reliqui libri consentiunt in vulgata lectione, quam et similia commendant Juliani loca, v. c. Ep. XXIX. fin.: *ὑπὸ τῇ τῶν θεῶν πομπῇ.*

Ibid. εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ γήρως] Edd. *ἐς τὸ ἀκρότατον βίου γῆρας.* Adoptavi scripturam codicum GHK. propius accedentem ad verba Ep. II. fin.: *εἰς τέλος ἄχρι γήρως.*

L. 19. *παραπεμφθῆναι.*] Sic omnes libri praeter Ed. Mart. quae male *παραπέμπειν* exhibet.

EPISTOLA XXXV.

Haec extat in codice Vossiano meoque A.

Quum historici maxime sit argumenti haec epistola, consentaneum est plures in ea, quam in caeteris, occurrere difficultates explanandas; quae vel inde produntur, quod Petavius commentariorum alioqui parcissimus ad septem paginas ani huic

monumento dicavit. Spanhemius Praefat. ad Juliani Opp. p. XXVII. inf. notabilioribus antiquitatis reliquiis adnumerat has litteras, ut quae res nonnullas tradant alibi forte non obvias; cujus generis haec esse vult: *Argivos libertatis aliorumque jurium, quibus reliquae Graecorum civitates Imperatorum concessu utuntur, participes etiamnum extitisse* (p. 58. sup.); *Macedonas Argivorum colonos fuisse* (p. 57. med.); quod tamen praeter Livium ab aliis quoque traditum sit; porro eandem *Argos Corinthiis a septennio*, quo haec scribebat Julianus, *tributariam esse redditam* (p. 58. Lin. 6 sqq.); *duplicia apud Argivos Isthmia et apud Corinthios Nemea intra unam Olympiadem aut Pythiadem, quorum nempe quinquennales erant agones, celebrata* (p. 58. inf.); *in Corinthiorum Isthmicis praeter gymnicos ac musicos ludos editas esse theatrales venationes, multis quidem civitatibus pecunias conferentibus* (p. 59. med.). Jam Epistolae lectionem ingrediens accipe, quae de illius argumento Petavius sensit:

« Argivos a Corinthiis oppressos et novis exactionibus praeter jus subjectos Proconsuli, ut opinor, Achajae commendat Julianus, iniquum esse dicens, urbem olim florentissimam et ob impensas sacrorum certaminum a tributis immunem Corintho in Amphitheatrales venationes vectigal pendere. Erat Corinthus Romanorum colonia ab Augusto facta, qui ex Julii Caesaris voluntate urbem illam a ruinis excitavit. Quo nomine jus in plerasque, quae coloniae non erant, urbes sibi vindicabat. » Haec Petav.

L. 4. [*Ἀνεπίγραφος ὑπὲρ Ἀργείων.*]] Haec verba, quae leguntur in omnibus Editionibus, uncis equidem inclusi, quo facilius a scriptoris sermone dignoscerentur. Plurimum interesset nosse, ad quemnam datae sint hae litterae. Edd. quidem in margine ferunt: « *γρ.* Ἰουλιανὸς Ἀργείοις. » et sic omnino reperimus inscriptum in codice A: sed mentiquam ad ipsos Argivos scribi, tam Epistolae ratio docet universa, quam verborum usus in secunda persona Singularis positorum, e. g. *πεύσῃ*, p. 61. *χρίνοις*, fine. Temere igitur Juliani epistolam *ad Argivos* aliquando laudarunt viri docti, v. c. Spanhemius ad Julian. Orat. I. (T. II. p. 30. col. 2.); Solanus ad Lucian. Ner. c. 9. (T. IX. p. 557. ed. Bipont.) *Achajae Proconsulem* his litteris adiri commode censuit Petavius in superiori notula. Proprium illius Pag. 57.

Proconsulis nomen, quam vere nescio, definivit Wernsdorfius ad Photii Cod. CLXV. §. 3. in Himerii editione p. 13. (referente Harlesio in Fabricii Bibl. Gr. T. VI. p. 731.) scribens nempe, hanc epistolam ad *Vettium Agorium Praetextatum*, tanquam ad judicem Graecorum, esse missam. Illum ab Juliano proconsulari potestate Achajae praefectum fuisse, scio ex Ammiano Marcellino lib. XXII. c. VII. §. 6. quem ad locum Valesius de rebus ejus viri plura delibavit.

Longior haec Epistola tres in partes distingui potest. Prima scilicet parte, quae pro *exordio* est, in universum laus offertur Argivorum, cujus argumenta vel e remotissimorum temporum historia petuntur: ab initio — p. 58. sup. Sequitur deinde *expositio* causae, nempe fraudulosa Argivorum per Corinthios oppressio: p. 58. sup. — 61. sup. Denique additur quasi *peroratio*, ubi ad illum, cui scribitur, conversus peculiares adfert rationes, quae ipsum, ut justa statuat, commoveant: p. 61. sup. — fin. Ex eo autem, quod non ipse litem dirimat Julianus neque pro potestate jubeat, collegit Petavius (p. 335. hujus ed.), non Imperatoris esse hoc rescriptum, sed privati adhuc Juliani supplicationem. Quae quidem probabilis est opinio, nec vero certa. Nihil enim existimare vetat, in rebus ad Proconsulis munus pertinentibus huic antevertere noluisse Principem, ut moderatum ac justitiae studiosum; sed leniora monitionis et consilii remedia tentasse. Potentiores autem, quum supplicantium speciem prae se ferunt, reapse imperare, subditorum interest, ut in tempore sentiant atque meminerint. Cogit rogando qui rogat potentior. Caeterum de simili hujus Imperatoris facto, quo querentes cum commendatione ad magistratus ablegavit, Ammianus memorat Marcellinus lib. XVI. c. V. §. 13. ubi verba sunt: *Egressurum eum ad expeditionem plures interpellabant, ut laesi; quos audiendos provinciarum rectoribus commendabat.*

L. 6. *σεμνύνειν αὐτῆς ἐθέλων*] Sic Edd. omnes. Codex meus *αὐτὴν* exhibet; quae pariter commoda est scriptura, dum ad proxima nomina *κατὰ* suppleatur.

L. 6 *sq.* *Τοῦ τε γὰρ Τρωϊκοῦ*] « Mirum, cur Trojani belli praecipuas partes *eodem modo* Argivis tribuat, quo postea Lacedaemoniis et Atheniensibus. Neque enim adversus Trojanos quidquam isti ipsi *postea* moliti sunt. Sed Trojanae expeditionis

nomine alias complectitur, quae contra barbaros ac Persas a Graecis susceptae sunt: quasi Τρωϊκοῦ idem sit quod Βαρβαρικοῦ. » Petav.

L. 8. *οὕτω προσήκει*] Cod. Voss. *τοῦτο πρσήκει.* male.

L. 12 *sq.* *καὶ ὡς τῷ πρεσβυτάτῳ γέρας ἐξηρέθη·*] « Temeno. Vide quae de Heraclidis lib. IX. De doctrina temporum cap. XXX. tradidimus. Capite vero XXXVI. Macedonici regni originem ab Argivis repetimus, auctore Carano, Phidonis Argivorum regis fratre. Ob quae Philippi et Alexandri majores Argis oriundos facit Livius lib. XXVII. de Philippo rege Macedoniae: *Profectus ipse non cum paucis equitum levisque armaturae Argos venit. Ibi curatione Hereorum Nemeorumque suffragiis populi ad eum delata; quia se Macedonum reges ex ea civitate oriundos referunt*, etc. » Haec Petavius. — Ratione styli vestigia notabo Homeri, qui passim de Achille loquens, cui Briseis erepta fuit, ejusmodi verbis utitur, e. g. Iliad. XVI, 56. XVIII, 444: *γέρας ἔξελον.* IX, 344: *ἐκ χειρῶν γέρας εἵλετο.* XVI, 54: *γέρας ἂψ ἀφελέσθαι.* Aliae sunt in Juliano talium adumbrationes Oratt. I. p. 5, C: *ἐξαίρετον αὐτῆς φησιν εἶναι τὸ γέρας.* II. p. 50, A: *τοῦ γέρως ἀφαιρούμενον.* Ibid. p. 58, A: *ἀφελέσθαι τοῦ γέρως ἡμᾶς.*

L. 13. *ἥ τε εἰς Μακεδονίαν ἐκεῖθεν ἀποικία*] Sic Edd. omnes. Aeque commode legitur in codice meo: *ἥ τε εἰς Μακεδόνας ἦλθεν ἀποικία.* quae pendet constructio a superiori conjunctione *ὡς.*

L. 18. *Φιλίππου τε γὰρ καὶ Ἀλεξάνδρου τῶν πάνυ τῶν προγόνων*] Edd. *τῶν πάνυ προγόνων.* unde vertebatur: *ultimorum avorum Philippi et Alexandri.* E codice meo lectionem adoptavi, secundum quam verba *τῶν πάνυ* honoris causa nominibus adjiciuntur Philippi et Alexandri; quemadmodum *Περικλέα τὸν πάνυ* dixit Julianus Orat. III. p. 128, B. tum *Ἑλλήνων τῶν πάνυ* Ibid. p. 110, B. De utroque rege non minus honorifice sensit *Noster* Orat. III. p. 106, D. sq. ubi pariter ex Argis illorum stirpem repetit.

L. 6. *Κορίνθιοι δὲ νῦν αὐτὴν*] « Argos Corintho contribu- Pag. tam esse dicit ex autoritate dominae rerum civitatis. Nimirum 58. quod, Achaeis a Mummio victis, eversaque Corintho, Graecia omnis Achajae nomine censita magistratum accepit a Populo

Romano; qui sub Imperatoribus Proconsul appellatus est et Corinthi degebat, quae fuit Achajae, imo Peloponnesi adeoque totius Graeciae, metropolis. Vide Pausaniam in Achaicis p. 222. Plinium Ep. ult. libri VIII. » Petav.

L. 7. *ἀπὸ τῆς βασιλευούσης πόλεως*] « Neque vero recentiori cuidam assentior, qui *βασιλεύουσαν πόλιν* de Constantinopoli interpretatur. Cujus et reliqua parum probabilis opinio post paulo discutietur. » Petav. — Quisnam ille fuerit *recentior*, hactenus me latuit. Ad inferiorem Epistolae locum (P. 60. lin. 11.) aeque reticetur illius nomen, ita ut modo *quidam*, modo *recentior ille scriptor* dicatur. Forte non alius intelligitur ab *Alphonso Caranza*, cujus nomen in quarta dehinc Petavii nota pronunciatur (p. 326. hujus ed.). Qualiscunque sit loci praesentis allusio, homo tangitur imperitus Julianei usus dicendi. Vel ipsa hac Epistola p. 60. verba *τῆς βασιλευούσης πόλεως* manifeste Romam innuunt; iisdem porro verbis urbem illam designavit *Noster* Oratt. I. p. 5, D. IV. p. 131, D. Ad priorem autem locum a Spanhemio (T. II. p. 30 sq.) docte probatur, illi aevo solemne fuisse, Romam isto nomine vocari, qua scilicet ab aemula Constantinopoli discerneretur. Conferre licet Observat. ad Ep. XI. fin.

L. 8. *συντελεῖν αὐτοῖς ἀναγκάζουσι·*] « Ante annos septem, quam haec scriberet Julianus, Corinthii tributum Argivis imperare coeperant in bestias ac venationes. Id graecum verbum *συντελεῖν* significat. Glossae veteres: *συντέλεια, τὸ ἐπίταγμα. Tributum. συντελεστὴς, Tributarius.* » Petav. — Qui addere poterat, inferiori loco p. 60. *συντελεῖν* eodem sensu gaudere. Jam vero nemo ignorat, illi verbo vim inesse plenioris locutionis *συντελεῖν φοροὺς* s. *εἰςφοράς*. Caeterum in utroque codice perperam *αὐτοὺς* exaratum est pro *αὐτοῖς*.

L. 10. *οὔτε τὴν Ἠλείων ἀτέλειαν,*] « Lego *ἀτέλειαν*. quod et sententia postulat. Nam Argivos eodem jure esse immunes oportere dicit ac Delphos et Elidenses, cum nihilo minus quam isti sacrorum ludorum procurationem habeant. » Petav. — Cui merito Spanhemius obsecutus est, ante quem vulgatum erat *συντέλειαν*, ut est in codice meo. Sed immerito vir idem interpretationi pepercit, quae *tributum* hactenus ferebat. Emendatio probatur paulo inferioris loci verbis: *ἐκείνοις μὲν ὑπάρχειν τὴν ἀτέλειαν.*

L. 12. Τεττάρων γὰρ ὄντων etc.] An hujus loci memor erat Suidas? cujus verba sunt in voce Ὀλυμπιὰς T. II. p. 681: Εἰσὶ δὲ τέσσαρες ἀγῶνες· Ὀλύμπια, Ἴσθμια, Νέμεα, καὶ Πύθια.

L 15. Νεμέων] Vitiose *νεμίων* in codice A.

L. 19. Πρὸς δὲ τούτοις Ἠλεῖοι μὲν καὶ Δελφοὶ] « Olympici agones et Pythici semel quinto quoque anno celebrati sunt; Nemeaci et Isthmiaci bis in quaque Pentaëteride, hoc est διὰ τριετηρίδος, ut ait Scholiastes Pindari. Nemea quippe anno primo labente Tetraëteridos, et tertio similiter exeunte peracta sunt: quorum alia erant aestiva, alia hiberna, uti libro I. *De doctrina temporum* cap. XXXIII. diximus. Anno illo, quo clades ad Thrasumenum lacum acceptà est, qui fuit Urbis Conditae DXXXVII, Olympiadis centesimae quadragesimae tertius desinens et iniens quartus, Nemea celebrata sunt: quibus cum interesset Philippus nuncium accepit de Romanorum clade, ut scribit Polybius. [lib. V. c. CI. §. 5 sq. hoc est T. II. p. 429. ed. Schweighaeuser.] Ea porro clades verno tempore contigit; Nemea vero aestate, hoc est Panemo mense, qui Junio circiter respondet. Itaque tertium annum Olympiacae Tetraëteridos clausere Nemea. Rursus anno Urbis Conditae DXLVI Crispino et Marcello Coss., quo coepit annus primus Olympiadis CXLIII, incidere Nemea, quorum curatio Philippo regi delata est, ut refert Livius lib. XXVII. Qui insuper lib. XXXIV. scribit, Coss. M. Portio Catone, Valerio Flacco, id est anno Urbis DLIX, celeberrimum festorum dierum ac nobile ludicrum Nemeorum die stata propter belli mala praetermissum, in adventum Romani exercitus ac ducis indictum fuisse, praefectumque ludis ipsum imperatorem. Habuit hic annus finem primi anni et initium secundi Olympiadis CXLVI. Quocirca verisimile est, statum ac legitimum tempus fuisse primum annum Olympiacae Tetraëteridos, appetente jam hyeme. Praeter duplicia Nemea, Heraea quoque iisdem ab Argivis obita sunt; quae utrum alterum sint ex duobus illis festis adjectitiis, non temere dixerim. Quatuor igitur in totum solemnia ab Argivis indicta sunt: ob quae merito immunes esse debuerunt. » Petav.

L. 19 *sq.* διὰ τῆς πολυθρυλλήτου πενταετηρίδος] Male versum erat: *propter nobiles illas Olympiadas;* quae verba Span-

hemius in haec mutavit: *propter nobiles illos Quinquennales agones.* Mirum est neminem sensisse, praepositionem διὰ de tempore, nec vero de causa valere. — Ut proposito constem, quo cunctae repetantur Editorum Notae, jam integra sequitur ad hunc locum exercitatio, cujus alias transiri potuisset, salvo Juliano, pars potissima, tanquam *lustri* apud Romanos rationem exponens. En ipsa hujus excursus verba:

« Intervallo annorum quatuor vertentium et solidorum Elidenses unos tantum ludos celebrabant, Olympicos; ut et Delphi Pythios: Argivi autem quaternos, nempe bis Nemeacos instaurabant, et alios praeterea duos; qui omnes erant trieterici, hoc est biennio solido interposito peragebantur. Hanc enim notionem habet vocabulum πενταετηρὶς, τριετηρὶς et similia: quod Julianus mox demonstrat, cum illud ipsum explicans, quod dixerat διὰ πενταετηρίδος, subjicit ὥςτε εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοῖς τέσσαρσι. Ut non plures, quam quatuor integri anni concipiendi sint.

Quemadmodum notissima hodie res est, πενταετηρίδα, τριετηρίδα, et haec latina nomina quinquennes vel quinquennales ludos, item ista διὰ πέμπτου, διὰ τρίτου ἔτους, quatuor ac duos tantummodo expletos et vertentes annos exprimere, hoc est uno minus, quam numeralis vox significat; ut nemini hac in re, praeterquam Alphonso Caranzae *) et similibus haesitare liceat: ita vicissim cavendum, ne in contrarium incidamus errorem et quinquennii spatium, quod certis rebus attribuitur, in quadriennium contrahamus. Hoc eo dixerim, quod viros quosdam eruditos minus ad id attentos esse video; qui lustrum Romanum quinquennale cum Olympico quadriennali paria fecisse sentiunt. Ita Budaeus in Annot. ad Pandectas ad L. *Si quis, de rebus creditis.* ubi sic Ulpianus loquitur: *Nam et si colonus post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat.* Budaeus hîc lustrum idem censet esse cum Olympiade, et quadriennio exacto quintum quemque ineuntem annum exprimere. Sed fallitur. Nam lustrum apud Jurisconsultos quinque annos solidos significat, ut in Cod. Theod. l. un. de quinquennii prae-

*) Qui Jurisconsultus fuit Hispanicus, et praeter alia *Diatriben super Doctrina temporum Dionysii Petavii* scripsit anno 1629.

scriptione, *Competitorem quinquennii possessor eliminet;* quae sic Anianus interpretatur: *Quicunque rem fiscalem per quinquennium possedisse probatur, ita ut exinde a nullo fuerit expulsus, et hanc ipsam rem aliquis sibi petere a Principe voluerit, possidenti in tantum lege consultum est, ut etiam tuitionem ferre possessori judicem jusserit, et competitionis constitutionem ordinaverit rescindendam, si tamen ille, qui possedit, sine ulla inquietudine per quinquennium se docuerit possidere, quia hoc spatio temporis ab eo, qui sine molestia possedit, etiam fiscum suum excludi jussit.* Non potest in illis verbis quinquennium nisi de quinque integris annis usurpari. Atqui lex eadem Honorii ac Theodosii illam ipsam quinquennii possessionem *lustralem* nominat: *quibus tamen,* inquit, *lustralis aderit absque interpellatione possessio.* Sic in aliis legibus; ex quibus constat, tam privatorum praedia quam publica, ut et vectigalia, in quinque annos locari solita. ff. XLIX. de jure fisci. Callistratus: *Cum quinquennium, in quo quis pro publice conducta re se obligavit, excessit, sequentis temporis nomine non tenetur.* Subjicitur Hadriani rescriptum in haec verba: *Valde inhumanus mos est iste, quo retinentur conductores vectigalium publicorum et agrorum, si tantidem locari non possint. Nam et facilius inveniuntur conductores, si scierint fore ut, si peracto lustro decedere voluerint, non teneantur.* Quis non videt, lustrum nequaquam quatuor esse solidos annos, sed quinque? Sic et ff. XXXII. de legatis et fidei commissis Labeo: *Qui hortos publicos a republica conductos habebat, eorum hortorum fructus usque ad lustrum, quo conducti essent, Aufidio legaverat,* etc. Tum apertissime ff. de Administr. rerum ad civit. pertin. Papinianus: *Praedium publicum in quinque annos, idonea caution̄e non exacta, curator reipublicae locavit.* Nec aliter in legibus caeteris, in quibus de locatione privatarum publicarumve rerum agitur. Sed et lustrum annos quinque complecti demonstrat his verbis Apuleius in Apologet. [p. 330. ed. Elmenh.]: *Consules legat, annos computet, quos sexaginta mulieri assignabat, probet quinque et quinquaginta. Lustro mentitus est.* Lustrum Romanum a censione populi Romani originem habuit. Ea vero post quinque vertentes annos ex legis praescripto apud Censores fieri debebat. Asconius in III. Orat. contra Ver. ad haec verba: *Neque census esset,* sic adnotat: *hoc est, neque*

census ejus in quinquennium illud esset factus, quorum annorum spatio instaurari census solet apud Censores, quorum administratio per lustrum, hoc est quinquennium, extenditur. Atque hujus moris vestigium in Fastorum Capitolinorum reliquiis apparet, in quibus lustra nonnulla continuis quinquenniis interjectis condita visuntur; quod et Romanarum antiquitatum peritissimi docent Sigonius, Onufrius, Pighius. Ad haec Cicero lib. III. De Leg. legem de Censoribus ferens, inter alia, *Magistratum*, inquit, *quinquennium habento;* quod quidem de quatuor solis integris non potest intelligi. Hinc illa consuetudo, quam dixi, nata videtur, uti locationes publicae privataeque in quinquennium, hoc est lustrum, fierent; quod a Censoribus in totidem annos olim publica vectigalia locarentur: quot videlicet in annos initio Magistratus ille gerebatur. Quae res vincit, intervallo quinque solidorum annorum Romanum constare lustrum. Atenim, objicit Budaeus, Plinius lib. II. cap. 47. lustrum vocat quadriennium, ubi de Eudoxi tetraëteride loquitur. Tum Ovidius lib. IV. de Ponto Eleg. 6:

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est.
Jam tempus lustri transit in alterius.

Sed nimirum latini scriptores interdum ob duarum istarum periodorum annalium propinquitatem, lustri Romani et πενταετηρίδος Olympicae, promiscue illas acceperunt; sic ut quadriennio lustri vocabulum imputaverint. Olympiadicus agon ineunte anno quinto ficbat: lustrum Romanum quinque vertentes obtinebat annos. Cum in ejusdem anni altera initio, altera fine periodus clauderetur, si unaquaeque seorsim et extra reliquarum seriem et ὁμάδα consideretur; facile eas invicem usus autorum permiscuit minus exacte de istis loquentium. Sic intelligendus est Censorinus, qui cap. XVIII. lustrum vetus Romanum cum Olympiade et lustro Domitiani, quod Olympiadum more quadriennio constabat, numero confundit annorum; nimirum quia modico invicem discrepant. Eodem modo et Isidorus lib. V. Orig. c. 57. lustrum a Romanis propter Olympiadas adhibitum putat. Nam quod Ovidium spectat, is *quinquennis* epitheton addidisse nonnullis propterea videtur, ne quis Graecorum ad modum Olympiadas istas expenderet.» Petavius in *Addendis* p. 416 sqq.

L. 20. *διττὰ δέ ἐστι Νέμεα*] Cod. *δ' ἐστὶ* scribit. Si quis ista civitatum circa ludos jura indagandi cupidior extiterit, Spanhemium consulat in Epistolis ad Morellium. Ipse nempe Spanhemius illuc quodammodo ablegat in Praefat. ad Juliani Opp. p. XXVIII. sup., ubi praepostere quidem apud Argivos Isthmia, et apud Corinthios Nemea ponit. Idem editor sententiam explicare conatus est, ubi Versioni vocem *interea* de suo adjecit.

L. 1 *sq.* *Ἐν μέντοι τούτῳ τῷ χρόνῳ*] Sic Edd. omnes. Pag. 59. Codex meus tenet: *ἐν μὲν τοιούτῳ τῷ χρόνῳ.*

L. 4. *Πῶς οὖν εἰκὸς ἐκείνους*] Quod sola Ed. Spanh. *ἐκείνοις* exhibet, id operarum errori tribuendum videtur.

L. 7 *sq.* *Οὐ γὰρ ἐς χορήγησιν ἀγώνων*] E codice meo scripsi *οὐ*, quum vulgatum esset *οὐδὲ*, quod nimis durum videbatur ob duplicem in antecedenti versu praesentiam. Vocis *χορήγησις*, quae in Schneideri quidem Lexico desideratur, eadem est potestas ac usitati nominis *χορηγία*, quo et *Noster* utitur Ep. XXXVII. p. 65. Notio vocabuli sequitur eam legem, quam de usu verbi *χορηγεῖν* optime Creuzerus exposuit ad Plotinum De Pulcr. p. 321 sq.

L. 9 *sq.* *τὰ κυνηγέσια τὰ πολλάκις ἐν τοῖς Θεάτροις*] « Scribe *ἐν τοῖς Θεάτροις*. Amphitheatrales venationes intelligit, quae et *Θεάτρου κυνηγία* et *Θηρίων Θέα* vel *ἀναίρεσις* dicitur Novella CV. Locus ipse *Θέατρον κυνηγετικὸν* a Dione aliisque Graecis passim nominatur. Nec aliter amphitheatrum Dio, quam *Θέατρον* vocat. Quare haud scio, an probanda sit Antonii Augustini eruditissimi Jurisconsulti ratio, qui in Onomastico ad Novellas scribit, *κυνήγιον Θεάτρου* Novella CV, esse *theatri venationem* et distingui a venatione ferarum, de qua lib. II. Cod. Justin. et lib. XV. Cod. Theodos. de Venatione Ferarum. *Illa enim,* inquit, *in amphitheatro fiebat, haec in theatro: illa ferarum, haec cicurum fuit.* Haec ille. Atqui et *Θέατρον*, uti dixi, apud Graecos est amphitheatrum; et *κυνηγία Θεάτρου* in Novella CV, *Θηρίων Θέα, καὶ ἀναίρεσις* ibidem dicitur. Quinetiam Julianus hoc loco ursarum ac pantherarum venationem vocat *τὰ κυνηγέσια τὰ ἐν τοῖς Θεάτροις*. In Codice vero utroque venatio ferarum non illa est, qua de agimus, ludicra et theatralis, sed seria, qua in silvis ferae captantur.» Petav. —

Propositam emendationem jure perfecit Spanhemius, ante quem vulgabatur *ἐνίοις θεάτροις*, ut est in codice meo. Rursus de talibus *κυνηγεσίοις* loquens Julianus Fragm. p. 304, D. *εἴσω τῶν θεάτρων* dixit.

L. 13 *sq.* *ὠνοῦνται τὴν τέρψιν τοῦ φρονήματος*] « Ut se habet haec lectio, sensus est: confidentia et superbia, qua immunes civitates opprimunt, oblectationem istam redimunt. Interpres dum aliud vidit, nihil vidit. » PETAV. — Scilicet a Martinio sic versum erat: *ipsi voluptatem suae fraudis emunt.* Quibus verbis a Petavio quidem servatis talia substituit Spanhemius: *oblectationem sui illius instituti redimunt.* Triplex tamen interpretandi ratio mihi non satisfacit. Viris doctis fraudi fuisse videtur vocabulum *φρόνημα*, quod, mea quidem sententia, valet eo sensu, quo Latini *genium* usurpant, ubi dicunt *genio indulgere.* Julianus imitatur, puto, Homerum affinibus vocabulis utentem Odyss. VIII, 131. ubi de oblectatione e certaminibus capta scribit *ἐτέρφθησαν φρέν' ἀέθλοις.*

L. 19. *Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτο, εἰ μὴ διὰ κακίαν γειτόνων·*] « Sic apud Aelianum Var. Hist. lib. IX, cap. 28. » PETAV. — At indicari debebat, Aelianum diserte Hesiodum laudasse auctorem versus hujusmodi: *Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.* quem utique sic habes in Ἔργ. 348. Inter Adagia versum illum Erasmus refert p. 1801. tit. *Ne bos quidem pereat.*

Pag. 60. *L.* 7 *sq.* *οἷς ἔναγχος δοκοῦσι παρὰ τῆς βασιλευούσης*] « Dilemmate Corinthiorum injustitiam ac *πλεονεξίαν* revincit. Nam aut antiquo jure nituntur, quod florente ac libera Graecia, antequam Romanorum colonia esset ea civitas, extitit; aut recenti potius, ex quo colonia facta est. Si prius allegant, nihilo verius est, Argivos Corinthiis, quam Corinthios Argivis contribui: sin posterius placet, non debent ea, quae in constituenda nova civitate et colonia a majoribus praescripta sunt, violare. Romani autem cum eam coloniam condiderunt, nunquam Argivos Corinthiis vectigales esse voluerunt; tametsi, quod Achajae Proconsul Corinthi resideret, ad eam urbem, tanquam provinciae metropolin, juris impetrandi causa reliquae fere confluerent. Sed ea non privatim civitatis ipsius in caeteras, sed magistratus Romani potestas ac dignitas fuit. Adverbium *ἔναγχος* latius hic usurpatur pro eo, quod ante quadrin-

;entos circiter annos accidit. Neque enim nuperum aliquod ıeneficium aut praerogativam significari puto; sed ἀντίθεσις est 'eteris Graeciae et sua libertate multatae. Quod statim indicat, :um tempus hoc extendit eo usque, cum primum coloniae jus lli concessum est. » Petav. — Pro Dativo οἷς codex meus exıibet ἥς, et in margine εἰς. Sed optima est vulgata lectio, quam ɔmnes Edd. agnoscunt. Ἔναγχος, quod *nuper* in Versione soıabat, a Spanhemio conversum est in *deinceps*.

L. 9 *sq.* σεμνότητα, οὐκ Ἀργείοις μᾶλλον εἰς Κόρινθον, ἢ] Veram esse hanc Petavii et Spanhemii lectionem, ipse sententiarum contextus arguit. Antiquissime vulgabatur εἰ pro ἤ, quod tamen inter Martinii Varr. Lectt. positum fuit. Codex meus hiulce unaque litera discrepante sic exhibet: σεμνότητα Κόρινθος· ἤ etc.

L. 11 *sq.* ἐπειδὴ τὴν Ῥωμαϊκὴν ἀποικίαν ἐδέξαντο,] « Mirifice nuper hunc locum quidam enarravit. Jus enim Italicum Corintho coloniae ab urbe Constantinopoli concessum sub Constantio intelligit; quasi ἀποικία jus sit Italicae coloniae. Sic autem disputat: « Jura omnia, et πρεσβεῖα Romae veteris in « novam a Constantino transfusa sunt. Inter haec autem jus « Italicum fuit, quod ratione duplici percepit. Nam et jus Ita« licum privatim ei tributum est, quo ipsa frueretur: et ejusdem « juris in alios populos derivandi potestas illi facta est. Horum « prius a Constantino consecuta est, qui illam in omnibus Ro« mae veteri exaequavit; posterius autem sub Constantio Impe« ratore obtinuit, uti caeteras urbes Italico jure donare posset. « atque hoc isto ipso Juliani loco demonstrari putat. Verum « cum idem jus ademptum postea fuisset, a Valente restitutum « est L. un. Cod. Theod. de jure Italico Urbis Constant. » Haec ille. Quae quidem neque vera sunt, neque ad hujus loci sententiam ullo modo pertinent. Perspicuum est enim, loqui Julianum de colonia Romana Corinthum deducta; quod Augusto Imperatore factum est. Deinde cum eos hortatur ut, *si jure illo niti velint, quod ex eo tempore adepti sunt, quo coloniam Romanam admiserunt*, ne parentibus suis majores spiritus gerant, neque novo decreto, quo illis Argivorum civitas adjudicata est, plus deferant quam majorum suorum auctoritati et consuetudini, quae ab initio fundatae coloniae propagata est; non obscure significat,

antiquiorem Constantii temporibus rem illam fuisse. Ac de recentiore illo decreto paulo post. De Italico jure quod nova conjectura pugnat, id hactenus sibi soli Constantinopolin habuisse, minime procedit. Nam ex ea lege Theodosiani Codicis, quam proxime citavimus, apparet, Valentem Italicum jus primitus ei civitati restituisse; quod, ut opinio fert, Severus ademerat, propterea quod Pescennii Nigri partes pertinacius defenderat: quando et Byzantium moenibus ac privilegiis omnibus spoliatum Perinthiis adjudicavit, ut Herodianus [lib. III. c. 1.] et Dio aliique testantur. Credibile est itaque Byzantium, itidem ut alias civitates, quarum nonnullas Ulpianus percenset lib. I, D. de Censibus, jure Italico prius donatum et a Severo postea multatum, in idem a Valente restitutum fuisse. Neque valde nos movet, quod opponitur, Constantinum omnibus privilegiis, quibus praedita erat vetus Roma, Constantinopolin affecisse, inter quae jus illud fuit. Quippe haec ipsa vis argumenti contra novam illam conjecturam retorqueri potest. Nam si jura omnia Romae veteris in novam transfusa sunt, etiam illud ipsum, quod a Valente restitutum fatetur, communicandi aliis civitatibus juris Italici eidem attributum est. Hoc enim penes antiquam Romam fuisse nemo dubitat; imo hac sola ratione jus Italicum ad eam pertinet. Neque enim Roma jure Italico praedita proprie dicitur, cum longe excellentiori statu esset; qui jura et privilegia omnia continebat, quae indidem velut a fonte manabant. Sane jus Italicum nemo appellet jus communicandi juris Italici. minime omnium lege illa unica Codicis Theodosiani, cujus verba sunt: *Italici juris auxilium arbitra aequitate re novamus. Concessi igitur gratia beneficii publicis actibus intimetur, et incisa tabulis debita solennitate permaneat.* Haec verba, *Italici juris auxilium*, admonent, ejusmodi fuisse jus illud, quod ad usum fructumque suum civitas ipsa referret, non quod alienis tantum impertiretur; praesertim cum juris Italici dandi potestas penes Imperatores potius, quam civitatem ipsam resideret. Sed neque necesse est, omnia penitus privilegia Romae veteris in novam a Constantino fuisse translata, sic ut re nulla discreparent. Ne longe exempla requiramus: Praefectus Urbis ecce, qui magistratus Romanam urbem administrabat, sero Constantinopolin est invectus, nec ante annum CCCLIX. Postremo quemadmodum

talici juris communicandi potestas ab recentiore illo scriptore Constantinopoli detracta, et a Valente restituta putatur: ita nos jus ipsum privatim fruendum primum ademptum, deinde renovatum fuisse multo verisimilius diceremus, si id nobis placeret, postquam Constantinopolis a Constantino fundata est, jure illo fuisse privatam. quod non credimus. Porro jus illud Italicum a Valente primum in integrum restitutum esse sanctionis illius verba fidem faciunt. quod ab Theodosio juniore anno Christi CCCCXXI, Eustathio et Agricola Coss., confirmatum est L. un. Cod. Justin. de privil. urbis Constant. *Urbs Constantinopolitana non solum juris Italici, sed etiam ipsius Romae veteris praerogativa laetetur.* Sozomenus Histor. lib. VII. cap. 9. scribit, Constantinopolin per omnia veteri Romae exaequatam fuisse, atque inter caetera jus ibi secundum Romanas leges dici solitum: *καὶ τὰ σύμβολα κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Ῥωμαίων ἐκρίνετο.* hoc est: *et judicia de contractibus secundum Romanas leges exercebantur.* Neque recte vertit Interpres: *et insignia quoque eadem Romano ritu praeferebat:* quod recentior ille scriptor animadvertit. Qui nihilo tamen rectius *σύμβολα* hic esse vult *τὰς συνθήκας, ἃς ἂν πρὸς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναι τάττωσι τοῖς πολίταις, pacta conventa, quae publice inter se civitates constituunt; secundum quae jus mutuo civibus dicant.* Cujusmodi sunt ea *σύμβολα*, de quibus Demosthenes vel alius quis autor Oratione de Haloneso [p. 30, C. ed. Wolf.] loquitur, quae Scholiastes ita declarat.» Petav.

L. 16 *sqq.* *ἄλλως τε καὶ νεωτέρᾳ χρωμένους τῇ ψήφῳ, καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην ὑπὲρ τῆς Ἀργείων πόλεως τὴν δίκην εἰσελθεῖν, ἕρμαιον ἔχοντας τῆς πλεονεξίας.*] «Perobscurus locus, cui marginali conjectura nostra lucem attulimus. Sic igitur habendum est; Constantio Imperatore controversiam illam Corinthiorum et Argivorum disceptatam fuisse, et hos causa cecidisse, quod publicus eorum patronus et syndicus forensium negotiorum imperitus esset. Quare legendum putamus *καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην τοῦ λαχόντος ὑπὲρ τῆς Ἀργείων πόλεως τὴν δίκην εἰσελθεῖν* etc. Non decet, inquit, Corinthios vetera Graeciae jura insuper habere, cum nupero tantummodo interdicto nitantur, et ex ejus, cui juris Argivorum prosecutio sortito obtigerat, simplicitate ac ruditate cupiditas illorum compendium fecerit. Haec

apud latinum Interpretem inextricabilia sunt. Conjecturam nostram affirmat Julianus paulo post [p. 62. lin. 5 sq. hujus ed.] ita loquens: *καὶ μὴ τὴν ἀπραγμοσύνην αὐτοῦ τότε συνειπόντος τῇ πόλει*, etc.» Petav. — Cui morem gessit Spanhemius, ubi conjecturam «f. *τοῦ λαχόντος*», quam Petavius in margine adscripserat, in Editionis ora repetebat, eique simul interpretationem accomodabat antea sic expressam: *praesertim recenti judicio confisi: verum multo magis se molestia litigandi pro Argivorum civitate liberari, in lucro et fructu avaritiae suae numerent.* Quum minime dubium mihi videatur, quin de tarditate sermo sit, quacum Argivorum commodis erat provisum, unde Corinthii factam ab ipsis injuriam colorabant; ab emendata Versione manum abstinui: neque vero graecum textum immutavi, quum in codice nullo modo variet scriptura, praeterquam quod manifesto vitio scribitur ἔχοντες. Itaque superiorum Editorum imitatus prudentiam, e melioribus libris opem exopto.

L. 18. *Εἰ γὰρ ἂν ἐφῆκεν*] Primum vocabulum jussu Petavii dedit Spanhemius, quum vulgatum esset ᾗ. Similiter ᾗ scriptum est in codice meo; nec aliter in suo quopiam codice Petavium invenisse puto, cujus in margine notatur: «ᾗ v.» Hac enim litera videtur indicari *Vetus;* quo nomine manuscriptus codex innuitur in illius Notis ad Epp. X. XXII.

Pag 61. *L.* 2 *sq. προτιθεμένου καὶ περὶ τοῦ κατὰ τὴν πόλιν ἀξιώματος*] «Legebatur *προτιθέμενον*. Nos ex veteribus emendavimus. Malim tamen ita scribere: *προστιθεμένου καὶ τοῦ κατὰ τὴν πόλιν ἀξιώματος.*» Petav. — *Προτιθεμένου*, quod jam in Varr. Lectt. a Martinio relatum erat, tam ab Ed Spanh. quam a codice meo probatur. In reliquis verbis nihil mutant libri.

L. 5. *ὑπὲρ τῆς πόλεως*] In codice meo deest articulus.

L. 6. *εἰ μόνον ἀκούειν ἐθέλοις*] Bene sic Edd. omnes. Minus bene cod. *ἐθέλεις*. Julianus Ep. LX. p. 125: *εἰ — — ἐθέλοις*. Orat. VI. p. 185, D: *εἴπερ ἐθέλοις*.

L. 6 *sq. τὴν δίκην, ἀπ' ἀρχῆς πεύσῃ*] Distinctionis signum, quod istis verbis praemittebatur, post *δίκην* transposui. Nam ratione incuntis periodi fieri nequit, ut eam vocem sequentibus jungas. — In codice meo legitur *ὑπ' ἀρχῆς*. Alibi *Noster ἐξ ἀρχῆς* frequentat, v. c. Epp. XXIV. p. 33. LXIII. p. 132. Orat. II. p. 54, C. 69, D. 70, A. 71, D. Ad Themist. p. 266, C.

Misopog. p. 347, A. Sed. Orat. I. p. 16, D. pessime Spanhemius retinuit ἐξ ἀρχῆς, pro quo Petavius ἐξαρκεῖ non solum scribendum esse monuerat in Notis p. 249., sed etiam in Versione expresserat. Recte Schaeferus in ejus Orationis editione p. 20. Petavii consilium explevit, quod aeque commendavit in Indice Gregorii Corinthii. Addam, emendationem probari a meo codice A.

L. 8. *τοῖς πρεσβείαν ταύτην προςάγουσι*] «Non hic legationem cum Interprete *πρεσβείαν* esse puto, sed suffragationem et supplicationem. Quare ex hoc loco liquet, Julianum adhuc privatum ab Argivis interpellatum esse, ut apud Proconsulem Achajae pro se autoritatem suam interponeret. Hoc ni ita esset, juberet pro potestate, non supplicationem allegaret: aut ipse litem dirimeret.» Petav. — At quidni *πρεσβεία* legationem significaret, quae supplicandi gratia Julianum adierit, sive privatus, sive Caesar, sive Imperator is fuerit? Confer, quae versus finem Observationis diximus inscriptioni adpositae. Verbum adfine legitur hoc loco Ep. XL. p. 72. med.: *ἐπρέσβευσεν ὡς ἡμᾶς ὁ καλὸς Σώπατρος.* ubi simpliciter de nuncio cogitari potest, qui familiares litteras attulerat.

L. 9. *πεισθῆναι*] Vitiose *πεισθεῖναι* scriptum est in Ed. Spanh.

L. 10. *Διογένης μέντοι καὶ Λαμπρίας*] Ambo caeteroquin ignoti viri. Extat quidem ad Diogenem Epistola LXXII. Sed ille fuisse videtur Atheniensis, quum nostro loco de Argivo sermo sit.

L. 15. *προθύμως, ἔργοις ἀπολογούμενοι*] Male scribitur in codice meo: *προθύμοις ἔργοις ἀπολογούμενοι.*

L. 18. *βοηθεῖν αἰτίᾳ τοῦ δικαίου*] «Haud satis ista Graece dicuntur *αἰτίᾳ τοῦ δικαίου, justitiae causa.*» Petav. — Omnes interea libri scripturam illam agnoscunt. Atque Julianus verbo tenus *justi causae opitulari* dixit; quae locutio licet minime sit elegans, diversam tamen rationem habet ab eo sensu, quo *justitiae causa* scripsisse videtur Petavius.

L. 19. *ἡμεῖς δ' αὖθις διὰ σοῦ*] Codex: *ἡμεῖς δὲ αὖθις, διὰ σοῦ.*

L. 1. *τε ἐθέλοντος.*] Perperam in codice *δὲ* pro *τε·* Pag. 62.

L. 4. *λέγειν δὲ οὐκ ἔνι μὴ τότε ἐφέντας*,] «In priori judicio damnatus Argivorum syndicus non appellaverat. Ideo nova civitati actio non competebat; neque judicium instaurare licebat.» Petav. — Hac, puto, ductus notula Spanhemius ejus loci versionem reformavit, quae pessime sic habebat: *prohibitis praesertim tum oratoribus, primum postulant facultatem dicendi sibi concedi.* — Cum codice scripsi *δὲ* pro *δ'*.

L. 7. *αἰτίαν αὐτῇ γενέσθαι*] Ex Ed. Mart. revocavi *αὐτῇ*, cui subauditur e praecedentibus *τῇ πόλει*. Reliqui libri perperam exhibent *αὐτῷ*, quod et in suo codice Martinius invenisse, sed e certa conjectura correxisse videtur. Nam inter illius Varr. Lectt. positum est *αὐτῷ·*

L. 10. *ἰδιώταις ξυμφέρει*] Edd. *συμφέρει*. Codicis scripturam ob majorem euphoniam adoptavi, quanquam in Juliano per varios libros ita promiscue scribitur *σὺν* et *ξὺν*, ut incertum sit, utrum magis frequentetur. Jam in Luciano Jud. Voc. c. 9. (T. I. p. 317. ed. Bipont.) ab Hemsterhusio monitum est, in Sophistis recentioribus tantam apparere in utramque partem scribendi diversitatem, ut certa quaedam iniri ratio non possit. Quam deinde sententiam e Luciano collectis exemplis probavit Reitzius ad Jov. Trag. c. 4. (T. VI. p. 517. ed. Bipont.) Facile existimatur, in re tam levi non solum auctores parum sibi constitisse, sed et librarios pro lubitu versatos esse.

L. 13. *τὸ μετ' ὀλίγον*] Male Martinius *ὀλίγων* edidit, adposita quidem in Varr. Lectt. meliore scriptura, quam et codex meus agnoscit. Restat apud Julianum Ad Themist. p. 301, C. *κατ' ὀλίγων* emendandum in *κατ' ὀλίγον*, ut est in codice meo A.

L. 15. *τὸ καλὸν ὁπωσοῦν*] Sic Edd. omnes. Codex meus exhibet *τὸ καὶ ὁπωσοῦν*, ut jam in Martinii Varr. Lectt. positum est. Ambo fortasse vocabula junxerat Julianus, quemadmodum scripsit M. Antoninus IV, 20: *πᾶν τὸ καὶ ὁπωσοῦν καλόν*. Caeterum *Noster ὁπωσοῦν* modo sine particula *καὶ*, modo cum illa junctim effert, v. c. Ep. XXXVI. p. 63: *τοὺς ὁπωσοῦν ὑπονοίας ἔχοντας*. Orat. III, p. 116, C: *Ὅσοι — — καὶ ὁπωσοῦν ἐδέοντο*. Nec abhorret Ep. XLII. p. 79: *τοὺς καὶ ὁτιοῦν διδάσκειν ἐπαγγελλομένους*.

L. 17. *τὰς πόλεις δὲ ἀθανάτους οὔσας*,] Verius apud Lucianum judicatur Contempl. c. 23. (T. III. p. 63. ed. Bipont.): *ἀποθνήσκουσι γὰρ, ὦ πορθμεῦ, καὶ πόλεις, ὥςπερ ἄνθρωποι.*

L. 18. *ἀπαλλάξῃ*,] Codex meus: *ἀπαλλάξει.* Sed Conjunctivus, quem Edd. tuentur, magis placet. Confer Obss. ad Ep. LXXVI.

L. 19. *καὶ τὸ μῖσος δὲ ἰσχυρὸν*] In codice meo deest particula *δὲ*, quam omnes Edd. agnoscunt. Non carent optimi scriptores ea syntaxi, qua *καὶ* et *δὲ*, voce quadam interposita, propinqua sunt. Exempla reperies apud Vigerum De Idiot. p. 528. (ed. Zeune), ubi commode vim illius *δὲ* per *praeterea* simileve quid *ἐπιδοτικὸν* exprimendam esse docetur.

L. 1 *sq.* *Εἴρηται, φασὶν οἱ ῥήτορες, ὅγ' ἐμὸς λόγος·*] Perorandi formula praeter oratores in Euripide legitur Or. 1207. Phoen. 1023. (ed. Brunck.), ubi est: *εἴρηται λόγος.* Similiter Hec. 1250: *εἴρηται γάρ.* Pag. 63.

L. 2. *κρίνοις δ' ἂν αὐτὸς τὰ δέοντα.*] Ut in Ed. Mart. particula *δ'*, ita in codice meo *δ' ἄν* omittitur. Optativus autem cum *ἄν* pro Imperativo eleganter ab optimis quibusque scriptoribus usurpatur, et quidem cum aliqua imperandi lenitate. Caeterum ejusmodi clausula consuetudinem refert oratorum antiquae Graeciae. Sic Aeschines Orat. c. Ctesiph. fine: *εἴρηκα· — — ὑμεῖς δὲ — — αὐτοὶ τὰ δίκαια καὶ τὰ συμφέροντα ὑπὲρ τῆς πόλεως ψηφίσασθε.* Demosthenes in fine Olynth. III.: *εἴρηκα ἃ νομίζω συμφέρειν· ὑμεῖς δ' ἴλοισθε ὅ,τι καὶ τῇ πόλει καὶ ἅπασιν ὑμῖν συνοίσειν μέλλει.* Adde Isocratem Orat. Areop. extr.

Quidnam ab illo, cui scribitur, statutum sit postea, gravamur ignorare. Neutiquam ex Juliani voto rem cessisse putaremus, si certa esset conjectura, quam suggessit Fragmentum III. p. 152. ubi de contumelia memoratur, quam ab Helladis Praefecto passus sit *Noster.*

EPISTOLA XXXVI.

Haec extat in codicibus DJM. et extra Julianum vulgata est in Suida T. I. p. 833. voc. Ἐπιστολή. Quum nempe Suidas eam vocem per similes explicuisset *ἐντολὴ*, *ἐπίσκηψις*, i. e. *praeceptum*, *mandatum*, talia posuit verba: *ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ τοῦ*

Παραβάτου πρὸς Πορφύριον Καθολικόν. quibus adhaeret praesentium litterarum contextus; adnotante quidem Kustero, reliquias istas jam in Juliani Operibus lucem vidisse. Quum in eodem argumento, quo haec nostra, versetur Epistola IX., tu in p. 198., si libet, adnotata de Georgio videas; cujus caeteroqui ratione Kusterus ad Suidam l. l. adiri jubet Leonem Allatium in Diatriba de Georgiis. Utra prius scripta sit Epistola, minime liquet. Hanc fortasse post alteram dedit Julianus, quippe veritus, ut desiderium tam accurate, quam ipse cupiebat, ab Ecdicio expleretur, quem in officio fungendo remissiorem fuisse prodit ex Epistola L.

L. 6. Ἰουλιανὸς αὐτοκράτωρ Πορφυρίῳ χαίρειν.] Sic praeter morem omnes inscribunt Edd. cum codice J. Neque discrepat codex D. nisi quod errore manifesto nomini Πορφυρίῳ praemittit Γεωργίῳ. quod vocabulum ex Epistolae principio, ubi occurrit Γεωργίου, perperam advocatum esse poterit. Proxime ad Suidam inscribit codex M: ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ πρὸς Πορφύριον Καθολικόν. cujus nulla est similis in eodem codice structura tituli. Quum de isto *Porphyrio* nihil mihi compertum sit, non temere dicam, an ei convenerit dignitas Καθολικοῦ, quam et inscriptio repraesentat Epistolae LIV. ad Georgium.

L. 7. βιβλιοθήκη Γεωργίου,] Codices DJ. hoc quidem loco βουβλιοθήκη scribunt, in sequentibus autem βυβλιοθήκη, βύβλια. quum tamen per ι scripserint iidem Ep. IX. Vulgata scribendi ratio, quam tuetur codex M., Juliano solemnis est, v. c. Epp. V. IX. Atticisque consueta, teste Moeride p. 95. quem probant viri doctissimi. Codex D. apte quidem ad vitiosam, qua utitur, inscriptionem exhibet γεώργιε. quae deinde scriptura correcta est sic: γεώργιε.^{ου} — Caeterum cum bibliothecis magnis magnam aliquando stare possessorum inscitiam, vel exemplo Georgii docemur, quem valde rudem ac illiteratum fuisse colligimus ex omnibus, quae de rebus ejus memoriae sunt prodita.

L. 11. εἰς Ἀντιόχειαν] E pluribus ejus nominis urbibus intelligitur Syriae metropolis, *mundo cognita civitas*, ut ait Ammianus Marcellinus lib. XIV. c. VIII. §. 8. In illa urbe hiemans Julianus Misopogonem scripsit; quo forte consilio desideraverit, ipsi libros ad manus esse. Referta est satira multifariis rebus ac verbis veterum scriptorum usum prodentibus.

L. 12. *μεγίστῃ δὴ καὶ αὐτὸς*] Pro verbis *δὴ καὶ* legitur *μὲν* in uno codice M.

L. 13. *τοὺς ὁπωσοῦν ὑπονοίας ἔχοντας*] Edd. *ὑπόνοιαν.* Emendavi ad fidem Suidae codicumque DM. Quod in tertio codice scriptum est *ὑπονοίαν*, id accentus ratione videri potest ad novam invitare lectionem.

L. 14. *ἀφῃρῆσθαι*] Sic tam in Suida, quam in codicibus DJ. Neque diversae stirpis est *ἀφαιρεῖσθαι*, quod exhibet codex M. Quare posthabui vulgatam lectionem *ὑφῃρῆσθαι*. Jam in eodem verbo variare vidimus scripturam loci paralleli Ep. IX. p. 12. lin. 3. inf.

L. 15 *sq. πείθειν εἰ μὴ δύναιο, καταναγκάσειας*] Diverso ordine codex M: *εἰ μὴ πείθειν δύναιο, καταναγκάσειας.* Tum hiulce codex D: *καταναγκάσα εἰς* (sic). — Ut in ipsis rebus humanis, ita scriptorum in libris usu venit, persuasionem ac vim invicem opponi; quem ideo dicendi usum ad locos communes refert Wyttenbachius Animadvv. in Julian. Orat. I. p. 1. (p. 134. ed. Schaefer.), tribus ex aliis auctoribus adlatis exemplis. At ipse Julianus ejusmodi dictis abundat, v. c. Oratt. I. p. 31, A: *εἰ μὴ πείθοι, βιασάμενος.* II. p. 101, C: *βίᾳ ἢ καὶ πειθοῖ.* III. p. 103, C: *πειθοῖ καὶ βίᾳ παρώρμησεν*, ut e codicibus meis lego, quum vulgatum sit: *πείθει, καὶ βίᾳ παρώρμησεν.* Ad S. P. Q. Athen. p. 283, D: *γράψαι με ἔπεισαν αὐτῷ, μᾶλλον δὲ ἐβιάσαντο.* Ep. XLIX. p. 90: *οὓς ἢ δυσώπησον. ἢ πεῖσον.*

L. 16. *Ἐρρῶσο.*] E codicibus DJ. hanc adjeci valedicendi formulam, quae jam occurrebat in clausulis Epistolarum I. III.

Latine haec Epistola refertur apud Baronium Annal. Eccles. ad annum 362. cap. 170.

EPISTOLA XXXVII.

Haec extat in codicibus Baroc. et H. Tum cod. A. postremam ejus partem exhibet inde a verbis *τῶν πώποτε γεγονότων* (p. 66. l. 8.); ante quae vacuum unius fere paginae relictum est spatium, cui quidem epistolae vel epistolia quatuor inscribi debebant, ut e collatione prodit adpositorum numerorum $\overline{\lambda\alpha}$ et $\overline{\lambda\varsigma}$.

Pag. 64. *L.* 4. Ἀμερίῳ.] « Baroc. perpetuo legit Ἰμερίῳ. et inscriptioni addit ἐπάρχῳ Αἰγύπτου. ἐπὶ τῇ γυναικί. » Petav. — Meus interea codex vulgatam omnium Editionum inscriptionem exhibet, eamque substitutam interlito nomini Τατιαγῷ, quod virum significabat ex Epistolis Libanii cognitum. *Amerii* nomen, licet ignoti sit hominis, eo magis retinere placuit, quod Himerio, aliunde notissimo sophistae, minime convenire videbatur cognomen dignitatis. Aegypti Praefecturam sub Juliano fuisse ab Ecdicio administratam, ex Imperatoris hujus Epistolis constat VI. IX. L. LVI.

L. 8. γυναῖκα — — — θυμήρη] Epitheton forsan ex Homero ductum, qui passim ἄλοχον θυμαρέα dixit, v. c. Iliad. IX, 336. Odyss. XXIII, 232. Suidas vocem explicat per τὴν τῇ ψυχῇ ἀρέσκουσαν.

L. 10. καθάπερ δᾷδα λαμπρῶς ἠμμένην,] E codice Baroc. adjeci vocem λαμπρῶς, cujus adjectiva forma Julianus in simili comparatione utitur Ep. LV. post initium, ubi est: καθάπερ φλὸξ λαμπρά. — Vim verbi ἅπτω, quod passim *accendo* valet, praeter H. Stephanum in Thes. T. I. col. 507, B. notavit Valckenarius ad Eurip. Hippol. vs. 657.

L. 15 *sq.* γράφειν περὶ τούτων] E codice Baroc. adoptavi περὶ, pro quo reliquis in libris ἐπὶ scriptum est. Cum hac enim praepositione Dativum expectabam jungi, quemadmodum ἐπὶ τούτοις occurrit Ep. LXXVI. p. 145. Alibi aliae praepositiones adhibentur, ut Epp. XXVII. p. 48: γράφειν ὑπὲρ τῶν ἐμαυτοῦ. XL. p. 72: ἕνεκα τούτου γραφέντα. Quod ideo moneo, ut observetur, e librariorum facilitate, quacum ejusmodi synonima permutare poterant, adulteratam videri scripturam Juliani Orat. II. p. 55, C. Pro vulgato enim verbo ὑπερβεβηκὼς e margine reciperem ἐπιβεβηκὼς, quod auctoritate commendatur quatuor meorum codicum, alteriusque loci p. 67, A. ubi est ἐπιβεβηκότα.

L. 16. πλειόνων εἰς τοῦτο λόγων,] Cod. H: τῶν λόγων. male.

Pag. 65. *L.* 2. νουθετεῖν εἰδότα] Vulgo νουθετοῦντα. Scriptura, quam ex utriusque codicis praescripto dedi, apta est sequentibus verbis τοὺς μὴ εἰδότας.

L. 2 *sq.* *οἷς χρὴ τοὺς μὴ εἰδότας*] Recte sic Edd. omnes. Codex Baroc. primo loco perperam exhibet *ὡς*. Alter codex male negativam particulam omittit; cujus erroris mira est frequentia; v. c. in codicibus Epp. VI. init. XXVI. p. 44.; in Editionibus Epp. XII. p. 17. XXIII. p. 31.

L. 6. *ὥςπερ φάρμάκῳ νηπενθεῖ,*] Alludit ad Homerum, cujus verba sunt Odyss. IV, 220 sq.:

Αὐτίκ' ἄρ' εἰς οἶνον βάλε φάρμακον, ἔνθεν ὄπινον,
Νηπενθές τ' ἄχολόν τε, κακῶν ἐπίληθον ἁπάντων.

Quo iterum respexit Julianus Orat. VIII. post initium, ubi legitur: Ἀλλὰ τίς ἡμῖν — — τὸ νηπενθὲς ἐξεύροι φάρμακον; Lucianus quoque De Saltat. c. 79. (T. V. p. 167. ed. Bipont.) Homerum attigit scribens: *ὥςπέρ τι φάρμακον ληθεδανὸν, καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν, νηπενθές τε καὶ ἄχολον πιών.* quem ad locum in Annott. Ib. p. 481. indicantur peculiares quaedam Dissertationes de nepenthe Homeri.

L. 7. *ἣν ἡ Λάκαινα τῷ Τηλεμάχῳ*] Apud Homerum l. l. non Telemacho soli, sed et Menelao cum illo convivanti potus in commune adponitur ab Helena. *Lacaena* haec ab Juliano vocatur tanquam Tyndari filia, regis Lacedaemoniae. Caeterum illa fabula saepius a scriptoribus in usum vocata est, ita ut *Helenae crater* inter Adagia referatur apud Erasmum p. 1131.

L. 8. *πρὸς τὸ ἴσον τῆς χρείας ὀρέξαι*] Cod. H: *ἴσον*. Pro *ὀρέξασθαι*, quod vulgatum erat, e codice Baroc. formam Activi posui. Medium enim verbum hujus loci non est, quo actio non in ipsum ejus actorem vertitur. Contra verbi forma media danda est Juliano Caes. p. 319, B. ubi vulgatur in omnibus Edd. *ἵστατε κρίσιν.* quam etiam secuti sunt scripturam docti viri locum illum totum adferentes ad Lucianum Demon. versus finem. (T. V. p. 552. ed. Bipont.) Tu ad fidem quinque codicum a me collatorum legas *ἵστασθε κρίσιν.* Ut Medium cum tribus codicibus Regiis *πλεονεκτεῖσθαι* probarem Orat. I. p. 22, D. ubi Schaeferus p. 27. *πλεονεκτῆσαι* dedit e conjectura Wyttenbachii.

Ibid. *Φασὶ γὰρ*] Ex Edd. Ald. et Mart. annuente codice meo reposui *γὰρ*, ubi recentiores Edd. exhibent *καί*.

Ibid. *Δημόκριτον*] «Simili fabella moerentem Herodem philosophum consolatus est Demonax, ut in ejus Vita scribit Lucianus.» Petav. — Eu Luciani locum in Demon. c. 25. (T. V.

p. 243. ed. Bipont.), ad quem Juliani haec epistola pariter a Solano propter similitudinem excitatur in Annott. Ib. p. 544: Ὁ δ' αὐτὸς νίὸν πενθοῦντι, καὶ ἐν σκότῳ ἑαυτὸν καθείρξαντι, προσελθὼν ἔλεγε, μάγος τε εἶναι καὶ δύνασθαι αὐτῷ ἀναγαγεῖν τοῦ παιδὸς τὸ εἴδωλον, εἰ μόνον αὐτῷ τρεῖς τινας ἀνθρώπους ὀνομάσειε, μηδένα πώποτε πεπενθηκότας. Ἐπιπολὺ δὲ ἐκείνου ἐνδοιάσαντος καὶ ἀποροῦντος, οὐ γὰρ εἶχέ τινα, οἶμαι, εἰπεῖν τοιοῦτον, εἶτ' ἔφη, Ὦ γελοῖε, μόνος ἀφόρητα πάσχειν νομίζεις, μηδένα ὁρῶν πένθους ἄμοιρον; Unde vero suam Julianus de Democrito narrationem hauserit, incompertum habeo. Frustra tale quid apud Diogenem Laërtium quaereres in Vita Democriti.

L. 13. *μηδενὸς φείσασθαι*] Edd. cum codice meo tenent *μὴ φείσασθαι*. Codex Baroc. meliorem dedit scripturam, quae jam placuit Boissonadio ad Eunapium p. 252. Similiter Demosthenes scripsit Orat. ad Philippi Ep. p. 67, A. (ed. Wolf.): *μηδενὸς μὲν φείδεσθαι, μήτε τῶν δημοσίων, μήτε τῶν ἰδίων.* Isocrates Archid. p. 271, B: *μηδενὸς φειδομενούς.*

Ibid. *ὅ,τι δ' ἂν ἐξῇ*] Cod. H: *ὅ τι ἂν ἐξῇ.* ut jam inde prodidit cl. Boissonade ad Eunapium p. 252. Ipse tamen censuit, retineri posse particulam *δὲ*, laudato quidem Bastio Ep. Crit. p. 219. et App. p. 49.

L. 15. *ὅτι τὰ μὲν ἄλλα*] In Edd. male scribitur *ὅ τι.*

L. 17. *ὅλης τῆς Ἀσίας*] Cod. H: *τῆς ὅλης Ἀσίας.*

Pag. 66. *L.* 4. *τῷ τῆς τελευτῆς νόμῳ δυσωπουμένης·*] Edd. *δυσωπουμένην.* Codicis mei scripturam secutus intricatissimum locum expedivi. Quid enim valebant Interpretis verba: *fore enim, ut ejus mortis consuetudine erubesceret?* Quid vero commendat interpretationem Bleterii, qui *τελετῆς* legendum conjiciens ita vertendum arbitratur: fore, ut statim reviviscerent, *ejus cerimoniae ritu exorata?* Tourletus denique, qui contra Bleterium in graeco textu nihil mutandum esse censuit, auctor fuit sententiae tam a graecis verbis, quam a commodo sensu nimis alienae, quam ut referatur. Longe praestantissima est nova scriptura, quae proprie efficit: *lege confusae mortis*, h. e. *ita ut mors confunderetur:* quod loquendi genus non praeteriit Vigerus De Idiot. p. 114. (ed. Zeune). Redit periphrastica formula *τῷ νόμῳ* Ep. XXIV. p. 36. sup., ubi *τῷ τῆς ἐμπορίας νόμῳ* idem

est, quod foret *διὰ τῆς ἐμπορίας*. Haud absimiliter Ib. p. 35. inf.: *ὥςπερ αὐτόχθονος φυτοῦ νόμῳ, velut indigena planta.*

L. 7. *τί οὖν, ὦ πάντων ἀτοπώτατε,*] Pro vulgato ἔτι cum codice Barocciano scripsi *τί οὖν*, quae *Nostro* familiaris est transeundi formula, cui subauditur *διά*, v. c. Epp. XXVII. p. 46. med. XLIX. p. 89. inf. Misopog. p. 344, B. Ut hoc quidem loco ἔτι rejeci, reciperem idem adverbium in Julian. Caes. p. 321, D. ubi male vulgatum est: *Ὅτι οὖν περὶ τῶν πρωτείων μοι ἀμφισβητεῖν οἷός τε ἔσῃ*, q. d. *Quia vero mecum de primis partibus contendere paratus es.* Ad fidem duorum e meis codicibus interrogative legendum videtur: *Ἔτι οὖν . . . ἔσῃ;* quam scripturam e conjectura, puto, jam commendavit Petavius in Notis ad e. l. p. 305. Nihil causae video, cur Wyttenbachius Ep. Crit. p. 31. (p. 250. ed. Schaefer.) utroque loco scribi maluerit *Εἶτα*, h. e. *Siccine*; quod Atticum esse sensumque egregium parere dicit. Prae tali scriptura nostro quidem loco probarem illam, quae reperitur in codice H: *ὅτι, ὦ* etc. Quando enim alicujus verba referuntur, non raro praemittitur ὅτι, quod tum abundat; ut vel apud Vigerum docetur De Idiot. p. 531. (ed. Zeune).

Ibid. *Θρηνεῖς ἀνέδην,*] Jure sic e fide Barocciani codicis edidit Spanhemius, quum in anterioribus Edd. velut in codice meo scriptum esset *ἀναίδην*. quod quidem vocabulum aequiparare usitatius *ἀναιδῶς*, sed dubium esse, solemnique errore pro *ἀνέδην* scriptum occurrere Schneiderus adfirmat in Lexico. Caeterum Spanhemius, ut passim, emendata scriptura Versionem retinuit, quae habebat: *non vereris lugere.*

L. 8. *ὁ μηδὲ ἕνα τῶν πώποτε*] Codex meus perperam scribit *ὡς μ.* Articulus *ὁ* cum inferiori Participio *ἔχων* ad superiorem Vocativum *ἀτοπώτατε* refertur; quemadmodum in Misopogone legitur p. 362, B: *ὁ φιλαπεχθήμων ἐγώ.*

L. 11. *πρεσβεύοντα*] Platonis, ut videtur, dicendi usum adfectat. Pollux II, 12: *Πρεσβεύειν, τὸ τιμᾶν, παρὰ Πλάτωνι.* Junctim occurrit in Critone §. 6: *πρεσβεύω καὶ τιμῶ.*

L. 13. *εἰ μὴ ταυτὸν δύναιτο τῷ χρόνῳ*] Pro *δύναιτο* perperam in codice meo scriptum est *γένοιτ' ἄν*, quae verba repetita sunt e loco vicino. — Bleterius apte cum ista sententia hancce contulit ex epistola Servii Sulpicii ad Ciceronem: *Nullus*

dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat. Hoc te expectare tibi tempus turpe est, ac non ei rei tua sapientia te occurrere. Non minus adposite sequentia laudarentur verba Ciceronis de morte filii amicum consolantis Epp. V, 16: *Nam quod allatura est ipsa diuturnitas, quae maximos luctus vetustate tollit, id nos praeripere consilio prudentiaque debemus.* ac paulo post: *nos, quod est dies allatura, id consilio ante ferre debemus; neque expectare temporis medicinam, quam repraesentare ratione possimus.* Plutarchus hortatione simili utitur Consol. ad Apoll. T. I. p. 443. (ed. Wyttenbach.), ubi est: Ὃ οὖν μέλλεις τῷ χρόνῳ χαρίζεσθαι, τοῦτο τῷ λόγῳ χαρίσαι, καὶ τῇ παιδείᾳ. Cujusmodi praecepta tantum in aegros animos valent, quantum ab Juliano recitata fabula. Huic enim occinimus: *Solamen miserum socios habere malorum.* Caeterum gravissimus ille locus de contemnenda morte minuendoque luctu varie diligentissimeque tractatus est a veteribus philosophis aliisque scriptoribus: quorum praecipua capita Fischerus indicat in Argumento, quod tertio Aeschinis dialogo praefecit inscripto: Ἀξίοχος ἢ περὶ θανάτου.

(Interpr. gall. nr. XXXIX. p. 497.)

EPISTOLA XXXVIII.

Haec extat in meo codice H, videturque data esse paulo postquam Imperator appellatus erat Julianus, et in ipsa contra Constantium expeditione. Tunc enim temporis, auctore Ammiano Marcellino lib. XX. c. X., Julianus Vesontionem transiit, quo recens venisse se narrat. Accedit quod in ipsa hac Epistola se jam *a Gallis ad Illyricos* profectum ait p. 68. Quae igitur Imperatorem turbabant, ad dubium referuntur belli fortunaeque totius exitum. Ubi pressiori stylo res multifariae perlustrantur, auctoris festinationem agnoscis. Remissior quoque nonnullorum connexus animi distractionem arguit, quam pati se primis verbis auctor profitetur.

Pag. 67. *L.* 4. Μαξίμῳ φιλοσόφῳ.] De quo videndae sunt Observationes ad inscriptionem Ep. XV.

L. 5 *sq.* ἄλλο ἄλλῳ προελθεῖν οὐ συγχωροῦν] Secundo loco perperam ἄλλως in codice scribitur. Quod idem exhibet ξυγχω-

ρονῦν, in neutram partem disputo, quum in ejusmodi differentiis incertissima sit auctoris manus. Communem ejus verbi scripturam praeter hunc locum habes Epp. XXIV. p. 39. XLIX. p. 91. Atticam, Oratt. II. p. 97, B. VI. p. 229, D.

L. 9. τοῖς πάντα ἀγαθοῖς] Praeeunte codice nomen omisi θεοῖς, quod in Edd. adjectum est. Elegantia simili vocantur Dii οἱ τιμιώτατοι, v. c. Ep. XLII. p. 81.

L. 11. Ὡς πρῶτον Αὐτοκράτωρ ἄκων ἐγενόμην] Quonam modo ad Imperatoriam dignitatem evectus sit, ex instituto narrat Julianus Ad S. P. Q. Athen. p. 284. ibique pariter invitum se fuisse perhibet, ac pertinaci militum conclamationi cessisse. Nec aliter eam rem proponunt Ammianus Marcellinus, Libanius, Zosimus et recentiores historiae scriptores. Quos omnes mira confidentia nuper impugnavit Jondotus in *Histoire de l'Empereur Julien* lib. II., suo nempe novoque judicio statuens, Julianum e conjuratione ab ipso praeparata salutatum esse Augustum.

L. 12. (καὶ τοῦτο αὐτοῖς καταφανὲς, ὃν ἐνεδέχετο τρόπον, ἐποίησα)] Inducendo parenthesis signa perspicuitati consulere studui. Pro καταφανὲς vitiose codex εἰ καταφανεὶ tenet.

L. 13 *sq.* τριμήνου τῆς στρατιᾶς] Articulum e codice recepi. Haec est illa Juliani in Germaniam expeditio, quam Ammianus Marcellinus enarravit lib. XX. c. X. ubi cum istis congruenter, quae statim de permeata Vesontione memorat *Noster*, talia de Juliano legimus: *Reversus pari celeritate per flumen, — — adusque Rauracos venit; locisque recuperatis — — per Besantionem Viennam hiematurus abscessit.* Ad illum locum Valesius quinque enumerat Rheni trajectiones ab Juliano factas, quarum eam, quae hac Epistola tangitur, quartam fuisse docet.

L. 14. εἰς τοὺς Γαλατικοὺς αἰγιαλοὺς] Omnes Edd. postrema voce carent, quam e codice recepi, suadente cl. Boissonade ad Eunapium p. 381. Commode quidem Interpres *Gallos* posuerat; sed pro hac voce Γαλατὰς scriptum oportuisset. Conf. Obss. ad Ep. LXXIII. — Rursus uno, quod excidit, vocabulo restituto corrigamus Julianum Orat. III. p. 103, A. ubi vulgatur: Ἢ γὰρ οὐ συνιέντες ἀναίσθητοι λίαν εἰσὶν, ὧν οὐδαμῶς ἀναίσθητον εἶναι ἐχρῆν. quae perspicua sunt; obscuris autem excipiuntur hujusmodi verbis: ἢ συνιέντες ὧν ἐχρῆν εἰς ἅπαντα μεμνῆσθαι τὸν χρόνον. q. d. *aut si intelligant, eorum memoriam*

omni esse tempore retinendam. At ante verba ὃν ἔχῃν e meo codice A. inserendum est ἐπιλήσμονες, vertendumque: *aut si intelligant, obliviosi sunt eorum, quorum per omne tempus oportebat meminisse.*

L. 17. περὶ τὸν Βισεντίωνα] « Vesontionem in Sequanis ad Dubin, vel Adduasdubin. De cujus arce in edito monte posita Caesar lib. I. [cap. 38. De bello Gallico]. » Petav. — Nomen urbis (hodie *Besançon*), quod apud Latinos praesertim vario scripturae genere repraesentatur, ut modo Vesoatio, modo Besantio, modo Bisontii sonet, in codice et in Edd. ita scriptum est, ut edidi. Adscribere juvat laudatum ex Julio Caesare locum, quocum *Noster*, etsi claritate non minus quam aetate inferior, argumenti ratione satis convenit. Verba sunt hujusmodi: *Idque* (oppidum) *natura loci sic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem: propterea quod flumen Alduasdubis, ut circino circumductum, pene totum oppidum cingit; reliquum spatium, quod non est amplius pedum* DC, *qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices ejus montis ex utraque parte ripae fluminis contingant: hunc murus circumdatus arcem efficit et cum oppido conjungit.*

L. 17 *sq.* πολίχνιον δὲ νῦν ἐστιν ἀνειλημμένη,] Participium expectatur in neutro genere positum; sed omnes libri tam illud, quam vicinum Adjectivum μεγάλη per foemininam formam exprimunt. Itaque scriptor in animo habuit πόλιν. Pervulgatum est, in optimis scriptoribus exempla non deesse permutationis generum. A neutro ad femininum transitio similis est apud Lucianum Dial. Mort. XV, 2. (T. II. p. 188. ed. Bipont.), ubi occurrit: τὸ δόστηνον ἐκεῖνο δοξάριον προετίμων τοῦ βίου· νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς ἐκείνη μὲν ἀνωφελής.

Pag. 68. *L.* 2. τοῦ χωρίου] Post haec Interpres commode quidem adjecit *munitum:* quod vero deest in graecis.

Ibid. ὁ Δοῦβις ποταμὸς] Sic amnis ille, hodie *le Doubs*, a Strabone et Ptolemaeo dictus est, ut in Julio Caesare l. l. Cellarius notavit, reprehensa in Juliano scriptura, qua vulgabatur ὁ Δάνουβις. Versionem, in qua congruenter *Danubius* exprimebatur, emaculavit quidem Spanhemius; graecam autem vocem in vitio cubare sivit. Equidem libris adversari eo minus dubitavi, quod in codice non procul a vero scriptum inveneram ὁ δάβις.

L. 5. *ταύτης πλησίον τῆς πόλεως*] Ita constructa verba neutiquam illis respondent periodum incipientibus: *Ἐπεὶ δὲ περὶ τὸν Βικεντίωνα·* quibuscum, absoluta jam parenthesi, connecti debebant. Venia dabitur scriptori parum se idoneum professo, ut cogitata ordinaret.

L. 6. *Κυνικός τις ἀνὴρ, ἔχων τρίβωνα καὶ βακτηρίαν.*] Locus non ideo tantum notabilis, quod Cynicum fuisse Maximum docet, sed etiam propter ea, quae de Cynicorum illius aevi habitu prodit; qua tamen de re plura discuntur ex Orat. VI., quae *Adversus imperitos canes* inscribitur, et Orat. VII. *De Cynica secta.* Cum hac Epistola convenienter, paulo vero latius Julianus ibi p. 200, D. inter Cynismi signa refert *τὸν τρίβωνα, τὴν πήραν, τὴν βακτηρίαν, τὴν κόμην.* tum Ibid. p. 223, C: *βακτηρίαν λαβεῖν, ἢ τρίχας ἀνεῖναι, καὶ περινοστεῖν τὰς πόλεις καὶ τὰ στρατόπεδα.* reditque *βακτηρία, τρίβων, κόμη* Ibid. p. 225, B. Quorum si meminisset locorum, non bis offensus esset Solanus in Luciano De morte Peregr. c. 15. et In Cynicum, principio (T. VIII. p. 557. et T. IX. p. 438. ed. Bipont.), ubi *κόμη* Cynicis tribuitur, quos abrasa potius coma fuisse conspicuos aliunde percrebuit. Parum igitur in ea re sibi constitisse videtur Cynicos, sed pro locis, temporibus vel sectis diversos amplexos esse ritus. Qui hunc antiquitatis recessum investigare voluerit, ei proderunt Gesneri Adnotationes in Lucian. Philop. c. 26. (T. IX. p. 541. ed. Bipont.) collato Solano locis laudatis. Ipse Maximus idcirco, quod comam diligenter aluit, a Gregorio Nazianzeno sugillatur in Carmine De Vita Sua (Opp. T. II. p. 12, D. ed. Bill.), ubi illius pingitur Cynici habitus. Cynicos adhuc respexit Gregorius Nazianzenus Adv. Jul. Orat. IV. p. 112, B. (ed. Bill.) verbis hujusmodi: *τί φήσουσιν οἱ τοῦ αἰῶνος τούτου σοφοὶ, οἱ τὰς βαθείας ὑπήνας ἕλκοντες, καὶ τὸ κομψὸν περισύροντες ἡμῖν τριβώνιον;* i. e. *quid dicturi sunt hujus saeculi sapientes, qui profundas barbas gestant ac scitum et venustum pallium trahunt?* Quo loco *κομψὸν* e mera ironia dici puto, nec vero cum enarratore pro *κομπηρὸν* accipio, h. e. *de quo illi se jactabant.* Cynicorum pallium *πιναρὸν*, i. e. *sordidum* appellatur apud Lucianum De morte Peregr. c. 15. Idem fere Gregorius innuit contraria voce usus.

L. 10. *Ἐν μὲν δὴ τοιοῦτον ὄναρ*] *Somnium* appellat vanam spem, quam de Maximi occursu conceperat. Perincommode vertebatur *commodum*; ut Interpres legisse videatur *ὄνειαρ*, quod nullis tamen libris exaratum est.

Ibid. *Μετὰ τοῦτο δὲ*] Perperam in codice *τοῦτον*.

L. 13 *sq.* *κατιὼν ἐπὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἀπὸ τῶν Κελτῶν*] Relicta scilicet Vienna, ubi hiemaverat, Julianus Constantium aggressurus Danubium petiit, quo devectus navigiis Sirmium venit, quod caput erat Illyrici occidui: unde progresso mors Constantii nunciata est. Accurate hoc iter describitur apud Ammianum Marcellinum lib. XXI. c. VII. sqq. Zosimum lib. III. c. X. sq.

L. 15. *οὐ γὰρ ἐπέμενον*] « Maximum Cynicum in discrimen adductum sub Constantio indicat; negatque se ipsum Deos de Maximo consulere sustinuisse, ne quid sinistri de illo audire cogeretur, quale verisimile erat accidisse. » Petav.

L. 16. *οὔτε ἰδεῖν τοιοῦτον, οὔτε ἀκοῦσαι*] Pro posteriori *οὔτε* codex *οὐδὲ* scribit. Quae licet alternare possint adverbia, sicuti Brunckius monstravit ad Euripid. Or. 295, nihil tamen mutavi, quum ejusmodi varietas ex arbitrio librarii facile provenerit, ipseque Julianus adsentiente codice teneat Ep. LI. p. 97: *οὔτε ὑμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν.*

L. 17. *γίνεσθαι*] Cod. *γίγνεσθαι*. Vicissim in eodem codice *γίνεσθαι* scribitur Ep. XLVII. p. 88. ubi vulgatum est *γίγνεσθαι*.

L. 18. *περιφανῆς*] Cod. *φανερῆς*. quod versus Epistolae finem occurrit.

L. 2. *πεῖσθαι ἄξιον*,] Elegantius haec cum antecedentibus jungerentur scribendo *ἀξιῶν*, i. e. *cupiens*. Nolui tamen contra librorum consensum quidquid immutare, ubi ferri poterat illorum scriptura.

L. 3. *τῶν ἐπιβούλων πλῆθος*] Codex accentu circumflexo scribit *ἐπιβούλων*, h. e. *insidiarum*. Praestare vulgatam lectionem in oculos occurrit. Memineris, Constantii clientes caedem molitos fuisse Juliani, qui hoc ipse docet Ad S. P. Q. Athen. p. 281, A. ubi Constantius inducitur exprobrans Juliano: *Λοιπικίνον καὶ τρεῖς ἄλλους ἀνθρώπους κατέσχες.* (Ita cum codice meo scribendum pro vulgato *κατέσχεν*). Quos tum *Noster*

appellat ἐπιβουλεύσαντας ἔμοιγε φανερῶς. Ibid. p. 285, A. rursus de simili memoratur insidiarum genere.

L. 4 *sq.* κτείναντες οὐδένα, χρήματα οὐδενὸς ἀφελόμενοι, φυλαξάμενοι δὲ μόνον] Cum hisce convenienter dixit l. l. pag. 281, A: τούτους δὲ οὐδὲν ἄχαρι διαθεὶς — — — κατέσχον, — — — ἀφελόμενος οὐθὲν τῶν ὑπαρχόντων ἐκείνοις. Quae lenitas eum decuit, qui scripsit Orat. III. p. 129, A. hoc maximum esse virtutis in imperantibus indicium, τὸ μηδένα κτεῖναι τῶν πολιτῶν, μηδὲ ἀφελέσθαι τὰ χρήματα. Caeterum Julianus hic nondum loqui poterat de delatoribus et exactoribus, quos posthac in judicium ipse rapi poenasque dare jussit.

L. 7. πεύσεσθαι.] Cod. πεύθεσθαι. male.

Ibid. ἀναφανδὸν] Scilicet antea Constantii metu impeditus erat, quo minus cultum Deorum palam sequeretur, *erga quem a rudimentis pueritiae primis inclinatior* dicitur ab Ammiano Marcellino lib. XXII. c. V. qui deinde haec addit: *Multa metuens, tamen agitabat quaedam ad id pertinentia, quantum fieri poterat, occultissime. Ubi vero abolitis quae verebatur, adesse sibi liberum tempus faciundi, quae vellet, advertit, sui pectoris patefecit arcana.*

L. 9. θεοσεβές ἐστιν.] Minus finite vertebatur: *pietatem amat.* Sigillatim de Deorum cultu cogitandum est ex Juliani dicendi more, quem notavimus ad Ep. VII. p. 190.

L. 10. χαριστήρια] Codex e scholio, puto, adjicit περὶ ἡμῶν.

Ibid. ἑκατόμβας πολλάς.] En exemplum immodici sacrificandi studii, quod in hoc Imperatore praeter alios Ammianus Marcellinus reprehendit lib. XXII. c. XII. unde, cum de hecatombis memoretur, adferre juvat hujusmodi verba §. 6: *Hostiarum tamen sanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat, tauros aliquoties immolando centenos, et innumeros varii pecoris greges, avesque candidas terra quaesitas et mari.* Praeterea lib. XXV. c. IV. §. 17. dicitur Julianus *innumeras sine parcimonia pecudes mactans; ut aestimaretur, si revertisset de Parthis, boves jam defuturos.* Adposite Zonaras in Julian. p. 22: ἔθυε δὲ τῷ Δαφναίῳ Ἀπόλλωνι ἑκατόμβας ὅλας. Interea nihil cogit, ut Juliani hecatombas nunquam non bovibus constitisse credamus, quum ἑκατόμβη de quibusvis pecudibus usurpetur, ita ut

ἑκατόμβας αἰγῶν, ὄνων, καμήλων e veteribus laudet Tan. Faber ad Lucian. Tim. c. 7. (T. I. p. 479. ed. Bipont.); qui simul minores hecatombas memorat, quae non amplius viginti quinque pecudes continebant, per pedes nempe numerandas.

Ibid. Ἐμὲ κελεύουσιν οἱ θεοὶ] Hoc quoque celebratum fuit in Juliano, quod nihil antiquius habuerit, quam utcunque Deorum voluntatem et consilia explorare. Quare passim in ejus scriptis ad jussa provocatur Deorum; v. c. Ad S. P. Q. Athen. p. 275, C. D. Conf. Muratorium ad Ep. [LXVII.] fin. Itaque *praesagiorum sciscitationi nimiae deditus* appellatur *Noster* ab Ammiano Marcellino lib. XXV. c. IV. §. 17: et sub ejus imperio, eodem auctore lib. XXII. c. XII. §. 7., *oraculorum permittebantur responsa, et extispicia, nonnunquam futura pandentia; oscinumque et auguriorum et ominum fides, si reperiri usquam posset, adfectata varietate quaerebatur.*

L. 11. καὶ πείθομαι γε προθύμως αὐτοῖς.] In Edd. ante vocem προθύμως iteratur particula καὶ, quam e fide codicis omisi.

L. 12. Μεγάλους καρποὺς τῶν πόνων ἀποδώσειν φασὶν,] Similia jactat Fragm. p. 298, D. ubi occurrit: Εὖ γὰρ ἴσθι μεγάλας ἡμῖν οἱ θεοὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐλπίδας ἐπάγγελλονται. Cujus loci primum vocabulum in Εἰ corruptum est apud Spanhemium.

L. 13. ἢν μὴ ῥαθυμῶμεν.] Ratione superioris verbi ἀγνεύειν, sensus non tam esse videtur: *nisi segniter agamus*, ut Interpres posuit, quam potius: *nisi voluptatibus indulgeamus.*

Ibid. Εὐάργιος.] Ad quem extat Epistola XLVI. In codice sequitur vacuum trium fere linearum spatium, quod verbis clauditur hujusmodi: παρ' ἡμῖν τιμωμένου θεοῦ: — (sic). Unde adparet, adjecta fuisse quaedam ad religionem spectantia, in quibus ut in aliis ejusmodi describendis officium defugerint Christiani librarii. Forsan defectum inauere voluit Petavius, cujus in Versione punctum finale desideratur.

(Interpr. gall. nr. IV. p. 395.)

EPISTOLA XXXIX.

Haec extat in codicibus GH. quorum posterior praeter inscriptionem ne una quidem litera discrepat ab Edd., quae et ipsae miro casu inter se plane consentiunt.

L. 16. Τῷ *αὐτῷ*.] Sic Edd. omnes. Codex H. caret inscriptione; alter vero codex inscribit Εὐσταθίῳ *φιλοσόφῳ*. Quum Julianus Epistola XV. Maximum, Epistola vero LXXXIII. Eustathium ad se vocaverit, aequo jure tam unum quam alterum praesentibus litteris dimisisse poterit; quare in vulgata inscriptione acquievi. Non dissimulabo tamen, ab ea libenter me discessurum fuisse, si altera plurium codicum suffragio firmata esset. Aegrotantem enim Maximum Julianus, mea quidem sententia, non domum redire, sed potius apud se manere curarique jussisset, vel certe blandioribus verbis abeundi consilium ei significasset.

L. 18. Ὅμηρος *ὁ σοφὸς*] Extat laudatus Homeri versus Odyss. XV, 74. ut in margine jam annotarunt Martinius et Spanhemius. Idem poetae praeceptum in animo forsan habebat Libanius in Epistola scribens ad Ammianum: Τὸ *μὲν ὠφελεῖν τοὺς παρ' ἡμῶν ὡς σε ἰόντας, καὶ χρηστοῦ καὶ φιλοῦ· τὸ δὲ χαίροντας ἀποπέμπειν, καὶ ἄμφω ὑπερβαίνει.* rursusque Ep. CXXX. ubi occurrit: *παρόντας τε φιλεῖν, καὶ ἀπελθόντας ἐπαινεῖν.*

Ibid. *ἡμῖν δὲ ὑπάρχει*] Cod. G. perperam *ὑμῶν*. Ob similem confusionem vel sine codice meo corrigerem *ὑμῶν* in *ὑμῖν* Ad S. P. Q. Athen. p. 269, B. ubi vulgatum est: *τῶν παρ' ὑμῶν πολλῶν γε ὄντων ἔργων.*

L. 1. *ἤτε διὰ τῆς*] Primo loco vitiose scribitur *ἦγε* in co- Pag. 70.
dice G.

L. 2. *ὥστε οὐκ ἂν*] Codex G: *ὥστ' οὐκ ἄν.*

L. 4. *ἀξιώσαιμι*] Codex idem: *ἠξίωσα.* male.

Ibid. Ἀλλά *σοι τὸ σωμάτιον*] In codice G. pro *σοι* scriptum est *σου*. Nomen *σωμάτιον* praeter hunc locum Juliano placuit Orat. VII. p. 214, D. Caes. p. 334, A. Itidem *ψυχάριον*, et quidem pro *ψυχίδιον*, apud hunc scriptorem usurpari Suidas in illa voce notavit T. III. p. 711. ubi laudari debebant loca probantia Oratt. V. p. 161, B. VII. p. 206, D. Misopog. p. 342, D.

L. 5. *ἐπιμελείας πλείστος δεόμενον*,] Sic Edd. omnes. Cod. G: *ἐπιμελείας δεόμενον καὶ πλείονος.*

L. 6. *ῥᾳστώνης ἐπεμελήθην*] Corrupte codex G: *ῥᾴστον ἐπεμελήθης.* De sequenti *ὀχήματι δημοσίῳ* videndae sunt Observationes ad Ep. XII. p. 219.

(Interpr. gall. nr. XVI. p. 425.)

EPISTOLA XL.

Haec extat in codice H. sed in duas epistolas divisa circa pag. 71. lin. 3. inf. Tum diverse truncata legitur in codicibus GM. quorum prior in loco desinens p. 72. l. 6. omni defectus indicio caret, alter vero debitam lectori monitionem offert p. 71. l. 7. Non tacebo, in codice M. epistolam hanc loco reperiri a caeteris Julianeis remoto, nempe fol. 182. Ea enim res ad regundum judicium valere poterit, quod de hujus Epistolae sinceritate pro suo quisque arbitratu ferat. Equidem praefatus Epistolae XXXIV. veritatem agnoscere putavi cunctarum ad Jamblichum litterarum; in praesentibus non pauciora sunt, quam in caeteris vestigia styli Julianei. Praeter ea, quae singulis locis invenies adposita, leviora haec accipe: usus epithetorum *καλὸς* et *σοφὸς* (p. 72.) Juliano familiarissimus est, ut ex Indice constabit; verba *πάλιν ἐπανιόντος οἴκαδε* (p. 72.) in memoriam revocant Orat. III. p. 124, A: *πάλιν οἴκαδε ἐπανελθεῖν.* ib. p. 118, B: *οἴκαδε πάλιν ἀπιέναι.* Adhortandi formula *γράφε συνεχῶς καὶ — — μὴ κατόκνει* (p. 73.) similitudinem refert cum Epp. XV. sub fin. XIX. fin. quibus locis occurrit: *γράφε, καὶ μὴ λῇς συνεχῶς τοῦτο πράττων.*

L. 13. *Ἰαμβλίχῳ.*] Sic Edd. omnes et cod. H. Nec alia est sententia codicis G. inscribentis *Τῷ αὐτῷ.* Expresso auctoris nomine tenet codex M: *Ἰουλιανὸς Ἰαμβλίχῳ.* De hoc Jamblicho dictum est ad inscriptionem Epistolae XXXIV.

L. 14. *Αἰσθάνομαί σου τῆς ἐν τῇ μέμψει γλυκύτητος*] Quod hinc intelligitur Jamblichum antea, quam haec scriberet Julianus, ad hunc litteras misisse, id aperte verbis inferioribus declaratur p. 73. sup.: *οὐδεμίαν ἄλλην, ἢ τὴν ἐν ᾗ μέμφεσθαι δοκεῖς, ἐπιστολὴν ἐδεξάμην.*

L. 15. *ἐξ ἴσου*] In codice M. scriptum est *ἐφίπ· ου* (sic), ut aliquid erasum fuisse adpareat; in margine tamen a prima manu positum est *ἐξίσου*. Caeterum et reliqui duo codices contrahendo scribunt *ἐξίσου*. quemadmodum *ἐξίσης* Ep. XXVII. p. 47. duo codd. exhibent.

L. 17. *γιγνομένου*] Cod. M: *γινομένου*.

Ibid. *ἐλλείψαντι*] Inferius p. 73: *ἐλλείψαντα*. Neutro loco variant libri. Haud igitur immerito scripturam hujusce loci tolerandam esse censuit Boissonade ad Eunapium p. 582. ubi de forma tractavit Aoristi *ἔλειψα*.

L. 17 *sq.* *τὰς προφάσεις εὐλόγως εἰπὼν*] Sic Edd. omnes et cod. M. Aeque commode *εὐλόγους* exhibent codices GH. Ita Lucianus Abdic. c. 22. (T. V. p. 26. ed. Bipont.): *εὐλόγους ἔχει τὰς προφάσεις*.

L. 18. *ἐπειρώμην*,] Hanc scripturam, quam omnes mei codices agnoscunt, Petavius in Erratis jussit substitui vulgato *ἐπειρῴην*, quod sane nihili erat. Diverse tamen Spanhemius edidit *πειρῴην*. Quae licet per se commoda sit Optativi forma Attica, minus tamen cum sequenti quadrat Imperfecto *ἠρνούμην*, quod omnes libri probant.

Ibid. *ὡς ἐνῆν*] Pro his occurrit *ἂν* in codice M. Auctor ejus scripturae verbum explanare cupiebat *ἐπειρώμην*. Doctus autem nemo negabit, Indicativum pro Subjunctivo poni posse vel suppressa particula *ἄν*.

L. 1. *ἁμαρτὼν*] Sic bene Spanhemius dedit, ante quem vitiose scribebatur *ἁμαρτῶν*. Emendationi favet prava scriptura codicum GH. quorum prior *ἁμαρτὰν*, alter *ἁμαρτόντα* tenet. Omittitur verbum in codice M. Pag. 71.

L. 2. *τῶν πρὸς σὲ φιλικῶν*] Cod. M: *τῶν σῶν φιλικῶν*.

L. 3. *οὔτε σὲ παροφθῆναι*] E codicibus GM. inserui pronomen personale, cui respondet in altero membro *ἡμᾶς*.

L. 4 *sq.* *ὧν ἀεὶ ζητοῦντες ποθοῦμεν·*] Vulgatam hanc lectionem agnoscit codex H. Perperam in codice G. pro *ὧν* scriptum est *ὃν*, et in codice M. *ὁ ἂν* pro *ὧν ἀεί*.

L. 5. *καθάπερ ἐν ὄρῳ γραφῆς*] Haud raro solemnitatem judicialem spectant scriptores, ubi accuratam rei cujuspiam enarrationem prae se ferunt, e. g. Julian. Oratt. II. p. 95, B: *βούλεσθε οὖν καὶ τούτων ὑμῖν, ὥσπερ ἐν τοῖς δικαστηρίοις,*

omni esse tempore retinendam. At ante verba *ὧν ἐχρῆν* e meo codice A. inserendum est *ἐπιλήσμονες*, vertendumque: *aut si intelligant, obliviosi sunt eorum, quorum per omne tempus oportebat meminisse.*

L. 17. *περὶ τὸν* Βικεντίωνα] « Vesontionem in Sequanis ad Dubin, vel Adduasdubin. De cujus arce in edito monte posita Caesar lib. I. [cap. 38. De bello Gallico]. » Petav. — Nomen urbis (hodie *Besançon*), quod apud Latinos praesertim vario scripturae genere repraesentatur, ut modo Vesontio, modo Besantio, modo Bisontii sonet, in codice et in Edd. ita scriptum est, ut edidi. Adscribere juvat laudatum ex Julio Caesare locum, quocum *Noster*, etsi claritate non minus quam aetate inferior, argumenti ratione satis convenit. Verba sunt hujusmodi: *Idque* (oppidum) *natura loci sic muniebatur, ut magnam ad ducendum bellum daret facultatem: propterea quod flumen Alduasdubis, ut circino circumductum, pene totum oppidum cingit; reliquum spatium, quod non est amplius pedum* DC, *qua flumen intermittit, mons continet magna altitudine, ita ut radices ejus montis ex utraque parte ripae fluminis contingant: hunc murus circumdatus arcem efficit et cum oppido conjungit.*

L. 17 *sq.* *πολίχνιον δὲ νῦν ἐστιν ἀνειλημμένη,*] Participium expectatur in neutro genere positum; sed omnes libri tam illud, quam vicinum Adjectivum *μεγάλη* per foemininam formam exprimunt. Itaque scriptor in animo habuit *πόλιν*. Pervulgatum est, in optimis scriptoribus exempla non deesse permutationis generum. A neutro ad femininum transitio similis est apud Lucianum Dial. Mort. XV, 2. (T. II. p. 188. ed. Bipont.), ubi occurrit: *τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον προετίμων τοῦ βίου· νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς ἐκείνη μὲν ἀνωφελής.*

Pag. 68. *L.* 2. *τοῦ χωρίου*] Post haec Interpres commode quidem adjecit *munitum:* quod vero deest in graecis.

Ibid. *ὁ Δοῦβις ποταμὸς*] Sic amnis ille, hodie *le Doubs*, a Strabone et Ptolemaeo dictus est, ut in Julio Caesare l. l. Cellarius notavit, reprehensa in Juliano scriptura, qua vulgabatur *ὁ Δάνουβις*. Versionem, in qua congruenter *Danubius* exprimebatur, emaculavit quidem Spanhemius; graecam autem vocem in vitio cubare sivit. Equidem libris adversari eo minus dubitavi, quod in codice non procul a vero scriptum inveneram *ὁ δάβις*.

L. 5. *ταύτης πλησίον τῆς πόλεως*] Ita constructa verba neutiquam illis respondent periodum incipientibus: *Ἐπεὶ δὲ περὶ τὸν Βικεντίωνα·* quibuscum, absoluta jam parenthesi, connecti debebant. Venia dabitur scriptori parum se idoneum professo, ut cogitata ordinaret.

L. 6. *Κυνικός τις ἀνὴρ, ἔχων τρίβωνα καὶ βακτηρίαν.*] Locus non ideo tantum notabilis, quod Cynicum fuisse Maximum docet, sed etiam propter ea, quae de Cynicorum illius aevi habitu prodit; qua tamen de re plura discuntur ex Orat. VI., quae *Adversus imperitos canes* inscribitur, et Orat. VII. *De Cynica secta.* Cum hac Epistola convenienter, paulo vero latius Julianus ibi p. 200, D. inter Cynismi signa refert *τὸν τρίβωνα, τὴν πήραν, τὴν βακτηρίαν, τὴν κόμην.* tum Ibid. p. 223, C: *βακτηρίαν λαβεῖν, ἢ τρίχας ἀνεῖναι, καὶ περινοστεῖν τὰς πόλεις καὶ τὰ στρατόπεδα.* reditque *βακτηρία, τρίβων, κόμη* Ibid. p. 225, B. Quorum si meminisset locorum, non bis offensus esset Solanus in Luciano De morte Peregr. c. 15. et In Cynicum, principio (T. VIII. p. 557. et T. IX. p. 438. ed. Bipont.), ubi *κόμη* Cynicis tribuitur, quos abrasa potius coma fuisse conspicuos aliunde percrebuit. Parum igitur in ea re sibi constitisse videtur Cynicos, sed pro locis, temporibus vel sectis diversos amplexos esse ritus. Qui hunc antiquitatis recessum investigare voluerit, ei proderunt Gesneri Adnotationes in Lucian. Philop. c. 26. (T. IX. p. 541. ed. Bipont.) collato Solano locis laudatis. Ipse Maximus idcirco, quod comam diligenter aluit, a Gregorio Nazianzeno sugillatur in Carmine De Vita Sua (Opp. T. II. p. 12, D. ed. Bill.), ubi illius pingitur Cynici habitus. Cynicos adhuc respexit Gregorius Nazianzenus Adv. Jul. Orat. IV. p. 112, B. (ed. Bill.) verbis hujusmodi: *τί φήσουσιν οἱ τοῦ αἰῶνος τούτου σοφοὶ, οἱ τὰς βαθείας ὑπήνας ἕλκοντες, καὶ τὸ κομψὸν περισύροντες ἡμῖν τριβώνιον;* i. e. *quid dicturi sunt hujus saeculi sapientes, qui profundas barbas gestant ac scitum et venustum pallium trahunt?* Quo loco *κομψὸν* e mera ironia dici puto, nec vero cum enarratore pro *κομπηρὸν* accipio, h. e. *de quo illi se jactabant.* Cynicorum pallium *πιναρὸν*, i. e. *sordidum* appellatur apud Lucianum De morte Peregr. c. 15. Idem fere Gregorius innuit contraria voce usus.

L. 10. Ἐν μὲν δὴ τοιοῦτον ὄναρ] *Somnium* appellat vanam spem, quam de Maximi occursu conceperat. Perincommode vertebatur *commodum;* ut Interpres legisse videatur ὄνειαρ, quod nullis tamen libris exaratum est.

Ibid. Μετὰ τοῦτο δὲ] Perperam in codice τοῦτον.

L. 13 *sq.* κατιὼν ἐπὶ τοὺς Ἰλλυριοὺς ἀπὸ τῶν Κελτῶν] Relicta scilicet Vienna, ubi hiemaverat, Julianus Constantium aggressurus Danubium petiit, quo devectus navigiis Sirmium venit, quod caput erat Illyrici occidui: unde progresso mors Constantii nunciata est. Accurate hoc iter describitur apud Ammianum Marcellinum lib. XXI. c. VII. sqq. Zosimum lib. III. c. X. sq.

L. 15. οὐ γὰρ ὑπέμενον] « Maximum Cynicum in discrimen adductum sub Constantio indicat; negatque se ipsum Deos de Maximo consulere sustinuisse, ne quid sinistri de illo audire cogeretur, quale verisimile erat accidisse. » Petav.

L. 16. οὔτε ἰδεῖν τοιοῦτον, οὔτε ἀκούσαι] Pro posteriori οὔτε codex οὐδὲ scribit. Quae licet alternare possint adverbia, sicuti Brunckius monstravit ad Euripid. Or. 295, nihil tamen mutavi, quum ejusmodi varietas ex arbitrio librarii facile provenerit, ipseque Julianus adsentiente codice teneat Ep. LI. p. 97: οὔτε ὑμεῖς, οὔτε οἱ πατέρες ὑμῶν.

L. 17. γίνεσθαι] Cod. γίγνεσθαι. Vicissim in eodem codice γίνεσθαι scribitur Ep. XLVII. p. 88. ubi vulgatum est γίγνεσθαι.

L. 18. περιφανῶς] Cod. φανερῶς. quod versus Epistolae finem occurrit.

Pag. 69. *L.* 2. πυθέσθαι ἄξιον,] Elegantius haec cum antecedentibus jungerentur scribendo ἀξιῶν, i. e. *cupiens.* Nolui tamen contra librorum consensum quidquid immutare, ubi ferri poterat illorum scriptura.

L. 5. τῶν ἐπιβούλων πλῆθος] Codex accentu circumflexo scribit ἐπιβουλῶν, h. e. *insidiarum.* Praestare vulgatam lectionem in oculos occurrit. Memineris, Constantii clientes caedem molitos fuisse Juliani, qui hoc ipse docet Ad S. P. Q. Athen. p. 281, A. ubi Constantius inducitur exprobrans Juliano: Λοιπικῖνον καὶ τρεῖς ἄλλους ἀνθρώπους κατέσχες. (Ita cum codice meo scribendum pro vulgato κατέσχεν). Quos tum *Noster*

appellat ἐπιβουλεύσαντας ἔμοιγε φανερῶς. Ibid. p. 285, A. rursus de simili memoratur insidiarum genere.

L. 4 *sq.* κτείναντες οὐδένα, χρήματα οὐδενὸς ἀφελόμενοι, φυλαξάμενοι δὲ μόνον] Cum hisce convenienter dixit l. l. pag. 281, A: τούτους δὲ οὐδὲν ἄχαρι διαθεὶς — — — κατέσχον, — — — ἀφελόμενος οὐθὲν τῶν ὑπαρχόντων ἐκείνοις. Quae lenitas eum decuit, qui scripsit Orat. III. p. 129, A. hoc maximum esse virtutis in imperantibus indicium, τὸ μηδένα κτεῖναι τῶν πολιτῶν, μηδὲ ἀφελέσθαι τὰ χρήματα. Caeterum Julianus hic nondum loqui poterat de delatoribus et exactoribus, quos posthac in judicium ipse rapi poenasque dare jussit.

L. 7. πεύσεσθαι.] Cod. πεύθεσθαι. male.

Ibid. ἀναφανδὸν] Scilicet antea Constantii metu impeditus erat, quo minus cultum Deorum palam sequeretur; *erga quem a rudimentis pueritiae primis inclinatior* dicitur ab Ammiano Marcellino lib. XXII. c. V. qui deinde haec addit: *Multa metuens, tamen agitabat quaedam ad id pertinentia, quantum fieri poterat, occultissime. Ubi vero abolitis quae verebatur, adesse sibi liberum tempus faciundi, quae vellet, advertit, sui pectoris patefecit arcana.*

L. 9. θεοσεβές ἐστιν.] Minus finite vertebatur: *pietatem amat.* Sigillatim de Deorum cultu cogitandum est ex Juliani dicendi more, quem notavimus ad Ep. VII. p. 190.

L. 10. χαριστήρια] Codex e scholio, puto, adjicit περὶ ἡμῶν.

Ibid. ἑκατόμβας πολλάς.] En exemplum immodici sacrificandi studii, quod in hoc Imperatore praeter alios Ammianus Marcellinus reprehendit lib. XXII. c. XII. unde, cum de hecatombis memoretur, adferre juvat hujusmodi verba §. 6: *Hostiarum tamen sanguine plurimo aras crebritate nimia perfundebat, tauros aliquoties immolando centenos, et innumeros varii pecoris greges, avesque candidas terra quaesitas et mari.* Praeterea lib. XXV. c. IV. §. 17. dicitur Julianus *innumeras sine parcimonia pecudes mactans; ut aestimaretur, si revertisset de Parthis, boves jam defuturos.* Adposite Zonaras in Julian. p. 22: ἔθυε δὲ τῷ Δαφναίῳ Ἀπόλλωνι ἑκατόμβας ὅλας. Interea nihil cogit, ut Juliani hecatombas nunquam non bovibus constitisse credamus, quum ἑκατόμβη de quibusvis pecudibus usurpetur, ita ut

ἑκατόμβας αἰγῶν, ὄνων, καμήλων e veteribus laudet Tan. Faber ad Lucian. Tim. c. 7. (T. I. p. 479. ed. Bipont.); qui simul minores hecatombas memorat, quae non amplius viginti quinque pecudes continebant, per pedes nempe numerandas.

Ibid. Ἐμὲ κελεύουσιν οἱ θεοὶ] Hoc quoque celebratum fuit in Juliano, quod nihil antiquius habuerit, quam utcunque Deorum voluntatem et consilia explorare. Quare passim in ejus scriptis ad jussa provocatur Deorum; v. c. Ad S. P. Q. Athen. p. 275, C. D. Conf. Muratorium ad Ep. [LXVII.] fin. Itaque *praesagiorum sciscitationi nimiae deditus* appellatur *Noster* ab Ammiano Marcellino lib. XXV. c. IV. §. 17: et sub ejus imperio, eodem auctore lib. XXII. c. XII. §. 7., *oraculorum permittebantur responsa, et extispicia, nonnunquam futura pandentia; oscinumque et auguriorum et ominum fides, si reperiri usquam posset, adfectata varietate quaerebatur.*

L. 11. καὶ πείθομαι γε προθύμως αὐτοῖς.] In Edd. ante vocem προθύμως iteratur particula καὶ, quam e fide codicis omisi.

L. 12. Μεγάλους καρποὺς τῶν πόνων ἀποδώσειν φασὶν,] Similia jactat Fragm. p. 298, D. ubi occurrit: Εὖ γὰρ ἴσθι μεγάλας ἡμῖν οἱ θεοὶ μετὰ τὴν τελευτὴν ἐλπίδας ἐπάγγελλονται. Cujus loci primum vocabulum in Εἰ corruptum est apud Spanhemium.

L. 13. ἢν μὴ ῥαθυμῶμεν.] Ratione superioris verbi ἀγωνίειν, sensus non tam esse videtur: *nisi segniter agamus*, ut Interpres posuit, quam potius: *nisi voluptatibus indulgeamus.*

Ibid. Εὐάρχιος.] Ad quem extat Epistola XLVI. In codice sequitur vacuum trium fere linearum spatium, quod verbis claditur hujusmodi: παρ' ἡμῖν. τιμωμένου θεοῦ: — (sic). Unde adparet, adjecta fuisse quaedam ad religionem spectantia, in quibus ut in aliis ejusmodi describendis officium defugerint Christiani librarii. Forsan defectum inuere voluit Petavius, cujus in Versione punctum finale desideratur.

(Interpr. gall. nr. IV. p. 395.)

EPISTOLA XXXIX.

Haec extat in codicibus GH. quorum posterior praeter inscriptionem ne una quidem litera discrepat ab Edd., quae et ipsae miro casu inter se plane consentiunt.

L. 16. Τῷ *αὐτῷ*.] Sic Edd. omnes. Codex H. caret inscriptione; alter vero codex inscribit Εὐσταθίῳ *φιλοσόφῳ*. Quum Julianus Epistola XV. Maximum, Epistola vero LXXXIII. Eustathium ad se vocaverit, aequo jure tam unum quam alterum praesentibus litteris dimisisse poterit; quare in vulgata inscriptione acquievi. Non dissimulabo tamen, ab ea libenter me discessurum fuisse, si altera plurium codicum suffragio firmata esset. Aegrotantem enim Maximum Julianus, mea quidem sententia, non domum redire, sed potius apud se manere curarique jussisset, vel certe blandioribus verbis abeundi consilium ei significasset.

L. 18. Ὅμηρος *ὁ σοφὸς*] Extat laudatus Homeri versus Odyss. XV, 74. ut in margine jam annotarunt Martinius et Spanhemius. Idem poetae praeceptum in animo forsan habebat Libanius in Epistola scribens ad Ammianum: Τὸ *μὲν ὠφελεῖν τοὺς παρ' ἡμῶν ὡς σε ἰόντας, καὶ χρηστοῦ καὶ φιλοῦ· τὸ δὲ χαίροντας ἀποπέμπειν, καὶ ἄμφω ὑπερβαίνει.* rursusque Ep. CXXX. ubi occurrit: *παρόντας τε φιλεῖν, καὶ ἀπελθόντας ἐπαινεῖν.*

Ibid. *ἡμῖν δὲ ὑπάρχει*] Cod. G. perperam *ὑμῶν*. Ob similem confusionem vel sine codice meo corrigerem *ὑμῶν* in *ὑμῖν* Ad S. P. Q. Athen. p. 269, B. ubi vulgatum est: *τῶν παρ' ὑμῶν πολλῶν γε ὄντων ἔργων.*

L. 1. *ἥτε διὰ τῆς*] Primo loco vitiose scribitur *ἦγε* in co- Pag. dice G. 70.

L. 2. *ὥστε οὐκ ἂν*] Codex G: *ὥστ' οὐκ ἄν.*

L. 4. *ἀξιώσαιμι*] Codex idem: *ἠξίωσα.* male.

Ibid. Ἀλλά *σοι τὸ σωμάτιον*] In codice G. pro *σοι* scriptum est *σου*. Nomen *σωμάτιον* praeter hunc locum Juliano placuit Orat. VII. p. 214, D. Caes. p. 334, A. Itidem *ψυχάριον*, et quidem pro *ψυχίδιον*, apud hunc scriptorem usurpari Suidas in illa voce notavit T. III. p. 711. ubi laudari debebant loca probantia Oratt. V. p. 161, B. VII. p. 206, D. Misopog. p. 342, D.

L. 5. *ἐπιμελείας πλείονος δεόμενον*,] Sic Edd. omnes. Cod. G: *ἐπιμελείας δεόμενον καὶ πλείονος.*

L. 6. *ῥᾳστώνης ἐπεμελήθην*] Corrupte codex G: *ῥᾴστον ἐπεμελήθης.* De sequenti *ὀχήματι δημοσίῳ* videndae sunt Observationes ad Ep. XII. p. 219.

(Interpr. gall. nr. XVI. p. 425.)

EPISTOLA XL.

Haec extat in codice H. sed in duas epistolas divisa circa pag. 71. lin. 3. inf. Tum diverse truncata legitur in codicibus GM. quorum prior in loco desinens p. 72. l. 6. omni defectus indicio caret, alter vero debitam lectori monitionem offert p. 71. l. 7. Non tacebo, in codice M. epistolam hanc loco reperiri a caeteris Julianeis remoto, nempe fol. 182. Ea enim res ad regundum judicium valere poterit, quod de hujus Epistolae sinceritate pro suo quisque arbitratu ferat. Equidem praefatus Epistolae XXXIV. veritatem agnoscere putavi cunctarum ad Jamblichum litterarum; in praesentibus non pauciora sunt, quam in caeteris vestigia styli Julianei. Praeter ea, quae singulis locis invenies adposita, leviora haec accipe: usus epithetorum *καλὸς* et *σοφὸς* (p. 72.) Juliano familiarissimus est, ut ex Indice constabit; verba *πάλιν ἐπανιόντος οἴκαδε* (p. 72.) in memoriam revocant Orat. III. p. 124, A: *πάλιν οἴκαδε ἐπανελθεῖν.* ib. p. 118, B: *οἴκαδε πάλιν ἀπιέναι.* Adhortandi formula *γράφε συνεχῶς καὶ — — μὴ κατόκνει* (p. 75.) similitudinem refert cum Epp. XV. sub fin. XIX. fin. quibus locis occurrit: *γράφε, καὶ μὴ λῇγε συνεχῶς τοῦτο πράττων.*

L. 13. *Ἰαμβλίχῳ.*] Sic Edd. omnes et cod. H. Nec alia est sententia codicis G. inscribentis *Τῷ αὐτῷ.* Expresso auctoris nomine tenet codex M: *Ἰουλιανὸς Ἰαμβλίχῳ.* De hoc Jamblicho dictum est ad inscriptionem Epistolae XXXIV.

L. 14. *Αἰσθάνομαί σου τῆς ἐν τῇ μέμψει γλυκύτητος*] Quod hinc intelligitur Jamblichum antea, quam haec scriberet Julianus, ad hunc litteras misisse, id aperte verbis inferioribus declaratur p. 73. sup.: *οὐδεμίαν ἄλλην, ἢ τὴν ἐν ᾗ μέμφεσθαι δοκεῖς, ἐπιστολὴν ἐδεξάμην.*

L. 15. *ἐξ ἴσου*] In codice M. scriptum est *ἐφίπ· ου* (sic), ut aliquid erasum fuisse adpareat; in margine tamen a prima manu positum est *ἐξίσου*. Caeterum et reliqui duo codices contrahendo scribunt *ἐξίσου*. quemadmodum *ἐξίσης* Ep. XXVII. p. 47. duo codd. exhibent.

L. 17. *γιγνομένου*] Cod. M: *γινομένου*.

Ibid. *ἐλλείψαντι*] Inferius p. 73: *ἐλλείψαντα*. Neutro loco variant libri. Haud igitur immerito scripturam hujusce loci tolerandam esse censuit Boissonade ad Eunapium p. 582. ubi de forma tractavit Aoristi *ἔλειψα*.

L. 17 *sq.* *τὰς προφάσεις εὐλόγως εἰπὼν*] Sic Edd. omnes et cod. M. Aeque commode *εὐλόγους* exhibent codices GH. Ita Lucianus Abdic. c. 22. (T. V. p. 26. ed. Bipont.): *εὐλόγους ἔχει τὰς προφάσεις*.

L. 18. *ἐπειρώμην*,] Hanc scripturam, quam omnes mei codices agnoscunt, Petavius in Erratis jussit substitui vulgato *ἐπειρῴην*, quod sane nihili erat. Diverse tamen Spanhemius edidit *πειρῴην*. Quae licet per se commoda sit Optativi forma Attica, minus tamen cum sequenti quadrat Imperfecto *ἠρνούμην*, quod omnes libri probant.

Ibid. *ὡς ἐνῆν*] Pro his occurrit *ἂν* in codice M. Auctor ejus scripturae verbum explanare cupiebat *ἐπειρώμην*. Doctus autem nemo negabit, Indicativum pro Subjunctivo poni posse vel suppressa particula *ἄν*.

L. 1. *ἁμαρτὼν*] Sic bene Spanhemius dedit, ante quem vitiose scribebatur *ἁμαρτῶν*. Emendationi favet prava scriptura codicum GH. quorum prior *ἁμαρτὰν*, alter *ἁμαρτόντα* tenet. Omittitur verbum in codice M. Pag. 71.

L. 2. *τῶν πρὸς σὲ φιλικῶν*] Cod. M: *τῶν σῶν φιλικῶν*.

L. 3. *οὔτε σὲ παροφθῆναι*] E codicibus GM. inserui pronomen personale, cui respondet in altero membro *ἡμᾶς*.

L. 4 *sq.* *ὧν ἀεὶ ζητοῦντες ποθοῦμεν·*] Vulgatam hanc lectionem agnoscit codex H. Perperam in codice G. pro *ὧν* scriptum est *ὃν*, et in codice M. *ὁ ἂν* pro *ὧν ἀεί*.

L. 5. *καθάπερ ἐν ὅρῳ γραφῆς*] Haud raro solemnitatem judicialem spectant scriptores, ubi accuratam rei cujuspiam enarrationem prae se ferunt, e. g. Julian. Oratt. II. p. 95, B: *βούλεσθε οὖν καὶ τούτων ὑμῖν, ὥσπερ ἐν τοῖς δικαστηρίοις,*

ὀνομαστὶ καλῶμεν τοὺς μάρτυρας; III. p. 116, D: ἐπειδή μοι τεκμηρίων ᾖ, καθάπερ ἐν δικαστηρίῳ, τὸν λόγον ὁρῶ δεόμενον. Apud Cyrillum lib. II. p. 41, E: εἴπερ ἀντιλέγειν ἐθέλοιεν, ὥσπερ ἐν δικαστηρίῳ. Lucianus De Domo c. 14. (T. VIII. p. 102. ed. Bipont.): ὁ λόγος ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καθάπερ ἐν δικασταῖς ὑμῖν, εἰπάτω.

Ibid. ἀπολογήσωμαι] Ita scripsi praeeunte codice M. quum reliqui libri tenerent ἀπολογήσομαι. Movit me praecedens adhortandi particula vel Imperativus φέρε, cujus est solemnis cum Subjunctivo constructio tam apud alios scriptores, quam apud *Nostrum*, e. g. Ep. XXXVII. p. 65: φέρε σοι . . . εἴπω. Oratt. IV. p. 131, D: φέρε . . . ὑμνήσωμεν. VI. p. 195, C: φέρε . . . ἐλέγξωμεν. Ex aliis auctoribus ejusmodi syntaxis exempla complura reperies in Vigero De Idiot. p. 307. (ed. Zeune); ubi simul observatur Indicativum adsumi, ubi est interrogatio. Quare et vicinum δείξω non pro Futuro Activi, sed pro Aoristo Subjunctivi habendum est.

L. 7. μηδὲ μελλῆσαι τολμήσαντα.] Ad μελλῆσαι subintelligitur ex antecedentibus παριδεῖν. Itaque posthabui faciliorem scripturam codicis M: μηδ' ἀμελῆσαι τολμήσαντα, quae vel ideo displicet, quod ἀμελῆσαι synonimum est antecedentis verbi παριδεῖν. Est autem, quod e consensu reliquorum librorum expressi, dicendi genus elegantissimum, cujus exempla congesta sunt ad Lucianum Dial. Mort. XXIX. init. (T. II. p. 546. ed. Bipont.) unde depromam unicum Julian. Orat. I. p. 33, D: ὧν τοὺς μὲν ἀνῄρηκεν, τοὺς δὲ ἐμέλλησε. scilicet ἀναιρεῖν. — Caeterum in codice M. epistola desinit in verbo τολμήσαντα. post quod leguntur talia: τὸ πλεῖστον τῆς ἐπιστολῆς λείπει. ζήτει.

L. 8. Παννονίας] Cod H. male scribit Πανονίας. Superiorem Pannoniam intelligi liquet ex Ep. LXI. p. 126. Infeliciter Pannoniam expressit Interpres gallicus aeque ac latinus Orat. I. p. 48, B. ubi est Παιονίαν. Significatur enim Paeonia, quae regio erat Macedoniae.

L. 9 *sq.* Ὑπερβὰς δὲ τὸν Καλχηδόνιον πορθμὸν, καὶ ἐπιστὰς τῇ Νικομήδους πόλει,] De tali Juliani itinere congruentia sunt Ammiani Marcellini verba lib. XXII. c. IX. §. 3: *Transgressus itaque fretum, praetercursa Chalcedona — — — Nicomediam*

venit. Erat Nicomedia metropolis Bithyniae. Altera urbs, de quo fretum nomen traxit, pariter in Bithynia et quidem ad Bosporum sita, non mediocriter inclaruit ibi habita synodo. Quod illius nominis scripturam attinet, auctoritati cessimus Editionum Ald. et Mart. quibuscum facit codex H. Tenent autem recentiores Edd. *Χαλκηδόνιον*, ut in altero meo codice scriptum et apud alios auctores multos vulgatum occurrit. Defendit rationem nostram alter Juliani locus Ep. LXI. p. 126. ubi *τὸν Καλχηδόνος πορθμὸν* exaratum est. Docent Interpretes ad Lucianum Alex. c. 9. (T. V. p. 72. ed. Bipont.), ubi *Χαλκηδόνα* legitur, auctore Spanhemio De usu et praest. num. ant. p. 117., vocem illam in nummis plerumque *Καλχηδόνα* scribi, nec aliter in Strabonis antiquis codicibus reperiri. Quod ex Strabone notavit quoque Interpres Stephani Byzantini voc. *Χαλκηδών*.

L. 10. *σοὶ πρώτῳ*] Codex G: *σοὶ πρῶτον.*

L. 13. *πρόςρησιν*] Ita scripsi cum codice G. Male in Edd. et in altero codice scriptum est *πρόῤῥησιν.* Quae significatur Juliani epistola, non alia fuerit ab illa, quae circumfertur sub numero LXI. Ibi enim post varios peractos labores Jamblicho dolorem patefecit, quem e longa illius absentia perceperat.

L. 14. *Ἰουλιανὸς ὄνομα*] Satellitum e grege nomen ignobile, quo non magis innotuit Bacchylus.

L. 16. *ἥξειν,*] Codex G. perperam *ἥξει* tenet.

L. 17. *καθυπισχνεῖτο.*] In codice H. scriptum erat *καθυπνισχεῖτο.* sed deleta est litera *ν.* quae transponenda erat. Caeterum in eo codice per illud verbum Epistola finitur; statim adjecta, tanquam nova Epistola, parte reliqua, cui inscribitur *Τῷ αὐτῷ.* Quam inepta sit ea divisio, nemo non videt.

L. 18. *ἡμετέραν*] Vitiose *ὑμετέραν* in codice H.

L. 19. *δοκοῦντος*] Cod. G: *δηλοῦν.* quod ad *γράμμα* relatum eandem efficit sententiam.

Ibid. ἦν τε τοῦτο] Cod. G: *ἦν δὲ τοῦτο.*

L. 2. *Ἰαμβλίχου γράμματα*] His interponit codex G: *πρὸς ἡμᾶς.* ex scholio, ut alia complura. Pag. 72.

Ibid. λέγειν] Perperam *λέγον* in codice G.

Ibid. ηὐφράνθην,] Cod. G: *εὐφράνθην.* Constans Juliani usus augmentum temporale defendit; quod in ejusmodi verbis modo adesse modo deesse scimus. Non solum omnes Edd., sed

etiam quotquot contuli codices exhibent Orat. VII. p. 229, D: *ηὐφράνθη*. Ep. XXIII. fin. Orat. III. p. 118, D: *ηὐχόμην*. Orat. VII. p. 213, D: *ἠύχετο*. Orat. IV. p. 157, B. Caes. p. 332, C. Misopog. p. 365, B. p. 370, D: *ηὐξήσαμεν*. Formam per *ηὐ* Atticis usitatiorem fuisse tradit auctor Etymologici Magni p. 400, l. 26. quem contra Herodianum p. 460. probavit Brunckius ad Euripid. Hec. v. 18.

L. 2 *sq.* *ἃ περὶ τὴν ἐπιστολὴν ἔπαθον*] Scilicet prae gaudio convaluit e febri, sicuti docemur Ep. LX. p. 123. ubi, mea quidem sententia, tangitur eadem Jamblichi epistola, quam praesens locus excitat. Ibi similibus utitur verbis: *ἃ πρῶτον πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ἔπαθον.*

L. 3 *sq.* *τὰ παρ' ἡμῶν ἕνεκα τούτου γραφέντα*] Codex G: *τούτων*. Respici videtur Epistola LX. qua demonstratur voluptas ex Jamblichi litteris capta.

L. 6. *γινώσκεις.*] Verbo hoc Epistola clauditur in codice G. qui sine intermissione ad diversam pergit.

L. 7. *τοῦ τροφέως τῶν ἐμαυτοῦ παιδίων,*] Admodum is locus eruditorum virorum exercuit ingenia. Quum alibi nusquam sit memoriae proditum, ab Juliano liberos esse susceptos, imo secundum Ammianum Marcellinum lib. XVI. c X. §. 18. uxor illius Helena, quoties concepisset, immaturum abjecerit partum, nihil proclivius erat, quam istiusmodi verbis offendi. Hinc Spanhemius Praefat. ad Juliani Opera p. XXV. Ammiani auctoritatem infirmans contendit, Julianum ex Helena liberos sustulisse: quod satis audacter pronunciatum unicuique videbitur. Nodum solvere nesciens Bleterius in *Vie de Julien* l. III. p. 155. jure miratur, Julianum si honestos, quibus inclaruit, mores simulaverit, incontinentiam incautis ejus loci verbis prodidisse, talemque confessionem fugisse scriptores christianos, qui adversarii vitia strenue insectantes minime puritatem incusant morum. Recentius Jondotus in *Histoire de l'Empereur Julien* T. II. p. 167. loco nostro usus adfirmavit, fuisse Juliano prolem extra matrimonium natam; itaque castitatis laudem, quam ei Principi gentiles scriptores, non obloquentibus Christianis, uno animo tribuerunt, falsitatis arguere non veritus est. Quae quidem sententia, sicut ejusdem auctoris plurimae, partium studio debetur; certe cordati viri non est, quaecunque honesta

de Juliano sive ex aliorum, sive ex ipsius libris innotuerunt, aut adulationi aut superbiae tribuere. Tourletus denique, recentissimus interpres Juliani, varias tentavit hariolandi vias, sermonem esse conjiciens de marito nutricis, quam in gravidae Helenae gratiam praevia cura constituerit Julianus, vel de liberis adoptione factis, vel de amicorum pueris, quorum institutioni providerit Imperator. Haec tamen omnia non satis facere videtur; nec omnino difficultatibus expedietur quisquis literali verborum sensui adhaeserit. Nihil autem obstare puto, quo minus per metaphoram accipiantur τροφεὺς et παιδία pro *scriba* et *scriptis*. Fatendum quidem est, alium nullum in Juliano locum extare, quo talia verba metaphorico sensu gaudeant; imo propria significatione pro nutricio seu paedagogo vocem usurpari τροφεὺς Orat. VI. p. 198, A. Sed quum adfine vocabulum τρόφιμος in Epistolae fine pro alumno vel discipulo sumatur, itemque θρέμμα cum pari notione occurrat Ep. XXVII. p. 47. inf.; quidni τροφεὺς ab Juliano diceretur is, qui curam gesserit illius scriptorum, sive librarium, sive amanuensem, sive notarium, sive bibliothecarium appelles? cujus utique generis aliquem significavit Ad S. P. Q. Athen. p. 277, B. ubi de domestico verba sunt: πεπίστευτο δὲ τῶν βιβλίων μου τὴν φυλακήν. Scripta non minori jure per παιδία significarentur, quam per solemnem vocem παῖδες, de qua notatum est ad Ep. I. fin. Caeterum cum pari ambiguitate τὸν τροφέα τῶν ἐμαυτοῦ παίδων legimus Ep. [LXVIII.] p. 137: sed perquam mihi probabile videtur, opera fraudatoris illum locum ex hac Epistola ductum esse.

Ibid. ἑτέρων ἦρχον πρὸς σὲ γραμμάτων,] Illa, quae his verbis indicatur, Juliani epistola deperditis adnumeranda est; inter eas enim, quae supersunt, invenitur nulla, cujus tale sit argumentum, quale hoc loco laudatur. Verbo ἦρχον innuit Julianus, in explendo scribendi officio se praeivisse, nec vero post acceptam prius amici epistolam, cui respondendum fuisset, litteras dedisse suas. Modo quidem de epistola memoravit ab Jamblicho missa; sed ad quam ipse jam rescripserit. Ad eam igitur epistolam responsoriam quum siluisset Jamblichus, novas Julianus litteras misit, quarum ratione dicit ἦρχον. Quem ad modum verbo usus composito scripsit Ep. LIV. p. 105: ἡμεῖς δὲ καὶ τῶν πρὸς σὲ κατάρχομεν ἡδέως.

L. 10. *Σώπατρος*] Is, tanquam Jamblichi litteras asportans, idem fuerit ac ille Sopatrus, qui Jamblichi discipulus appellatus est Ep. XXVII. p. 47. inf.

L. 16 *sq.* *ἀντέγραφον εὐθὺς, οὐ πρὸς σὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸν ἱερὸν Σώπατρον, τὸν ἐκείνου παῖδα,*] Duae hic memorantur Juliani epistolae, quae hodie non extant. Quotquot enim ad Jamblichum datae supersunt, ejusmodi nihil tenent, quod statim indicatur: ad Sopatrum autem nullam omnino habemus. Differt hic Sopatrus ab illo, quem antecedenti loco notavimus; estque plane ignotus. Quando *τὸν ἐκείνου παῖδα* Julianus eum appellat, ordo sententiarum poscere videtur, ut vox *ἐκείνου* de Sopatro accipiatur paulo ante memorato, ita ut hic noster putandus sit illius filius vel discipulus cognominis, quemadmodum Ep. LXXII. Diogenem offendimus Diogenis filium. Sed *ἐκείνου* hoc quoque sensu valere poterit, ut spectatum aliquem virum innuat, cujus proprium nomen prae verecundia reticetur. Tum forte per *Σώπατρον τὸν ἐκείνου παῖδα* significaret eundem, qui *Ἰαμβλίχου τοῦ θειοτάτου τὸ θρέμμα Σώπατρος* appellatur Ep. XXVII. p. 47. Quo casu praecedentis notulae conjectura laberetur.

L. 18. *ἐκ τῆς Ἀπαμείας*] Apameae nomine plures extiterunt urbes, quarum clarissimam, in Syria sitam, hic intelligi puto, ubi ad Syrum scribitur. Eadem opinio valeat in superiorem Epistolae locum p. 71. l. 15. ubi de nuncio verba sunt: *Ἀπαμεὺς τὸ γένος.*

Pag. 73. *L.* 5. *ἅσμενος πάντων,*] An *πάντως*? Si minus, tum subaudi *ἕνεκα*, h. e. *omni ex parte.* Plene *πάντων μὲν ἕνεκα* dixit Ep. XLVIII. init. Elliptice Ep. LXII. p. 128: *τὸ αἰσχρὸν ἁπάντων.*

L. 7. *αἰτιᾷς*] Ita corrigendum duxi vulgatum *αἰτιᾷ*, quod et codex agnoscit. Interpres recte secundam personam expresserat.

L. 8. *γραμματοφόρων ἀδικίαν*] Codex interponit particulam *δὲ*, qua facile carebimus.

L. 9. *τούτου*] Scil. *τοῦ πρὸς σὲ καθήκοντος.*

L. 11. *ἐν χερσὶν ἔχω*] Minus bene vertebatur: *in manibus habeo.* Cum aliis auctoribus, tum Juliano familiaris est dicendi formula *ἐν χερσὶ*, h. e. *in praesenti.* Sic Orat. I. p. 56, C. ubi verbis *τῶν πάλαι κατορθωμάτων* haec opponuntur: *τῶν ἐν*

χερσὶ λαμπρῶν ἔργων. Ib. p. 41, D: τὸν ἐν χερσὶ πόλεμον. Ad S. P. Q. Athen. p. 276, A: οὐδ' ὑπὲρ τῶν εἰς τριακοσιοστὸν ἔτος — οὔτε ὑπὲρ τῶν ἤδη γεγονότων — ἀλλ' ὑπὲρ τῶν ἐν χερσί. Quae ideo monui, quod Interpretes non ubivis locorum assecutos esse memini vim ejus formulae; cujus et apud Vigerum indicatio neglecta est cap. III. Sect. XII. (p. 153. ed. Zeune), ubi significatus exponuntur nominis χείρ, atque sigillatim ἐν χερσὶν ea quidem potestate laudatur, qua passim valet *in acie*.

L. 12 *sq.* ὡς μὴ καὶ ἀσχολίας ἀπάσης, καθά φησι Πίνδαρος, τὸ κατὰ σὲ κρεῖττον ἡγεῖσθαι·] Pindari locus est Isthm. I. init. ubi sic legitur:

— τὸ τεὸν —
Πρᾶγμα καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον
Θήσομαι.

Q. d. *tuam rem etiam occupatione mea potiorem et graviorem habebo.* In Pindaro non magis Juliani, quam in Juliano Pindari mentio fit a viris doctis, quos inter Tourletum inprimis miror, ut qui Pindari interpretem se professus est in titulo Juliani gallice conversi. Pindari locum eundem Plato respexit initio Phaedri scribens: οὐκ ἂν οἶει με κατὰ Πίνδαρον καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον πρᾶγμα ποιήσασθαι, τὸ τεήν τε καὶ Λυσίου διατριβὴν ἀκοῦσαι;

L. 14. ὁ καὶ γράφειν κατοκνῶν] Perperam in codice scribitur ᾧ.

L. 18. ἀετῶν γνήσιοι] Jam de hac aquilarum facultate, solem intuendi, sed ut fabulosa memoravit Julianus Ep. XVI. p. 21. eandemque tetigit Lucianus Icarom. c. 14. (T. VII. p. 21. ed. Bipont.), ubi est: γνήσιος ἀετὸς, ἢν ἀσκαρδαμυκτὶ πρὸς τὰς ἀκτῖνας βλέπῃ. Erat autem γνήσιος propria cujusdam aquilarum generis nuncupatio. Vid. Aristotelem De Hist. Animal. lib. IX. c. 32. med.

L. 2. οὕτω] In eodem codice τοῦτο. male.

Pag. 74

L. 5. τοῦ Ἑλληνικοῦ] Mentem Juliani Spanhemius aperuit, quum in Versione, quae *Graeciam* tenebat, *Gentilitatem* poneret, iterumque loco inferiori, quo vox eadem per *Graeciam* reddebatur, *universos Gentiles* scriberet. Hoc utique solemne est Juliano, ut nomen Ἕλλην cum derivatis eo plerumque sensu adhibeat, quo christianae fidei oppositum innuunt Deorum

cultum. Sic Ἕλλην Ep. IV. fin. Ἑλληνισμὸς, Ἑλληνιστὴς, Ἑλληνικὸς Ep. XLIX. p. 89. 91. et praeter hunc locum τὸ Ἑλληνικὸν Ep. XXXIV. p. 54. ubi similis est ad Jamblichum blanditia. Quodsi grammaticam ejus vocis rationem spectamus, tum auctore quidem Hoogeeveno ad Vigerum p. 59. (ed. Zeune) subintelligemus ἔθνος, vel πλῆθος, vel γένος.

L. 10. *οὐδὲ ἀποκρίνῃ τοῦ πρὸς τὴν αὐγλην*] « Corruptus locus et mutilus. » Petav. — Nihil variant libri; neque probabilis mihi videtur Petavii sententia. Scilicet Julianus, absoluta jam parenthesi, priora verba Ὥςπερ γὰρ ὁ Ἥλιος levi usus hac mutatione repetit, ut ὁ δ' οὖν Ἥλιος ὥςπερ dicat; cui quidem Nominativo refertur verbum ἐργάζεται. Itaque virgulam, quae vocem ὥςπερ a praecedentibus dijungebat, equidem post eam vocem collocavi. Nemo autem miretur, illam particulam nomini, quod ipsa adficit, postpositam esse; talis enim syntaxis non aliena est ab Juliano, cujus aliquot loca ex eadem structura pendentia notavimus ad Ep. XXVII. p. 45. l. 14. Quod tortuose dicitur, *solem inter ea, quae lumini occurrunt, non dispicere quid non consentaneum sit*, sententiam habet, solem vel abjectissimis rebus irradiare: qua mente Macarius Homil. VII. §. 2. solem ait nequicquam laedi, *et si loca coeno plena illustret.*

L. 15. *ἐπ' ἀμοιβῆς ἐλπίδι*] Cod. *ἐλπίσι.*

L. 16. *καθάπερ μάθημα*] Inepta comparatio.

Pag. 75. *L.* 1. *γυμνάζει*] Male *γυμνάζειν* in codice.

L. 3. *κἂν μυριάκις γράφωμεν*] Vulgo *κᾆν*, ut et inferiori ejusdem paginae loco.

L. 4. *ἴσα τοῖς Ὁμηρικοῖς παισὶ*] In animo habuit istum Homeri locum Iliad. XVI, 362 sqq.:

— — ὡς ὅτε τις ψάμαθον παῖς ἄγχι θαλάσσης
Ὅςτ' ἐπεὶ οὖν ποιήσῃ ἀθύρματα νηπιέῃσιν,
Αὖ αὖτις συνέχευε ποσὶν καὶ χερσὶν ἀθύρων.

Idem locus obversatus videtur Luciano scribenti in Hermot. c. 33. (T. IV. p. 43. ed. Bipont.): *ἐπεὶ τὸ τοιοῦτον ὅμοιον ἂν εἶναι τοῖς τῶν παιδίων οἰκοδομήμασιν, ἃ κατασκευάσαντες ἐκεῖνοι ἀσθενῆ, εὐθὺς ἀνατρέπουσιν.*

L. 3. *ὅ,τι ἂν ἐκ πηλοῦ*] Vulgo *ὅτι* etc.

L. 6 *sq. γονίμου ῥεύματος κρεῖττον*] Solemnis comparatio, de qua vid. Obss. ad Ep. I. p. 3. l. 14.

L. 8. *ἐκ Λυδίας χρυσὸν*] Apud Lydos aurum copiosum fuisse pervulgatum est. Absente quidem Lydorum mentione, similis est sententia Platonis scribentis in Phaedro post initium: *ἐβουλόμην γ' ἂν μᾶλλον, ἢ μοι πολὺ χρυσίον γενέσθαι.* Lydorum regem Croesum innuit Julianus Orat. I. p. 16, B. ubi splendida dona memorat, quae accipientes facti sint similes *τῷ Λυδῶν δυνάστῃ.*

L. 9. *εἰ μὴ σφάλωμαι*] Sic e codice scripsi, quum vulgatum esset *εἰ μὴ σφάλλομαι.* Confer Obss. ad similem locum Epistolae LXXVI. p. 144. lin. 16.

L. 10. *περιΐδῃς*] Ed. Spanh. *πιριΐδῃς.*

L. 14 *sq.* *Ἑρμοῦ λογίου μαθητὴν, εἰ δὲ βούλει, τρόφιμον ὄντα σε,*] Bene sic edidit Spanhemius, quum inepte *μαθητὴν* post *ὄντα σε* iteratum esset, et extremum loci hujus comma post sequentem vocem *ἐκείνου* collocatum: quae tota lectio reperitur etiam in codice meo. Petavius in Notis monuerat, vocem *μαθητὴν* esse posteriori loco delendam.

L. 15. *ἐκείνου ῥάβδον*] Alludit ad Homerum Odyss. V, 47. ubi de Mercurio, non quidem *Λογίῳ*, versus sunt hujusmodi:

Εἵλετο δὲ ῥάβδον, τῇ δ' ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει,
Ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει.

Quo rursus Julianus respexit Epistola XLI. p. 77. his verbis ad eundem Jamblichum scriptis: *οἷον Ἑρμοῦ ῥάβδῳ κινεῖς καὶ διεγείρεις καθεύδοντας.* Uterque locus adfertur in Erasmi Adagiis p. 845. tit. *Mercurii virga excitare.* Porro scribens Julianus Orat. VIII. p. 234, B: *δώσει δέ σοι καὶ Ἑρμῆς χρυσῆν ῥάβδον* imitatur Homerum Odyss. XXIV, 3. ubi de Mercurio verba sunt:

— — ἔχε δὲ ῥάβδον μετὰ χερσὶν
Καλὴν, χρυσείην, etc.

EPISTOLA XLI.

Pag. 76.

Haec tam in codicibus Baroc. Voss., quam in meis continetur GH. Excellit autem affectatione singulari, qua cunctis fere sententiis allegata quaedam accommodantur e mythologia. De controversa hujus monumenti sinceritate videndae sunt Observationes ad Ep. XXXIV. p. 308 sq. Peculiariter adnotabo, styli Ju-

lianei vestigia non deesse praesentibus litteris. Itaque verba p. 77. lin. 4. inf.: *ἀλλ' ᾗδει καὶ μικροῖς* excitant memoriam Epistolae VIII. p. 11. sup. ubi est: *ἀλλ' ᾗδει καὶ μικρῷ* etc. Tum ubi versus finem Epistolae hujus de scripto suo requirit amici curam, idem agit quod factum est Epp. XVI. p. 21. XXIV. p. 41. Posterioris loci verba *τῆς παρὰ σοῦ ψήφου τὴν μαρτυρίαν δεξάμενον* similia sunt praesentium p. 78: *τῆς παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς ψήφου τὴν μαρτυρίαν προσλαβών.*

L. 4. Τῷ *αὐτῷ*] Sic Edd. omnes cum codice H. Alter codex meus explicitam tenet inscriptionem *Ἰουλιανὸς Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ.* sicuti vulgatum est in fronte Epistolae XXXIV.

Quale scriptum illud fuerit, quod ab Jamblicho *Noster* acceperat, minus certum est, quam cujusmodi fuerit alterum, quod in mutuam gratiam Julianus cum hisce litteris misit. *Orationem* Julianus misit; quare simile quodpiam Jamblichi opus, nec vero litteras ejus ab Juliano celebrari puto; praesertim quod niniiae sunt laudes, quam ut Epistolae quantumvis admirabili tribuerentur a sano homine.

L. 4. *τῷ γράμματι πειθομένους τῷ Δελφικῷ·*] In codice G. e correctura legitur postremum vocabulum, quum a prima manu scriptum esset *ἀδελφικῷ.* Stylus forte colorem duxit e Platone Alcib. I. §. 19. ubi occurrit: *πειθόμενος ἐμοί τε καὶ τῷ ἐν Δελφοῖς γράμματι.* De templi Delphici inscriptione, quae *Γνῶθι σαυτὸν* ferebat, minime docendus est lector. Nubem scriptorum, qui de sui ipsius cognitione docuerunt, excitavit Elmenhorstius ad Minuc. Felic. p. 6. ubi tamen immerito locus noster advocatur. Hic certe placitum illud minime tractatur; si laudari debebat Julianus, apte laudata esset ejus Oratio V. p. 185. 188.

L. 5. *γινώσκειν*] Codd. GH: *γιγνώσκειν.* Iidem tamen codices inferius l. 12. cum Edd. faciunt.

Ibid. ἀνδρὸς ἀκοῆς τοσούτου καταθαῤῥεῖν] Pro vulgato *ἀκοαῖς*, quod et in utroque codice meo scriptum est, e Barocciano dedi *ἀκοῆς.* Nam cum Dativo junctum verbum *καταθαῤῥεῖν confidere* significat, qui non hujus loci est sensus. Exemplum constructionis cum Genitivo habes in Aesop. Fab. V. (p. 8. ed. Heusing.), ubi est: *οὕτως αὐτοῦ κατεθάῤῥησεν, tantum illi animi adversus eum fuit.* Itaque praetuli codicis

scripturam egregiae alioqui conjecturae clarissimi Boissonadii, qui quartum casum ἀκοὴν vel ἀκοὰς postulavit ad Nicetam p. 274. ad Eunapium p. 147. — Tam in cod. H., quam in Edd. verbum expressum est καταθαρσεῖν. quam formam apud veteres Atticos obtinuisse solam affirmat Piersonus ad Moer. p. 189. E codice G. scribendi rationem adoptavi, quam idem vir doctus Atticismi recentioris esse demonstrat, et quam in Juliano constanter offendimus, e. g. Ep. XL. p. 74. Orat. VII. p. 275, B: θαῤῥεῖν. Orat. II. p. 79, C: ἐθάῤῥουν. Caes. p. 328, D: ἐθάῤῥει. Ib. p. 336, B: θαῤῥῶν. Quibus omnibus locis consentiunt codices cum Edd.

L. 6. ἀντιβλέψαι δυσχερὲς,] Sententia cum aliorum, tum Juliani usu trita. Majestatem aliquam in eo esse, cujus non sustinetur aspectus, ipsa natura docet. Itaque, narrante Suetonio in D. Octav. Aug. c. LXXIX., gaudebat Augustus, si quis sibi atrius contuenti quasi ad fulgorem solis oculos submitteret; unde Julianus illustratur de eodem Augusto scribens in Caes. p. 309, B: οὐδένα γὰρ οἱ τῶν πάντων ἀντιβλέπειν ἠξίου. quae verba perperam redduntur: *nec quenquam se ex adverso intueri sustinebat;* potius ita valent: *nec enim voluit, ullum omnium ex adverso se intueri.* Temere ac invitis ipsius non minus, quam meis codicibus Spanhemius ejus loci scripturam sollicitavit in Caesarum Versione gallica *Preuves des Remarques* p. 22. nr. 134. ubi pro verbis οἱ τῶν πάντων esse legendum conjecit τῶν οἱ ἀπαντούντων, q. d. *sibi occurrentium;* quae caeteroqui soloecismo laborat emendatio, quum ἀπαντώντων scriptum oportuisset. Caeterum ibidem a Spanhemio similia congesta sunt scriptorum loca, quae τοῦ ἀντιβλέπειν difficultatem exponunt. Inter illa Julianus praeter hunc locum comparet Ep. XL. p. 73. ubi legitur: ταῖς ἡλίου μαρμαρυγαῖς ἀντιβλέπειν τολμῶντες. Addam ex Juliano Caes. p. 307, D. ubi Saturni solium adeo fuisse splendidum ait, ὥστε οὐδεὶς οἵός τε ἦν ἀντιβλέπειν. mox adjiciens, intuentibus idem evenire, ὅπερ οἶμαι πρὸς ἥλιον, ὅταν αὐτοῦ τῷ δίσκῳ τις ἀτενέστερον προσβλέπει, vel potius προσβλέπῃ, prout in quatuor codicibus scriptum inveni. Porro Xenophontis adjiciam verba Cyrop. III, 1. 23: οὓς σφόδρα φοβηθῶσιν, τούτοις οὐδὲ — ἀντιβλέπειν δύνανται. ac Dionis Chrysostomi Orat. VIII. p. 132, C: τοὺς χαλεπωτάτους καὶ ἀμαχωτάτους, οἷς οὐδεὶς δύναται ἀντιβλέψαι τῶν Ἑλλήνων.

L. 6 *sq.* *ἦπον τὴν πάνσοφον ἁρμονίαν*] Edd. *ἦ που*. Correctionem jam e codice H. cl. Boissonade indicaverat ad Nicetam p. 274. Adsentientem habui codicem G. Locutio ducta mihi videtur e placito Pythagoraeorum, quos statuisse constat, in motibus sphaerarum corporumque coelestium fieri harmoniam. Igitur valere poterit in genus dicendi, quod sententiarum verborumque ratione splendidum sit ac legitimum.

L. 8. *Πανὶ μέλος λιγυρὸν*] Epitheton Panis cantibus ab Homero tribuitur, e. g. Hymn. in Pan. vs. 24. ubi est: *λιγυρῇσιν ἀγαλλόμενος φρένα μολπαῖς.*

Ibid. *πᾶς ὅστις ἐκσταίη*] Tam hoc, quam vicino loco, qui *πᾶς ὅστις ἠρεμοίη* tenet, cum in utroque codice meo, tum in omnibus Edd. *πᾶς ὅστις* expressum est. Itaque cavi, ne *πᾶς τις* cum Vigero scriberem, qui locum nostrum in libro De Idiot. attulit p. 149. ed. Zeune (p. 151. ed. Herm.), ubi *πᾶς τις* idem ac *ἕκαστος* in graeco sermone valere docetur. Vulgatae scripturae suffragantur alia Juliani loca, v. c. Orat. VII. p. 207, D: *πᾶς ὁστιςοῦν.* Ad Themist. p. 255, C: *πάνϑ' ὁντιναοῦν.* Similiter *οὐδεὶς ὅστις* occurrit Orat. V. p. 178, C. ubi suffecisset *οὐδείς.*

Ibid. *κἂν Ἀριστα῀ος ᾖ,*] Vulgo *κᾆν*, ut passim. *Ἀριστα῀ος*, pro quo codex Baroc. *ἄριστος* exhibet, mellis oleique habebatur inventor, ut praeter alios e priscis enarravit Al. Natalis Mythol. l. V. c. 19. Sed in tota Aristaei historia nihil inveni, quod ad musicen pertineat, indeque allusionem satis explicet. Veri tamen similius est, ex *ἀριστα῀ος* corruptum esse *ἄριστος*, quam contra; quare nihil mutavi.

L. 9. *καὶ Ἀπόλλωνι πρὸς κιϑάραν ψάλλοντι πᾶς ὅστις ἠρεμοίη,*] De Apolline citharoedista locus est apud Homerum Hymn. in Apoll. vs. 201. 204:

— *Αὐτὰρ ὁ Φοῖβος Ἀπόλλων ἐγκιϑαρίζει.*
Οἱ δ' ἐπιτέρπονται ϑυμὸν μέγαν, εἰςορόωντες.

Quum vulgatum esset *ἠρεμεῖ*, ut est in codicibus GH., fide codicis Barocciani scripturam assimilavi praecedenti Optativo *ἐκσταίη*, quem omnes libri tenent.

L. 10. *κἂν τὴν Ὀρφέως μουσικὴν εἰδείη*] Solum Interpretem haec verba fugerant.

L. 11 *sq.* *εἰ μέλλοι τό, τε οἰκεῖον, καὶ τὸ οὐ χεῖρον τί ἐστι γινώσκειν*] «Expungenda vox *χεῖρον* et *μὴ* pro *οὐ* ex veteri codice substituendum.» Petav. — Cui citra necessitatem obtemperavit Spanhemius. Revocavi veterem lectionem, quam codices mei probant, praeterquam quod in G. ad instar Petaviani codicis *μὴ* scriptum est pro *οὐ*. Commoda est dicendi formula *οὐ χεῖρον*, quam *ἀντὶ τοῦ βελτίον* usurpari notavit Suidas. Ipse Julianus illam adhibuit Orat. I. p. 21, B. ubi legitur: *ὑπὲρ ὧν οὐ χεῖρον ἐν βραχεῖ προειπεῖν.* quem ad locum uberrime de hoc usu commentatur Schaeferus p. XIII. Quisquis locum nostrum attendens intelliget, istam formulam bene respondere superioribus verbis *τῷ κρείττονι*, sicuti *τὸ οἰκεῖον* aequiparat antecedens *τὸ ἧττον.*

L. 12 *sq.* *ἐνθέῳ μουσικῇ θνητοῦ ἐναρμόσαι μέλος*] Primum vocabulum, cui vicinum opponitur *θνητοῦ*, recepi e codicibus Baroc. et Voss., quum *ἐνθέσμῳ* scriptum sit in libris reliquis. Id, quod expressi, non alienum est ab Juliano, qui *σοφίαν ἔνθεον* dixit Orat. IV. p. 152, D. et adverbiali forma vocem eandem repetit Orat. VII. p. 215, B. ubi est: *ἐνθέως φιλοσοφήσας*, i. e. *afflatu divino philosophatus.* — In caeteris verbis nihil mutavi, quanquam in codicibus leves occurrebant scripturae differentiae. Tenet enim cod. G: *θνητὸν ἁρμόσαι μέλος.* cod. H: *θνητοῦ ἀϋναρμόσαι* (sic) *μέλος.* Baroc. *θνητὸν ἀνθαρμόσαι μέλος.* non *ἀνταρμόσαι*, ut ex eo codice refertur in margine Spanh.

L. 13 *sq.* *τὸ Μαρσύου τοῦ Φρυγὸς πάθος,*] Pervulgata est fabula de Marsya tibicine, qui Apollinem in certamen musices provocavit, victusque temeritatis poenas dedit, cute nimirum detracta. Vide ad instar omnium Al. Natalis Mythologiam l. VI. c. XV. Quod statim de cognomine fluvio memoratur, ibi quidem haud enarratum est; ex aliis tamen scriptoribus constat, quorum brevissimi adponam verba. Ita post traditam Marsyae excoriationem scribit Platonis Scholiastes, cujus Variam Lectionem Creuzerus edidit in calce Plotini De Pulcr. p. 533: *καὶ τοσοῦτον αἷμα ἐῤῥύη, ὡς ποταμῷ εἰκασθῆναι καὶ τοαποτοῦδε τὸν ποταμὸν Μαρσύαν κληθῆναι.*

L. 15 *sq.* *τὴν Θαμύριδος τοῦ Θρᾳκὸς τελευτὴν*] Cod. Baroc. *Θαμύρου*, sicut alibi vulgatum est, v. c. in Platone De Leg. VIII.

post initium. Aeque nota est haec fabula, cujus fontem habes in Homero Iliad. II, 595 sqq. Quam multi scriptores illam celebrarint, videre est in Fabricii Bibliotheca Graeca Vol. I. p. 301. ubi noster quoque locus excitatur. Conf. Erasmi Adagia p. 1593. tit. *Cum Musis certare.* Concinnatam e veteribus Thamyris historiam exhibet Al. Natalis Mythologia l. VI. c. XIV.

L. 17. Τί γὰρ δεῖ τὰς Σειρῆνας λέγειν,] « De Sirenum pennis Aelianus Hist. Anim. XVIII, 23. » Petav. — Adde Eustathium in Iliad. A, 201. qui copiose de Sirenum alis disputat, quas Musae cum illis cantu certantes eripuisse, suisque capitibus ut victoriae signum imposuisse feruntur. Sirenum cantus, ut quibus respondere difficile sit, iterum ab Juliano memorantur Orat. VIII. p. 240, B.

Ibid. ὧν ἔτι τὸ πτερὸν] Post ἔτι ex scholio, puto, additur in codice G: τὸ σύμβολον τῆς νίκης. Caeterum ab Interprete male vertebatur: *quarum eae quae cantu vicerunt, alam in fronte adhuc gestant.*

Pag. 77. *L.* 1. ἀρκοῦσαν] Perperam ἀρκούσης in cod. G.

L. 1 *sq.* τῇ μνήμῃ δίκην] Cod. G: δίκην τῇ μνήμῃ.

L. 3. τὴν Ἀπόλλωνος μαντείαν] Cod. H. vitiose tenet Ἀπόλλω. Recte vero et ad instar Orat. IV. p. 135, D. codex meus Ἀπόλλω scribit Ib. p. 143, D. nempe pro Accusativo Ἀπόλλωνα, quem exhibent Edd.

Ibid. προσιοῦσαν] Male προσιοῦσιν in codice H.

L. 5. τοῦ μέλους τὸ ἐνδόσιμον] Τὸ ἐνδόσιμον proprie prolusionem musicorum indicat, ex potestate verbi musicis usitati ἐνδιδόναι τινὶ μέλος, *canticum injicere, praecinere, praeire.* Vid. H. Stephani Thes. T. I. p. 996, 9. Inde metaphorice pro ansa vel occasione oblata cum ab aliis usurpatur, tum ab Juliano praeter hunc locum Ep. XIX. p. 27. ubi sunt verba: Ταῦτά σοι προσπαίζομεν, ἀφ' ὧν αὐτὸς γράφεις, τὸ ἐνδόσιμον εἰς σὲ τῆς παῤῥησίας λαμβάνοντες. Uterque locus in Erasmi Adagiis adfertur p. 1387. et e praecedenti quidem docetur, ἐνδόσιμον esse quod chorodidascalus coetui chorove praecinit, cui ad rhytmi finem a cunctis simul respondetur. Gesnerus quoque ad Lucianum Alex. c. 19. (T. V. p. 404. ed. Bipont.) locum nostrum exempli gratia posuit, illumque a Budaeo explicari, totumque hoc ἐνδόσιμον copiose illustrari notavit.

L. 5 *sq.* *τῷ παρὰ σαυτοῦ λόγῳ*] Haec verba, quae Spanhemius e codice Baroc. recepit, in reliquis libris desunt, forteque scholio debentur.

L. 6. *Ἑρμοῦ ῥάβδῳ*] De hoc vide Observat. ad Ep. XL. fin.

L. 8. *τὸν Θύρσον κρούσαντι*] Perperam in omnibus Edd. et in cod. H. scribitur *Θύασον*. Jam tamen in Petavianis Notis ita positum est: « Baroc. codex, *Θύρσον κρούσαντι*. aliàs *κρούσαντες*. » Quam deinde notulam in hunc modum adulteravit Spanhemius: « Baroc. *Θύρσον κρούσαντες*. » Caeterum *κρούσαντες* in meorum librorum nullo comparet, qui omnes recte *κρούσαντι* tenent. Praeter codicem Baroccianum ita, ut edidi, repraesentat meus G., nec aliter expressit Hemsterhusius ad Lucianum Nigr. c. 37. (T. I. p. 291. ed. Bipont.), ubi adlatum hunc locum comparat cum solemni scriptoribus dicendi genere: *τῷ Διονύσῳ μαίνεσθαι*.

L. 9. *ἀντηχήσωμεν*] Sic uterque codex meus et Edd. antiquissimae. Minus bene scriptum est *ἀντηχήσομεν* in Edd. Petav. et Spanh. Vide Obss. ad Ep. XL. p. 71. lin. 5.

L. 11. *τῶν λόγων, οὓς βασιλεῖ κελεύσαντι*] « An de Hellesponto a Xerxe juncto loquitur? » Petav. — Ejusmodi scripta non extant inter Juliani reliquias, jamque deperditis illius operibus adnumerata sunt a Spanhemio Praef. ad Juliani editionem p. III. Temere Fabricius Bibl. Gr. Vol. VI. p. 726. ubi de Juliani Orationibus I. et II. disputat, easdem hoc loco memorari dixit; certum enim est, in illis Orationibus nusquam fieri mentionem de freti cujuspiam junctione. Exinde quod *λόγοι* Imperatoris jussu dicuntur elaborati, liquidum fit, Julianum adhuc privatum, vel ad summum ubi Caesaris dignitate fruebatur, illos composuisse. Haud incredibile videbitur, Constantium aliquando dedisse adolescenti Juliano certa quaedam argumenta, quibus in amplificandis adornandisque probaret ille studium eloquentiae; haec inter exercitia styli referretur, quodcunque loco nostro significatur. Idem sensit Bleterius in *Vie de Julien* p. 22. ubi, citata in margine hac Epistola, res eadem adfirmatur, quam conjiciendo proposui. Nihil arbitrari vetat, argumentum operis tale fuisse, quale Petavio in mentem venit; accedit conjecturae probabilitas, quando memineris, Julianum ad illud Xerxis celebre factum allusisse Orat. II. p. 70, A. ubi, praesente quidem Con-

stantio, reges memorat σχεδίᾳ τὰς ἠπείρους, ἐπειδὰν ἐθέλωσι διαβαίνειν, συνάπτοντας, i. e. *qui, cum maria trajicere volunt, ratibus continentes inter se committunt.* — Caeterum per τῶν λόγων non *Orationes*, ut hactenus acceptum fuit, sed *Orationem* intellexi; nam quod praesenti loco plurali numero expressum est, inferius per Singularem effertur, ubi occurrit: Πρόσχες δὴ καὶ αὐτὸς τὸν λόγον. ac postea: αὐτός τε ὁ λόγος εὐτυχεῖ, καὶ ὁ ποιητὴς αὐτοῦ. Nihil autem insolentiae habet Pluralis οἱ λόγοι, quo significatur orationis genus aliquod; ita Aelianus Var. Hist. XIV, 33: ἐπάκουσον τῶν λόγων, ubi dissertatio philosophica intelligitur; similiter Ibid. c. 47. et alibi. De scripto sermone rursus ait Julianus Orat. IV. p. 158, A: ἐποιούμην τοὺς λόγους, *institui orationem;* in qua nempe versor. Fragm. p. 304, D: οὐδὲν δὲ ἄτοπον εἰς τοῦτο μοι τοὺς λόγους λῆξαι, q. d. *Sed absurdum non erit, si institutam disputationem hoc in loco desinam.*

L. 12 *sq.* ἐπειδὴ τοῦτό ἐστι δοκοῦν] Quum vulgatum esset ἐπειδὰν, Spanhemius e codice Baroc. meliorem adoptavit scripturam, quam probat meus H. Alter codex meus ἐπεὶ δὲ scribens eodem ducit. Quod in Barocciano cum articulo scriptum est τὸ δοκοῦν, alibi nusquam inveni.

L. 13 *sq.* ἀντὶ μεγάλων τῶν παρὰ σοῦ, καὶ τῷ ὄντι χαλκὰ χρυσῶν] Petavii jussu Spanhemius e codice Baroc. τῶν adoptavit, quum antea τοῖς vulgatum esset, ut est in codice H. Meliorem scripturam agnoscit codex G. — Omnes Edd. et cod. H. tenent χαλκὸν χρυσοῦ. Secutus sum Baroccianum codicem, quem accedit meus G. scribens inverso ordine χρυσᾶ χαλκῶν. Pluralis autem numerus in Homero locum habet, ad quem alludi notavimus ad Ep. XIX. p. 244.

L. 15. τὸν Ἑρμῆν τὸν ἡμέτερον ἑστιῶντες] Vulgo Ἑρμὴν. Rursus eundem Jamblichum τὸν ἡμέτερον Ἑρμῆν appellavit Ep. LIII. p. 103. Intelligitur Ἑρμῆς λόγιος, de quo videas Obss. ad Ep. XXXIV. p. 319. quae eidem inscribitur Jamblicho. — Verbum ἑστιᾷν sensu metaphorico jam in antecedenti occurrebat Epistola ad Jamblichum p. 75. ubi legitur: τοῖς παρὰ σαυτοῦ καλοῖς ἑστιᾷν μὴ κατόκνει. Similiter Lucianus Conv. S. Lap c. 2. (T. IX. p. 46. ed. Bipont.): ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ἑστιῶν ἡμᾶς ἡδίστην ταύτην ἑστίασιν.

L. 16. *τῆς Ἑκάλης ὁ Θησεὺς τοῦ δείπνου*] Hecale scilicet, nus paupercula, Theseum hospitio excepisse, egenamque oenam illi adposuisse fertur, quam is non detrectaverit. Cujus abulae praeter *Nostrum* Plutarchus in Theseo meminit; quare panhemius utrumque scriptorem citavit ad Callimachum Hymn. n Apoll. v. 106. (T. II. p. 147. ed. Ernesti). Itaque *Hecales oena* proverbialiter de frugali admodum tenuique apparatu fferri solet, ut in Erasmi Adagiis declaratur p. 662. ubi noster uoque locus adponitur. Quoniam in eo Thesei mentio fit, osthabui scripturam codicis G. qui e correctura repraesentat Ἑκάτης. Usurpatur tamen *Hecatae* quoque *coena* proverbialiter le perparco victu; sive quod apud inferos minimo cibo eoque ilissimo vivitur, ut vult Erasmus in Adagiis p. 657.; sive quod lecates sacrificium pisce constabat vilissimo, ut contra Erasnum opinatur H. Stephanus in Animadvv. ad Erasmi Adagia p. 40.

L. 17 *sq.* *ὁ Πὰν δὲ ὁ Νόμιος*] Praemittitur *καὶ* in codd. neis. Epitheton *νόμιος*, quod officio nominis appellativi funitur apud Homerum Hymn. Εἰς Πᾶνα vs. 5. ubi est: *νόμιον θεὸν*, in proprium ac solemne Panis cognomentum cessit, licet t aliis Diis aliquando tribuatur, ut Apollini, Mercurio. Quaam de fabula cogitaverit *Noster*, mihi quidem incompertum st. Ejusmodi quidem preces in Theocrito leguntur Id. I, 128. bi, ad Pana conversus pastor talia rogat:

Ἔνθ', ὦ Ἄναξ, καὶ τάνδε φέρ' εὐπάκτοιο μελίπνουν
Ἐκ καρῶ σύριγγα καλὰν, περὶ χεῖλος ἑλικτάν.

ed haec allusionem non satis explent.

L. 19. *ἠτίμασεν.*] Cod. G: *ἠτίμασε.*

Ibid. Πρόσχες δὴ καὶ αὐτὸς τὸν λόγον.] A verbo *προέχω*, ujus Aoristus 2. *πρόεσχον*, Imperativus est *πρόσχες*, quem adotavi e codice G., quum absurde vulgatum esset in omnibus Edd. Ιρό σου. Emendatio non fugerat Interpretem, qui posuit *Accipe.* lectius tamen fuisset: *ante alios accipe.* Congruit sensus cum uperioris loci verbis: *πρῶτόν σοι τῶν λόγων — — — ἀπιρξώμεθα.*

L. 20. *ὀλίγῳ μέλει μεγάλην ἀκοὴν*] In animo habuisse vietur superius dictum *τοῦ μέλους τὸ ἐνδόσιμον.* Nam quod mico misit, proprie *μέλος* appellari non poterat, quoniam)ratio fuit.

Pag. 78. *L.* 1. ὁ λόγος εὐτυχεῖ] Hanc omnium Editionum lectionem probat codex H. In altero meo codice scribitur εὐτυχὴς, cui subaudiendum ἐστί.

L. 2. τῆς παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς ψήφου] Sensus in aperto est; quum autem adagii sit species, e Proverbiis Metricis laudabo vs. 374: Ψῆφος Ἀθηνᾶς. ex Erasmi Adagiis titulum p. 608: *Minervae suffragium*, ἡ Ἀθηνᾶς ψῆφος. quibus tamen locis exempla desiderantur scriptorum. Itaque citabo Lucianum Harmon. c. 3. extr. (T. IV. p. 143. ed. Bipont.), ubi occurrit: σὺ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς προστιθεὶς (scil. ψῆφον). quèm ad locum plura dabit Solanus in Annott. Ibid. p. 455.

L. 5. κληθεὶς ὁ θεὸς παρέστη,] Alludit ad nescio quam fabulam. Haud absonum est quod in Homero de Diomede legitur Iliad. V, 290: Ὣς φάμενος προέηκε· βέλος δ' ἴθυνεν Ἀθήνη. Quo tamen si respexisset *Noster*, formas usurpasset foeminini generis.

L. 6. καὶ κιθαρῳδῷ τὸν Ὄρθιον] Pro καὶ perperam est ἐν in codice H. Ad τὸν Ὄρθιον subintellige νόμον, vel μέλος, si cum codice G. scribere malis τὸ ὄρθιον. Pervulgatum est, Orthium modum sive Orthium carmen fuisse cantionis genus, quod in pugnam incitabat. Eustathius ad Iliad. λ, 11. inter alia tradit, Timotheo isto cantu utente Magnum Alexandrum ita fuisse commotum, ut statim ad arma prosiluerit.

L. 7. ὑπὸ τῷ τέττιγι τὸ ἴσον ὁ Πύθιος ἀντεφθέγξατο.] Hanc historiam vel potius fabulam, nulla quidem loci nostri mentione facta, sic enarrat Erasmus in Adagiis tit. *Acanthis cicada* p. 1726: *Strabo Timaeum citat auctorem, quondam in Pythiorum certamine Eunomum Locrensem et Rheginensem Aristonem in canendi certamen venisse; Aristonem Apollinem invocasse Delphicum, ut sibi canenti foret auxilio, quod a Delphis Rheginenses olim essent profecti. Eunomus respondit, Rheginensibus ne certandum quidem omnino de musica, apud quos cicada vocalissimum animal voce careret. Utrisque certantibus cum in Eunomi cithara una inter canendum chorda frangeretur, cicada supervolans astitit, ac vocem alioqui defuturam suo cantu supplevit. Atque ita victor declaratus, statuam citharoedi posuit, cum cicada citharae insidente.* In his miror, auxilium Eunomio contigisse, quum ab Aristone facta esset Apollinis invocatio.

EPISTOLA XLII.

Hujus monumenti, quod extat in codice H., nullis in libris inscriptio reperitur. Obvium est, non tam Epistolae, quam Edicti nomen istiusmodi scripto convenire. Sermo non ad unum quempiam, sed ad plures convertitur, ubi versus finem legimus ὑμεῖς. Conjicio, coetum intelligi vel ordinem eorum, qui inter Christianos florebant liberalium disciplinarum doctores. Similiter *Ad Medicos* universe scriptum est sub numero LXIV.

Ut obiter jam intendit Petavius in editionis Praefatione p. VI., insignis est hujus Edicti celebritas; de quo nempe scriptores ecclesiasticae historiae tractarunt Rufinus I, 32. Socrates III, 12. (a Suida descriptus in voce Μάρης T. II. p. 496.) Sozomenus V, 18. Theodoretus III, 8. ne jam recentiores excitem. Et praeter consilium historiae scribendae hoc edictum attigerunt Ambrosius contra Symmach. Relat. 1. Augustinus Confess. VIII, 5. et alii; prae omnibus vero Gregorius Nazianzenus, qui Priore in Julianum Invectiva totis eloquentiae viribus id decretum insectatur, quod non solum ut inhumanum et crudele per sese, sed ut ecclesiae christianae perniciosum execratur et pestiferum; inprimis p. 96, D. (ed. Bill.), ubi est: Πόθεν οὖν ἐπῆλθε σοι τοῦτο, ὦ κουφότατε πάντων καὶ ἀπληστότατε, τὸ λόγων ἀποστερῆσαι Χριστιανούς; τοῦτο γὰρ οὐ τῶν ἀπειλουμένων ἦν, ἀλλὰ τῶν ἤδη νενομοθετημένων etc. Gravior porro est, quam ut silentio prematur, gentilis scriptor a partium studio satis alienus, Ammianus Marcellinus, cujus verba sunt lib. XXII. c. X. fine: *Illud autem erat inclemens, obruendum perenni silentio, quod arcebat docere magistros rhetoricos et grammaticos, ritus christiani cultores.* Labente tempore hoc edictum ut vexationis, quam ab Juliano Christiani passi sunt, insigne documentum adeo frequentatum est, ut ejus argumentum ansam praeberet peculiarium Dissertationum, quarum uberem catalogum exhibet Fabricius in Luce salut. Evang. cap. XIV. p. 302 sqq., qui et ipse maximam hujus opusculi partem graece latineque delibavit, ubi de Christianorum persecutione tractavit ab Juliano patrata. Valesius ad Ammianum Marcellinum l. c. notavit, edicti hujus partem esse videri Codicis Theodosiani Legem V. *De Medicis et Professoribus;* eandem vero Legem postea a Valentiniano abrogatam e

christianos Professores thronis suis restitutos esse Lege V. ibid.

De causis Edicti hujus eruditos dissentire cognovi. Vulgo quidem existimatur, Julianum, ut Christianos a Gentilium lectione librorum interdiceret, a mero christiani nominis odio fuisse adductum; ita ut hoc pacto sensim ad inscitiam et barbariem detrudi Christianos voluerit. Aliquos tamen video ita sentientes, ut dicant, talia hunc Imperatorem eo consilio decrevisse, ut absurdas impiasque fabulas, quae in Gentilium scriptis asservantur, Christianorum cognitioni subduceret, ne hi confutatis illis vel irrisis fabulis in contemtum raperent cultum Deorum. Sic opinantur Elias Schedius De Diis Germanis p. 639. Rollinus *Traité des Etudes* T. II. p. 301. quem sequitur Jondotus *Histoire de l'Empereur Julien* T. II. p. 119. Facile sententiam utramque conjunxeris. Causas, quas ipse Julianus praetendit, a verioribus arbitratu suo diligenter secernit Gregorius Nazianzenus l. l. pag. 51, B.

L. 11. Παιδείαν ὀρθὴν] Recte Wyttenbachius Ep. Crit. p. 37. (p. 256. ed. Schaefer.) monuit, hoc initium cum aliqua lectionis varietate servari apud Suidam voc. Παιδεία. Videlicet Suidas T. III. p. 66. explicita voce Παιδεία per ἡ παίδευσις, locum hunc adposuit usque ad verba ἀνὴρ εἶναι. Auctor vero fragmenti nec a Suida, nec ab ejus editoribus indicatus est.

L. 11 *sq.* ῥήμασιν, οὐδὲ τῇ γλώττῃ] Suidas: ῥήμασι καὶ τῇ γλώττῃ.

L. 13. πολυτελῆ εὐρυθμίαν] Firmat codex vulgatam hanc scripturam, pro qua Suidas πολιτευομένην εὐρυθμίαν exhibet. Probavit quoque Wyttenbachius l. c. extantem in Juliano lectionem, adlatis Themistii verbis Oratt. XXIV. p. 300, D: πολυτελεῖς λόγους. XXVI. p. 323, C: φωνῇ πολυτελεστέρᾳ κεχρῆσθαι. Passim tamen, ut idem vir doctus adjecit, apud illius aevi scriptores πολιτεύεσθαι esse valet.

L. 14. ὑγιῆ] Hanc vocem omittit Suidas.

L. 15. ὑπέρ τε ἀγαθῶν καὶ κακῶν,] Edd. incommode post ἀγαθῶν iterant particulam τε, quam codex aeque ac Suidas ignorat.

L. 16. καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν] Vitiose καλῶς in Ed. Petav. — Pro illis verbis, quae non aliter in codice scribuntur, exhibet

Suidas: *καὶ ἐσθλῶν τε καὶ αἰσχρῶν.* Junctura nostrae simillima est apud Platonem Crit. §. 7. p. 78. (ed. Biester.), ubi habes: *περὶ αἰσχρῶν καὶ καλῶν, καὶ ἀγαθῶν καὶ κακῶν.*

L. 16 *sq.* *Ὅστις οὖν ἕτερα μὲν φρονεῖ, διδάσκει δὲ ἕτερα*] Rursus inferiori loco p. 79: *ἕτερα μὲν φρονοῦντες, διδάσκοντες δὲ τοὺς πλησιάζοντας ἕτερα.* Similiter Orat. VII. p. 233, C: *μὴ λέγων μὲν ἄλλα, φρονῶν δὲ ἕτερα.* Quibus locis adumbratur Homerus scribens Iliad. IX, 313: *Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ.* qui versus, itidem auctoris nomine tecto, usurpatur apud Lucianum Apol. pro Merc. Cond. c. 6. (T. III. p. 274. ed. Bipont.) Calum. Non Tem. Cred. c. 24. (T. VIII. p. 51. ed. Bipont.) et apud Pseudo-Lucianum in Philop. c. 18. (T. IX. p. 256. ed. Bipont.). Theognidis est similis versus 98: *Ὅς κ' εἴπῃ γλώσσῃ λῷστα, φρονεῖ δ' ἕτερα.* Simile est Sallustii dictum Cat. c. X: *aliud clausum in pectore, aliud in lingua promtum habere.* Idem ac Julianus sensit Demosthenes Orat. de Cor. p. 352, C. (ed. Wolf.), ubi legitur: *Τί δὲ μεῖζον ἔχοι τις ἂν εἰπεῖν ἀδίκημα κατ' ἀνδρὸς ῥήτορος, ἢ μὴ ταὐτὰ καὶ φρονεῖν καὶ λέγειν;*

L. 17 *sq.* *δοκεῖ τοσούτῳ παιδείας*] Ita cod. cum Edd. Tenet Suidas: *τοσούτῳ δοκεῖ τῆς παιδείας.*

L. 19 *sq.* *κακὸς μὲν εἰς τόδε, ὅμως τῷ τοσῷ γίνεται.*] Sic apud Petavium et Spanhemium expressum est. Posterius membrum insolitam locutionem referre mihi quidem videtur; apte tamen ad sententiam vertit Interpres. Vide ne vitiata sit scriptura. In Ed. Ald. scriptum est *κακὸν* et *ποσῷ.* quorum posterius et a Martinio et a codice meo probatur, qui quidem hiulce sic exhibet: *κα εἰς τὸν δε· ὅμως τῷ ποσῷ γίνεται.*

L. 2. *καπήλων ἐστὶν,*] Martinius in margine talem notulam posuit a sequentibus Editoribus omissam: « *Allegoria a cauponibus, qui cibos corruptos et malos condiunt, ut vendant.* » Adposite Suidas T. II. p. 241: *Καπηλικῶς· ἀντὶ τοῦ πανουργικῶς. ἐπεὶ οἱ κάπηλοι ὀνθυλεύουσι τὸν οἶνον, συμμιγνύντες αὐτῷ σαπρόν.* Latiori deinde potestate *κάπηλος* de quibusque fraudatoribus usurpatum est. Conf. Creuzerus ad Plotinum De Pulcr. p. 466. Speciatim iniquos foeneratores illa voce notavit Julianus Misopog. p. 350, A. Pag. 79.

L. 3 *sq.* *ὅσα μάλιστα φαῦλα νομίζουσιν*,] Codex primo loco dedit *ὅσα*, ubi *ἃ* vulgatum erat. Sic inferius p. 80: *ὅσα μὴ νομίζουσιν εὖ ἔχειν.* et alibi, v. c. Ep. IV. lin. 3.

L. 5. *οἶμαι*] Ed. Ald. cum codice perperam *εἶναι* tenet. Solemnis est utriusque verbi confusio. In Juliano Orat. III. p. 106, C. ubi vulgatum est *εἶναι*, codex meus cum Voss. tenet *οἶμαι*. Incertus ibi eris, utrum praeferendum sit.

L. 8. *μεταχαρακτηρίζοντας*,] Sic omnes Edd. praeter Aldinam, quae *μεταχαρακτηρίζοντα* tenet. Verbum a Lexicis alienum est; ejus tamen vim ex analogia talem esse assequimur, ut *mores transformare*, h. e. *simulare* valeat. Nihili est codicis vocabulum *μεταχαρίζοντα*, quod forsan ex *μεταχειρίζοντα* corruptum fuit. Quaecunque vera fuerit illius vocis scriptura, locus non undique sanus habebitur. Aliquod verbum desideramus, quod expleat locutionem *τοῖς δημοσίᾳ*. vix enim sufficiet subintelligere *δοξάσμασι*. Neque placet ordo verborum, quae luculentius ita procederent: *καὶ μὴ, μεταχαρακτηρίζοντας, μαχόμενα τοῖς δημοσίᾳ τὰ ἐν* etc. Videant acutiores, an emendando vel interpretando aptius quid eliciant.

L. 10. *ὅσοι ἐπὶ λόγοις τοῖς νέοις συγγίγνονται*,] Petavii jussu commode sic ordinavit verba Spanhemius, ante quem vulgabatur: *ὅσοι ἐπὶ νέοις τοῖς λόγοις συγγίνονται.* sicut et in codice legitur, nisi quod adest forma *συγγίγνονται* a nobis recepta. Ad instar nostrae lectionis procedit sermo Luciani Demon. c. 31. (T. V. p. 245. ed. Bipont.), ubi occurrit: *ἐπὶ παιδείᾳ τῷ βασιλεῖ συνεσόμενος.*

L. 11. *γενόμενοι*] Cod. *γιγνόμενοι.* non male.

L. 15 *sq.* *ἐπαγγελμάτων καλῶν*] Perperam in codice scribitur *ἐπάγγελμα.* *Τῶν καλῶν* etc. Praecedenti versu codex idem post *τοῦτο* comma ponit, quod ante *τοῦτο* collocatum est in omnibus Edd. Nihil id ad sententiam refert.

L. 17. *φρονοῦντες*, *διδάσκοντες*] Sic Edd. omnes. Minus bene *φρονοῦντας*, *διδάσκοντας* in codice scribitur.

L. 20. *Θεοὶ πάσης ἡγοῦνται παιδείας.*] Eandem sententiam paulo latius expressam iterat Julianus apud Cyrillum lib. VII. p. 235, B. ubi pariter adversus Christianos scriptum est: *παιδεύουσιν ἡμῶν αἱ Μοῦσαι σὺν Ἀσκληπιῷ καὶ Ἀπόλλωνι καὶ Ἑρμῇ λογίῳ τὰς ψυχάς.* Adde Fragm. p. 300, D.

L. 3. Οὐ μὴν ἐπειδὴ τοῦτο] « Deesse quaedam suspicor ad sententiae et orationis integritatem. » Petav. — Ut commodam, qualem Interpres expressit, sententiam assequamur, aliquid addendum videtur post μεταθεμένους. Dubito enim, an exemplis probetur, quae per se commoda foret, locutio: μετατίθεμαι τινὶ, *alicujus causa sententiam muto*, vel *alicujus sententiae me accommodo.* Libri minime variant. Pag. 80.

L. 5 *sq.* βουλομένους δὲ] Codex male caret particula δὲ, quam omnes Edd. exhibent.

L. 7. οὔτε τούτων τις, οὓς ἐξηγοῦνται] Ed. Mart. cum codice meo scribit ἐξήγηνται. Caeterum in codice totus locus depravatur; omissis enim aliquot verbis ita legitur: οὔτε τούτων οὓς ἐξήγηνται καὶ κατεγνωκότες ἀσέβειαν, ἄνοιαν τε καὶ πλάνην εἰς τοὺς θεούς· ἔπειτα ἐκεῖνοι etc.

L. 11. πάντα ὑπομένειν.] Licet omnes libri πάντως exhiberent, emendationem adoptavi ab Hemsterhusio propositam ad Lucianum Necyom. c. 5. (T. III. p. 338. ed. Bipont.) Ostendit vir doctus, scriptorum usu consecratam esse dicendi formulam πάντα ὑπομένειν. Addam, Julianum illa uti Orat. I. p. 42, B. similemque locutionem πάντα ὑπομένειν πόνον ab eodem scriptore frequentari, v. c. Oratt. I. p. 36, D: πάντα ὑπέμενον ἡδέως πόνον. VI. p. 188, C: πάντα ὑπέμειναν πόνον. Ibid. p. 198, B: πάντα ὑπομένειν πόνον.

L. 13. ἐπικρεμάμενος φόβος] Familiare *Nostro* dicendi genus, e. g. Orat. I. p. 20, C: ἐπικρεμασθέντων — φόβων. Ad Themist. p. 259, B: τὰ ἐπικρεμασθέντα. Ad S. P. Q. Athen. p. 277, A: ἐπικρεμάμενον δέος. — Suidas T. I. p. 816: Ἐπικρεμαμένου· ἐπικειμένου.

L. 14. ὑπὲρ τῶν θεῶν] Pro ὑπὲρ in Ed. Ald. sicut in codice meo perperam ὑπὸ scribitur. Vicissim e codice A. legerem ὑπὸ in Fragm. p. 300, A., ubi vulgatur ὑπὲρ ζόφον.

L. 2. Γαλιλαίων] Codex: Γαλιλαίων. (sic). Pag. 81.

L. 3. Ματθαῖον καὶ Λουκᾶν] Utrumque rursus, et quidem insequentibus caeterorum Evangelistarum nominibus, appellare non dedignatus est apud Cyrillum lib. X. p. 327. Duos igitur illos prae aliis sprevisse videtur. — Iterum ab Juliano carpuntur Christiani, quod graecis litteris operam impenderint, apud Cyrillum lib. VII. p. 229, C.

Ibid. *οἷς πεισθέντες*] Ubi haec verba sedent, ibi codex spatium offert vacuum, idque duabus partibus majus, quam quod istis verbis expleretur. Et in sequentibus nonnulla leguntur inconcinna; quare de contextus integritate dubito, licet nec in codice, nec in Edd. ullum adsit indicium defectus.

L. 5. *τὰς ἀκοὰς, ὡς ἂν ὑμεῖς εἴποιτε, καὶ τὴν γλῶτταν ἐξαναγεννηθῆναι*] « Christianis illudit usu trito apud eos usurpato vocabulo. *Ἀναγέννησις* de baptismo et novi hominis reformatione passim accipitur, ac studiorum morumque mutatione. Itaque Christianis gentilium lectione librorum interdicens, ait illos se velle aures ac linguas ab ejusmodi scriptorum consuetudine purgatas habere, ut ea deposita quodam modo renascantur. » Petav. — Si missa allusione proprio stylo voluisset uti Julianus, *ἐκκαθαρθῆναι* scripsisset ad instar Orationis VII. p. 225, B. ubi legitur: *τὴν γλῶτταν ἐκκαθαρθῆναι.* Similiter Ibid. p. 205, A: *τὰς ἀκοὰς καθαρὰς ἔχειν.* p. 216, C: *ἀκαθάρτους ἀκοάς.* quem quidem locum Socrates attulit in Hist. Eccl. lib. III. c. 23.

L. 6 *sq.* *ὅστις ἐμοὶ φίλα νοεῖ τε καὶ πράττει*] Homerum imitatur, cujus verba sunt Odyss. XV, 358 sq.:

— ὅστις ἔμοιγε
Ἔνθαδε ναιετάων φίλος εἴη, καὶ φίλα ἔρδοι.

L. 8. *φοιτᾷν*] Subintelligitur *εἰς διδασκάλους*, quae verba praeter alios, praesertim recentiores, Julianus expressit Misopog. p. 351, A. Passim a scriptoribus *εἰς διδασκάλου* vel *εἰς τὰ διδασκαλεῖα* cum illo verbo dici notum est. — Quum antecedenti loco litterarum scholae suppressae sint a christianis doctoribus habitae, necesse est ut hic eos intelligamus ludos, quibus praeerant e Deorum cultoribus magistri. Quos igitur ludos sequi permittitur adolescentibus. Istis tamen contraria sunt verba Sozomeni, qui universe Christianorum filiis ademtam fuisse tradit facultatem adeundi scholas, in quibus Graecorum docebantur litterae. Sic enim scribit ille lib. V. c. 18: *οὐδὲ τοὺς αὐτῶν παῖδας ξυνεχώρει ἐκδιδάσκεσθαι τοὺς παρ' Ἕλλησι ποιητὰς καὶ συγγραφέας, οὐδὲ τοῖς τούτων διδασκάλοις φοιτᾷν.*

L. 9. *Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ εὔλογον*] Secundi loci particula *οὐδὲ*, quanquam ab omnibus libris defensa, facile careremus, praesertim quum *οὐδὲ γὰρ εὔλογον* in Juliano legatur Fragm. p. 297, B.

302, A. 303, B. Nolui tamen ejicere. Plato quoque repetit adverbium in Phaedro prope finem scribens: *Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν σὸν ἑταῖρον δεῖ παρελθεῖν.*

L. 10. *ἐφ' ὅ,τι τρέπωνται*] Codex *τρέπονται*. male.

L. 11. *φόβῳ δὲ καὶ ἄκοντας*] Sic omnes Edd. praeter Aldinam, quae cum codice meo pro *δὲ* scribit *τοῦ*. Neutra scriptura satis explanat locum, circa quem excidisse nonnulla suspicor. Expectatur enim sententia fere contraria.

L. 12. *ἰᾶσθαι*] *Medendi* vocabulis uti solet Julianus, quoties de extirpandis erroribus vel morum emendatione loquitur. Idem illud verbum praeter Edicti finem redit in hac sententia Orat. II. p. 89, B: *τοὺς μοχθηροὺς δὲ ἐς δύναμιν ἰᾶσθαι, καθάπερ ἰατρὸς ἀγαθὸς προθυμήσεται.* ubi cum codice meo A. scribam *προθυμηθήσεται.* cujus abortus est illud *προθυμηθείσεται*, quod Edd. in margine ferunt. Sic porro dixit *ἁσιμον* Ep. LIX. p. 120. et *ἀνίατα* Ep. X. p. 15. Orat. II. p. 89, B. Quo etiam pertinet Ep. XL. p. 74. ubi *ψυχῶν ἐλλογίμων ἰατρὸν* Jamblichum appellat. Praeluxerat Plato, cujus e Protagora p. 312. haec verba: *περὶ τὴν ψυχὴν ἰατρικὸς ὤν*, et: *θεραπεύεσθαι τὴν ψυχὴν* obiter jam de hoc dicendi more tractans attulit Spanheimius in gallica Caesarum Versione *Preuves des Remarques* p. 24. med., ubi non omitti debebant loca Juliani.

L. 13. *συγγνώμην ὑπάρχειν*] Subintelligo *δεῖ* vel *ἔξεστι*.

Ibid. νόσον] Quae circa verbum *ἰᾶσθαι* notavimus, iis consentaneum est, quod *νόσος* et adfinia vocabula de vitiis usurpantur, quibus laborat anima. Quum igitur illorum vitiorum ex Juliani sententia turpissimum sit fides christiana, de hac potissimum ab eo scriptore frequentantur ejusmodi voces, e. g. Ep. XXVII. p. 48: *οὐκ ἐλήφθη τῇ νόσῳ.* Or. VII. p. 229, C: *θεραπεύσειν τῆς νόσου.* Apud Cyrillum lib. X. p. 327, B: *πολὺ πλῆθος ἐλαωκὸς — — ὑπὸ ταύτης τῆς νόσου.* Itaque *νοσεῖν* ac per oppositionem *ὑγιαίνειν* de profitenda Christianorum Gentiliumque religione valet Ep. LI. p. 94. ubi distinguitur inter *τὴν ὑγιαίνουσαν πόλιν* atque *τὸ νοσοῦν μέρος.* Itaque Deorum cultores *ἔχειν ὑγιῶς* dicuntur Ep. XXVII. p. 45.

L. 14. *διδάσκειν, ἀλλ' οὐχὶ κολάζειν χρὴ τοὺς ἀνοήτους.*] Sententiam similem habes Ep. LII. p. 102. hujusmodi verbis expressam itidem in Christianos valentibus: *λόγῳ δὲ πείθεσθαι*

χρὴ καὶ διδάσκεσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὐ πληγαῖς, οὐδὲ ὕβρεσιν, οὐδὲ αἰκισμῷ τοῦ σώματος. Confer tamen Obss. ad Ep. VII. *L.* 4. (Interpr. gall. nr. XXI. p. 434.)

EPISTOLA XLIII.

Extat haec in meo codice H. Licet uni viro sit inscripta, communem tamen publicamque rem spectat, eoque consilio missa videtur, ut per Hecebolum ad vulgi notitiam ferretur; quam ob rem in fine verba leguntur in Plurali posita. Haud igitur incommode scriptum id *Edicti* nomine passim designatur. Celebratum autem est a scriptoribus Juliani molitiones adversus Christianos recensentibus; quorum e numero laudasse sufficiat Baronium Annal. eccles. ad annum 362. cap. 14. (T. IV. p. 13. ed. Antverp.), qui totas latine attulit has litteras; Fabricium Luce salut. Evang. c. XIV. p. 307 sq., ubi graece latineque textus integer adponitur.

Pag 82. *L.* 4. Ἑκηβόλῳ.] Sic Edd. omnes. Nec aliter codex inscribens Τῷ αὐτῷ. nempe cui inscripta est Epistola XIX. quae in eo codice hanc antecedit. Diversos in binis inscriptionibus indicari viros, haud quidem probatur, sed veri tamen simile mihi videtur. Facilis est conjectura, praesenti loco principem intelligi magistratum ejus provinciae, in qua sita erat Edessa mox nominanda.

L. 5. Ἐγὼ μὲν κέκρικα τοῖς Γαλιλαίοις] Fortasse respicit Epistolam VII. Quo casu fides accederet opinioni, qua Epistolam illam pro fragmento habui longioris Rescripti. Praesenti enim loco pleniora laudantur decreta, quam quae altero monumento prodita sunt. Caeterum in codice scriptum est γαλιλαίοις, ut in eodem scriptum invenimus Epp. XXVII. p. 48. XLII. p. 81.

L. 7. μηδὲ εἰς ἄλλο] Codicem secutus sum. Edd. μηδ' εἰς ἄλλο.

L. 8. παρὰ τὴν οἰκείαν πρόθεσιν] Hinc intelligitur extitisse Christianos, qui se ultro, nullaque cogente necessitate, suppliciis offerebant. Quam rem aliunde probant Interpp. ad Lucianum De morte Peregr. c. 13. (T. VIII. p. 552. ed. Bipont.), ubi verba sunt: ἑκόντες ἑαυτοὺς ἐπιδιδόασιν οἱ πολλοί.

Ibid. οἱ δὲ τῆς Ἀρειανικῆς ἐκκλησίας] Temere Martinius in margine remittit ad Sozomenum VI, 34. ubi nihil, quod huc faciat, occurrit.

L. 9. Οὐαλεντίνου] Ex historia ecclesiastica notus haeresiarcha, de quo data opera Epiphanius egit Haeresi XXXI.

L. 10. Ἔδεσσαν] Cujus mentionem iterat Julianus Orat. IV. p. 150, C. ubi non opus est Spanhemii conjectura: «*f.* Ἔμεσαν.» Vide omnino de illo loco Bochartum Geogr. Sacr. p. 736. 811. Erat autem Edessa urbs Osrhoenae in Mesopotamia septentrionali. Tradit Sozomenus lib. VI. c. 1., Julianum in itinere contra Persas illam praetergressum esse; forsan propterea, quod haec civitas jam usque ab Apostolorum temporibus universa professa sit christianam religionem. Nescio, utrum editoris an typothetae culpa factum sit, ut in Ed. Mart. his litteris inscriberetur: *Edictum in Essenos.*

L. 11. αὐτοῖς] Codex: ἑαυτοῖς. non male.

L. 12 *sq.* εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν] Ut jam a Fabricio notatum est l. c., scommate hoc tangitur Christi dictum Ev. Matth. XIX, 24: εὐκοπώτερόν ἐστι κάμηλον διὰ τρυπήματος ῥαφίδος διελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. Vides, Julianum τῶν οὐρανῶν pro τοῦ θεοῦ posuisse. Crusius quidem ait Quaest. in Rhetor. p. 379., ubi de ironia tractatur, illudi sententiae hujusmodi: *Beati pauperes, quia eorum est regnum coelorum.* Sed non attendit vir doctus, apud Matthaeum V, 3., ubi tale Servatoris dictum extat, non simpliciter legi *pauperes*, sed *pauperes spiritu.*

L. 13. πρὸς τοῦτο συναγωνιζόμενοι] Cod. τοῦτον. Ed. Mart. συναγωνιζομένοις. utrumque vitiose.

L. 14. τοῖς ἀνθρώποις] Despectus aliquid inhaeret sic usurpato nomini, quod rursus de Christianis usurpatur Ep. LII. p. 102. et de quibusdam sycophantis Ad S. P. Q. Athen. p. 273, D. Similiter pro Philippi regis nomine ponitur ἄνθρωπος a Demosthene Olynth. III. p. 12., B. (ed. Wolf.) et de carnifice in Platonis quopiam loco.

L. 15. ἐκελεύσαμεν] Aoristus vim habet Praesentis. Per has enim ipsas, nec vero pridem datas litteras indicitur mulcta.

L. 16. τὰ κτήματα] Non tam fundos intelligo, quam dona votiva, vasa sacra et ejusmodi alia. Diserte Gregorius

Nazianzenus Adv. Jul. Orat III. p. 86, D. (ed. Bill.) huic Imperatori *σύλησιν* exprobrat *ἀναθημάτων τε καὶ χρήματων, καὶ σκευρῶν ἱερῶν ἁρπαγήν.* Cujus forte loci auctor de hoc in Edessenos auso cogitaverat. — Caeterum ista occasione Julianus adversus Christianos patrare non veritus est, quod in Gentiles committere summum nefas duxisset. Ipse enim *ἀσέβημα* vocavit *τὴν περὶ τὰ χρήματα τῶν θεῶν παρανομίαν*, Orat. II. p. 89, A.

Ibid. *πριβάτοις*] Glossarium graecum Du-Cangii: *Πριβάτα*, aerarium *Principis usibus dicatum.* Singulari quoque numero vocabulum efferebatur, ut e Suidae verbis colligimus T. II. p. 173: *Πριβάτου· Ῥωμαία ἡ λέξις.* Quum ademta privato sint aerario adjecta, non caret veri specie sententia Gregorii Nazianzeni, qui l. c. talia gesta non minus *avaritiae*, quam impietati tribuit.

L. 19. *προαγορεύομεν*] Cod. *προςαγορεύομεν.* male.

L. 20. *καθ' ὑμῶν αὐτῶν*] Praeter expectationem oratio sic in modum directum flectitur. Vel Hecebolum cum ipsius collegis, vel in genere cives Edessenos intellige. — Si quis in miti clementeque Principe consilia miretur crudelitatis propinqua, meminerit ex Ammiano Marcellino lib. XXV. c. IV. §. 8: *quod minabatur ferro potius, quam utebatur* Julianus.

(Interpr. gall. nr. XXXVIII. p. 352.

EPISTOLA XLIV.

Haec extat in codice Barocciano meoque H.

Pag. 83. *L.* 6. *Λιβανίῳ.*] Retinui vulgatam omnium Editionum inscriptionem, quam et codex meus probat. Baroccianus inscribit *Πρίσκῳ.* de quo vid. Obss. ad Ep. LXXIII. tit.

L. 7. *νόσου*] Morbi, e quo convaluerit, praeterea meminit Epp. XXX. init. LX. post. init. Variis morbis tentatum se fuisse significat apud Cyrillum lib VII. p. 235, C. Qua de re silentium miror omnium, qui Juliani vitam enarrarunt.

L. 8. *τοῦ πάντα ἐφορῶντος*] Subintellige *θεοῦ.* His autem ac inferioribus verbis *τοῦ τὰ πάντα ἐφορῶντος θεοῦ*, et *νὴ τὸν πάντα ἐφορῶντα θεὸν*, Solem significat, quem inprimis sibi patrocinari credidit. In dictione Homerum imitatur, cujus verba sunt Iliad. III, 277: *Ἥλιος θ', ὃς πάντ' ἐφορᾷς.*

L. 10. *ἐῤῥωννύμην*] Codex: *ἐῤῥωνύμην*. Mox Ed. Petav. male scribit *εἶθε*.

L. 13. *εὐθὺς*] Codex: *εὐθέως*. Suidas: *Εὐθὺς καὶ εὐθέως*.

L. 14. *τοῦ Ἀντωνίου πρὸς τὸν Ἀλέξανδρον*] Utrumque nomen in Epistolis Libanii deprehenditur. *Alexander* fuisse poterit ille, qui, auctore Ammiano Marcellino lib. XXIII. c. II. §. 3., ab Juliano praefectus est Syriae jurisdictioni.

L. 17 *sq.* *ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε ἀδελφὲ*] Haec in verba litterae desinunt in Editionibus Spanhemiana prioribus et in codice meo, qui tamen subjectis tribus punctis innuere videtur, aliquid desiderari. Sequentia Petavius inter Notas e codice Barocciano luci dedit; unde Spanhemius ea textui adposuit cum notula marginali: *Haec adduntur in Baroc. Mss.* Quos idem Editor uncos circumdedit, servavi. Haud enim pro certo dixerim, an ad hanc Epistolam locus pertineat cum tanto animi fervore scriptus.

L. 1. *καὶ ἰδίᾳ χειρὶ*] Vide Obss. ad Ep. VI. p. 186. Pag. 84.

Ibid. *νὴ τὴν σωτηρίαν*] Juxta has voces Petavius conjecturam hujusmodi posuit: « (*for. τὴν σὴν*). » Quam cum Spanhemio suppressimus in textu, recepimus autem in Versione.

L. 3 *sq.* *καὶ τοὔνομα, καθάπερ οἱ δυσέρωτες, φιλῶ.*] Haud absimiliter in Cicerone legitur Somn. Scip. c. 1: *Cujus ego nomine ipso recreor.* *Δυσέρωτες* minus recte vertebatur: *infelices in amore.* Valet, sicut Orat. II. p. 85, C. et alibi.

EPISTOLA XLV.

Haec tam in Barocciano continetur, quam in meo codice H.

L. 7. *Ζήνωνι.*] « Zenonem medicum et hujus artis Professorem a Georgio Alexandria pulsum revocat, et in integrum restituit. In Barocciano addit inscriptio. *ἀρχιητρῷ.* » Petav. — Additamentum illud nec in codice meo, nec in ulla Editione reperitur. Ipse vir, cui scribitur, ab eo non differt Zenone, quem Eunapius memorat, ut in hujus editione praestantissima Boissonadius animadvertit p. 410. Cognominem philosophum Stoicum ab Juliano laudari Orat. VII. p. 244, D. hoc consilio notabimus, ut illum locum in Suida latere declaretur T. III. p. 514. tit. *Τοῖς ὀρθῶς.*

L. 9 *sq.* *βίου σωφροσύνης*] Solus cod. Baroc. *σώφρονος*. Obvium est, supplendum esse *ἕνεκα*.

L. 11. *Τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων πόλιν*] Quae multorum erat sedes illustrium medicorum. Tunc temporis, ut ait Ammianus Marcellinus lib. XXII. c. XVI. §. 18. *pro omni experimento sufficiebat medico ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandriae se dixerit eruditum.* Quem ad locum a viris doctis consentientium scriptorum testimonia collecta sunt, non praetermisso hujus Epistolae indicio. Caeterum adparet, Alexandrinos Imperatorem precibus adiisse, ut exulem Zenonem ipsis redderet: quod idem in pulsi Athanasii gratiam ab illis factum comperimus ex Ep. LI. p. 98.

L. 12 *sq.* *αὐτῇ κέντρον, ὥςπερ μέλιττα, καταλέλοιπας*] Eupolin imitatur poëtam, qui Periclis facundiam celebrans scripserat: *Τὸ κέντρον ἐγκατέλιπε τοῖς ἀκροωμένοις.* Quem locum usurpantes expromuntur auctores a Wyttenbachio ad Plutarchi libellum De Ser. Num. Vind. p. 7 sq. Citra necessitatem ibi vir doctus arbitratur, *ἐγκαταλέλοιπας* et in Juliano scribendum esse. Certe codex vulgatam omnium Editionum scripturam agnoscit, nec adeo servilis imitator putandus est *Noster*, qui una alterave syllaba ab exemplaribus discedere sit veritus. Imo diversum adhibuit verbum Orat. I. p. 33, A. ubi sententiam eandem adumbrans scripsit: *τὸ κέντρον ἐναπολιπεῖν ἰσχύσαι ταῖς ψυχαῖς.* quem ad locum Wyttenbachius (p. 197. ed. Schaefer.) illa locupletavit, quae in Plutarcho notaverat, oblitus tamen tertiae Juliani allusionis Orat. II. p. 89, D. ubi occurrit: *οὐδὲ ἐν τῇ ψυχῇ κέντρον ὑπεῖναι χρή.* Caeterum ut ad locum nostrum revertar, ex adjectis verbis *ὥςπερ μέλιττα* colligi notabo, Julianum in allegando vestigia sequi Platonis in Phaedone scribentis p. 390, F: *ὥςπερ μέλιττα τὸ κέντρον ἐγκαταλιπὼν οἰχήσομαι.* ubi Wyttenbachius (in editione p. 241.) Epistolae hujus meminit.

L. 15. *τὸ, Εἷς ἰητρὸς*] E codice meo recepi articulum *τὸ*, quem, subintellecto nomine *ἔπος*, Julianus ad instar aliorum praemittere solet, quoties adagium aliquod vel versum adagii vim induentem affert, v. c. Ep. XXXV. p. 59. inf. Misopog. p. 348, D. Quare et Orat. VI. p. 183, A. obtemperandum est codici meo, qui articulum adjiciendo scribit *τὸ, Γνῶθι σαυτὸν*, ut recte vulgatum est Ib. p. 185, A.

Laudatum Homeri versum, quem codex quidem absque vocabulo Εἷς repraesentat, extare in Iliad. XI, 514. recte Spanhemius indigitavit. Sic autem legitur apud poetam: Ἰητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Unde Plutarchus in principio tractatus De Sanitate Tuenda [T. I. p. 482. ed. Wyttenb.]: ὁ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Postrema tria versus ejus vocabula praesertim a recentioribus frequentari notavit Boissonade ad Philostr. Her. p. 506. cujus equidem exemplis addam Julianum e Platone scribentem in Misopog. p. 353, D: πολλῶν ἀντάξιος ἑτέρων, Lucianum Deor. Conc. c. 6. (T. IX. p. 183. ed. Bipont.): πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων. Haud scio, an ex eodem Homeri versu medicina quaecunque paranda sit corrupto *Nostri* loco Ad S. P. Q. Athen. p. 277, C. ubi vulgatur: ὢν μόνος τῶν ἐμοὶ πολλῶν ἑταίρων καὶ φίλων πιστῶν, εἷς ἰατρός. Vide, ne postremis verbis utcumque ad Homeri dictum alludatur; ut sententia foret, unum illum amicum Juliano ad instar multorum fuisse. Certe aliena sunt Interpretis verba: *solus e multis meis sodalibus et amicis fidelis. Alter medicus fuit.* Nec Oribasium intelligi credo; quod suo arbitratu Petavius asseruit in *Addendis* p. 416.

L. 16. ὃ πρὸς] Primo loco perperam ὃς apud Martinium solum exhibetur.

L. 2. διὰ Γεώργιον] Sic ad fidem Barocciani codicis emendavi. Male tenent omnes Edd. cum codice meo διὰ Γεωργίας. quam lectionem a Spanhemio propagatam esse miror, quum extaret Petavii notula hujusmodi: «Corrig. Γεώργιον vel Γεωργίον. Baroc. Γεώργιον.» Mendosa scriptura viros doctos in absurdas abripuit sententias. A Martinio enim vertebatur: *propter agriculturam;* a Petavio, quem post Spanhemium gallicus interpres sequitur, expressum est: *propter Georgianam factionem.* Ad mutandum Petavius motus esse poterat ab Oiselio, qui ad Ammianum Marcellinum l. XXIII. c. XI. §. 3. reprehensa Martinii versione notaverat, *propter Georgianam seditionem* verti debuisse; graecam enim vocem eo modo accipiendam esse, quo gallice diceretur: *à cause de la Géorgienne.* Sed vel admissa tali vocis potestate, quae tamen ab omni linguae usu abhorret, interpretatio minime probaretur; pro qua scriptum oportuisset διὰ Γεωργίαν. In absona tamen illa versione placuit sibi Jon- Pag. 85.

dotus in *Histoire de l'Empereur Julien* T. II. p. 109., ubi propter dictum illud, quod Tiberio vel Nerone dignum appellat, Julianum perstringit; nimirum existimans, per ferocem petulantiam ita vocari scelus, quo Georgius ab Alexandrinis obtruncatus est. Nihil alienius. Hoc unum tenemus, Zenoni causam exilii fuisse Georgium, quem et aliis multis infortunii auctorem extitisse constat. Vid. Obss. p. 207. sup.

L. 4. *κατέλθῃς*] Edd. *κατέλθοις*. Subjunctivum e codice posui, qui formam utramque sic exhibet: *κατέλθοις*. Optativus, qui cum *ἂν* conjunctus eleganter quidem Imperativi vim exprimit, hoc loco abundaret ob sequentem Imperativum *Κάτισθι*.

Ibid. *ἀξίωμα*] Dignitas *ἀρχιητροῦ*. quam vocem codex Baroc. inscriptioni addit.

(Interpres gallicus nr. XXV. p. 447.)

EPISTOLA XLVI.

Haec praeter Baroccianum in meis extat codicibus GH. et in Monacensi. Quando enim ex eo codice Hardtius epistolam indicat, cujus sit titulus: *Εὐαγρίῳ*, principiumque: *Σοι γητησίδιον μικρὸν*, minime dubito, de hac nostra cogitandum esse, quanquam ineditam esse vir doctus illam dixit, quam significabat. Error ei obrepsit, quoniam in Fabriciano, quo utebatur, epistolarum Julianearum elencho non invenerat *Evagrii* nomen, quo hucusque carebant Edd., ut statim aperietur.

L. 9. *Εὐαγρίῳ.*] Sic inscripsi e codd. G. Mon., quum in omnibus Edd. et in altero meo codice desideretur inscriptio. Ea tamen, quam dedi, cognita jam fuit Petavio, cujus in Indice sic legitur: «Evagrio, 46. in MS. quae in Vulgatis est *ἀνεπίγραφος*.» Unde conjicimus, editorem illum tunc demum in MS. incidisse, cum Epistola jam exiisset prelo. Similem casum obstitisse puto, quo minus antecessoris inventum Spanhemio profuerit. Aeque serò Petavianum Indicem is introspexit; quare nihil praestitit, nisi quod in suo demum Indice laudata Petavii verba repetebat omissis quidem illis: *in MS.* — Quodsi de *Evagrio* quaeritur, id solum compertum habemus ex Ep. XXXVIII. extr., quod ejus nominis aliquis extitit Juliani familiaris. Alienus ab hoc loco censeri debet Evagrius ab Ammiano Marcellino

memoratus l. XXII. c. III. §. 7. Ille enim Imperatoris nostri munificentiam haud expertus, sed inclementiam passus est, quippe mulctatus exilio, cum a partibus Constantii stetisset.

L. 10. *Συγκτησείδιον μικρὸν ἀγρῶν τεττάρων δοθέντων μοι παρὰ τῆς τίτθης*] Ita restitui locum pessime scriptum in Edd. Mart. Petav. Spanh.: *Οὐ κτησείδιον μικρὸν ἀγρῶν τεττάρων δοκούντων λαβὼν παρὰ τῆς τήθης.* quae verba, postulante quidem incommoda voce *δοκούντων*, ita reddebantur: *Acceperam ab avia mea praedium non parvum, cum in eo praedia quatuor esse videantur.* Quam corruptam lectionem in plurimis quidem agnoscit codex H. tenens hiulce: *υγκτησείδιον μικρὸν ἀγρῶν, τεττάρων δοκούντων λαβὼν παρὰ τῆς τήθης.* Sententia certe vetabat, *non parvum* appellari praedium, quod ante finem Epistolae dicitur *μικρὸν μὲν ὅπερ ἐστί.* neque commoda erant reliqua verba. Petavius scripturae vitia non modo senserat, sed etiam tollere conatus est in Notis talia ponens: « Scribe, expuncta negativa particula, *Κτησείδιον μικρὸν ἀγρῶν τεττάρων δοθέν μοι λαβὼν* etc. Baroc. *δοθέντων.* » quam deinde notulam in *Erratis* per hanc explevit: « Leg. *τεττάρων δοθέντων μοι.* » Mihi scripturam a Petavio commendatam obtulit codex G., qui, ut minime obscure dicatur, exhibet: *Κτησείδιον μικρὸν ἀγρῶν τεττάρων δοθέντων μοι παρὰ τῆς τίτθης.* — Restabat, ut originem assequeremur olim vulgatae particulae *Οὐ*. Hac autem in re facem nobis praetulit acutissimus Boissonade, qui ad Eunap. p. 290. ex Ed. Cujac. *Συγκτησείδιον* legendum esse monuerat, advocata quidem scriptura codicis H. superius exhibita, cujus auctor initialem oblitus sit adpingere Σ. Jam nemo non videt, emendationi favere corruptum illud *Σοι γητησίδιον*, quod e codice Mon. retulimus in Observationum limine.

Quod pro vulgato *τήθης*, cui patrocinatur quidem codex H., formam alteram e codice G. adoptavimus, in causa fuit ejus formae praesentia Orat. VII. post init., Fragm. p. 290, D. quo loco pariter de haereditate ab avia transmissa loquitur istiusmodi verbis: *Ἀπεσώθη μοι τέλειος ὁ κλῆρος τῆς τίτθης, ἐχόμενος ὑπ' ἄλλων βιαίως.* Proprium illius aviae nomen ignoratur. Hoc tantum constat, eam Anicio Juliano praefecto nupsisse; quorum e conjugio creabantur Imperatoris nostri mater Basilina, et Julianus ille, cui inscribitur Epistola XIII.

L. 13. *ὄλβιον*] Cod. G. *βέλτιον*. inepte.

Ibid. *ἔχον δὲ οὐδὲ ὡς οὐ παντάπασιν*] In omnibus Edd. et in codice H. male deest *οὐδὲ*, qua offensus inepta lectione Petavius talia notavit: « Vetus codex Regius *ἔχον δὲ οὐδέ*. Forte *ἔχον δὲ ὡς*. ut *ὡς* idem sit ac *nihilominus*. » Equidem eandem scripturam, quae hic e vetere codice Regio laudata, perperam autem in Spanhemiano margine tanquam e Barocciano posita est, inveni in codice G., qui, ut apertius eloquar, ita tenet: *ἔχον δὲ οὐδὲ παντάπασιν* etc. Cujusmodi ferretur quidem scriptura; sed omitti non placuit illud *ὡς*, quod reliqui libri defendunt. Quare juncta duplici scriptura, formulam expressi *οὐδὲ ὡς*, *ne sic quidem:* qua scriptores passim utuntur, e. g. Julianus Ep. LI. post init. Misopog. p. 341, D. Isocrates Paneg. p. 134, C. Posse autem in pristinae lectionis gratiam *ὡς* pro *nihilominus* accipi, quod Petavius proposuit, id mihi quidem videtur ex linguae usu non licere.

L. 14. *καθ' ἕκαστα*] Solus cod. G: *καθέκαστα.*

L. 16. *θαλάσσης*] Sic Edd. Debebam tamen ex utriusque codicis fide formam *θαλάττης* adoptare, quae non solum inferiori loco congruit, ubi libri consentiunt in *θάλατταν*, sed in Juliano longe frequentissima est, e. g. Orat. II. p. 51, D. 71, D. 72, B. III. p. 113, B. Rarius, sed occurrit tamen altera scribendi ratio, v. c. Ad Themist. p. 254, A. 255, A. quanquam et priori loco *θάλατταν* exhibet codex A.

Pag. 86. *L.* 1. *Οὐ μὴν ἀφῄρηται τὰς παρὰ Νηρέως χάριτας*] Edd. cum codice H: *οὔμην*. Cod. G. vitiose scribit: *οὐ μὴν ἀφήρηται τὰ σοῦ τνήρεως χάριτας*. Nerei, antiquissimi Dei maris, enarratur fabula in Al. Natalis Mythologia l. VIII. c. 6. Quidnam per Nerei gratias intelligat Julianus, ipse statim aperit. — *Νηρέα* perperam in codice A. scriptum inveni Orat. VIII. p. 250, B. ubi recte tenent Edd. *Νιρέα*. Respicitur enim Homerus Iliad. II, 673.

L. 2. *πρόσφατον ἀεὶ καὶ ἀσπαίροντα*] Diverso ordine codex G: *π. κ. ἀ. αεί.*

L. 3. *προελθὼν*] Male *προσελθὼν* in codice G.

Ibid. *Προποντίδα*] Suidas: *Προποντίς· ἡ πρὸ τοῦ Πόντου θάλασσα, ἡ τῷ Βυζαντίῳ ἐπικειμένη.*

L. 4. *ἐπώνυμον πόλιν τοῦ γενναίου βασιλέως*] Juliano familiarissimum est, urbes per periphrasin ab earum auctore petitam designare; quod fieri solet adhibita voce *ἐπώνυμος*. Ita Constantinopolis praeter hunc locum indicatur Orat. I. p. 5, D: *ἡ δὲ ἐπὶ τῷ Βοσπόρῳ πόλις ὅλου τοῦ γένους τῶν Κωνσταντίων ἐπώνυμος*. Adde Ib. p. 8, B. Nisibin, quae et Antiochia Mygdoniae dicebatur, hisce verbis intendit Orat. II. p. 62, B: *τῆς πόλεως ἐκείνης — ἣ δὴ Μυγδόνιος ποταμῶν κάλλιστος τὴν αὐτοῦ προστίθησι φήμην, οὕσῃ γε καὶ Ἀντιόχου βασιλέως ἐπώνυμος*. Quo de loco videndus est Bochartus Geogr. Sacr. p. 269. Simili modo Thessalonice significatur Orat. III. p. 107, D. Antiochia, Misopog. p. 347, A. Talis autem usus vocis *ἐπώνυμος* orationi splendorem aliquem vel gravitatem impertiri videtur, quoniam veteribus Atheniensibus erat solemne, per illam vocem priscos appellare heroes, a quibus Atticae tribus cognomina traxerunt; unde Hesychius: *Ἐπώνυμοι· οἱ τῶν φυλῶν ἐπώνυμοι Ἥρωες, οἵπερ ἦσαν δέκα*.

L. 5. *φυκίοις*] Hoc loco ipsam *algam* appellari *φύκιον*, quum eo nomine Aristoteles Hist. Anim. l. VI. c. 13. *fucum* designet *ἀπὸ τοῦ φύκου*, h. e. ex *alga* paratum, id attentione dignum est visum Spanhemio ad Callimachum Hymn. in Del. v. 198. (T. II. p. 510. ed. Ernesti). Schneiderus tamen in Lexico, ubi docte de variis istius plantae generibus notisque tractatur, alteram vocem in aequo posuit alteri.

Ibid. *βρύοις*] Cod. G. vitiose *βρήοις*.

Ibid. *διενοχλούμενος*] Cod. G: *ἐνοχλούμενος*.

L. 6. *εἰς τὰς ψάμμους*] Cod. G. omittit *εἰς*.

L. 7. *οὐδὲ ὀνομαζομένων ἐπὶ μικρόν·*] « Reg. *ὀνομάζειν ἐπιτηδείων λυμάτων*. for. *ὀνομάζεσθαι*. » Petav. — Unde profectus esse videtur Spanhemius in margine ponens: « Mss. Reg. *ὀνομάζειν ἐπιτηδείων λυμάτων*. » quo modo ipse scriptum reperi in codice G. Hunc autem codicem non alium esse ab eo, qui *Regius* a Petavio vocatur, perquam probabile mihi videtur, quum in hac Epistola quater accidat, ut amborum scripturae consentiant. Itaque variantis hoc loco lectionis unum tantummodo fontem haberemus. Utut ea de re sit, vulgatum textum agnoscit codex H. cum Edd. omnibus. — Ad alteram scripturam observabo, non opus esse Petavii conjectura *ὀνομάζεσθαι*, quum Activum

in ejusmodi nexu non minus aptum sit Passivo. Sic *Noster* Misopog. p. 364, C: φαυλότατον ἰδεῖν. qui scripsit Ep. XIX. p. 27: καλὸς ὀφθῆναι. Lucianus aliusve scriptor in Charid. c. 15. (T. IX. p. 281. ed. Bipont.): μισουμένων, καὶ οὐδὲ προσβλέπειν ἀξιουμένων. Ex aliis auctoribus eadem syntaxis a Boissonadio probatur ad Philostr. Her. p. 284.

L. 9. εἰς τὸ βιβλίον] Antecedit καὶ in codice G.

L. 10. ἐπιδεῖν εἰς τὰς ναῦς] Cod. G: ἀπιδεῖν. minus bene; quamvis id verbum apte construatur cum εἰς, e. g. Orat. VII. p. 238, B: ἀπιδὼν γὰρ εἰς τὴν περίστασιν τὴν καταλαβοῦσαν αὐτόν. (Ita enim legendum est adoptato prioris loci articulo, quem praeter Vossianum codicem exhibet meus A.) Praesenti sententiae convenientissimum est vulgatum verbum, quod cum Edd. omnibus agnoscit cod. H. Significatur enim *superne intueri;* nimirum e colle supra memorata.

L. 11. πεδίον] Haec Spanhemii scriptura, quam e *codice Regio* Petavius commendaverat, a meo firmatur G., quum alter codex meus θυρίδιον exhibeat, ut ante Spanhemium vulgabatur. Antiquo vocabulo respondebat in Versione *portulus;* recentiori *locus:* utrobique male.

L. 14 *sq.* οὐκ ἔξω λόγου] Sic Edd. omnes. Est autem scriptorum usu trita dicendi formula, quam e Budaeo refert H. Stephanus in Thes. T. II. p. 623, G. redditque: *non extra propositum, non abs re.* Quum in Juliano frigidiuscula sit ejusmodi sententia, vide an cum duobus meis codicibus Regioque a Petavio laudato (quem tamen ab uno meorum non differre supra censui *L.* 7.) legere malis λόγων, ut sententia sit, *non absque litteris* ibi factos esse congressus, i. e. Juliano cum amicis ibi conventus fuisse, quibus litterarum amoenitas non deerat. Si quidem ex usu linguae talis mihi probatus esset sensus, minime dubitassem codicum adoptare scripturam.

L. 16. εὐώδη τε καὶ ἡδὺν] Particulam τε recepi e codice G.

L. 18. Τὸν Διόνυσον ὄψει, καὶ τὰς Χάριτας] Bacchum propter vinum, Gratias ob amoenum praedii situm advocat. Aliam, sed minus aptam sententiam offerunt codices mei distinguentes ita, ut verba τὸν Διόνυσον antecedentibus adhaereant, et a sequentibus per punctum minus dijungantur. — Bacchi et, quae ejus filiae habebantur, Gratiarum usitata est copulatio;

quare Bacchus χαριτοδότης ab Juliano vocatur Orat. IV. p. 148, D. Caes. p. 308, C. Priori quidem loco vel in Ed. Spanh. vitiose χαριδότης expressum est, quanquam id mendum ex editione Petaviana p. 278. olim a Spanhemio notatum erat in gallica Caesarum Versione *Preuves des Remarques* p. 20.

L. 2. Ὁμήρῳ πιστεύοντι] Respicit locum Odyss. IX, 359: Pag. 87.
Ἀλλὰ τόδ' ἀμβροσίης καὶ νέκταρός ἐστιν ἀπορρώξ.

L. 4. Τυχὸν μὲν] Ita scripsi cum codice H., quum incommode τυχὸν δὲ vulgatum esset, in alteroque codice simpliciter τυχὸν occurrisset. Particulae μὲν respondet sequens ἀλλά. Simili modo scriptum est Ad S. P. Q. Athen. p. 274, B: τυχὸν μὲν — —, πλὴν ἀλλὰ etc.

L. 6. καὶ ἐπὶ πολὺ τῶν νυμφῶν δέεται] E codice G. postremum assumsi verbum, pro quo δέ ἐστιν tam in altero codice, quam in omnibus Edd. occurrit; unde vertebatur: *multumque illuc esset Nympharum.* Facile sequenti e versu δέ ἐστιν ascenderat. Nova scriptura praecedentem explanat sententiam: νηφάλιος ὁ τοῦ Διονύσου κρατήρ. Nempe Julianus non mero, sed multa aqua diluto vino solebat uti.

Ibid. ὅσον εἰς ἐμαυτὸν καὶ τοὺς φίλους] Subintelligitur ἀρκεῖ. De tali usu nominis ὅσον videndus est Vigerus De Idiot. cap. III. sect. IX. reg. IX.

L. 7. τῶν ἀνδρῶν) παρεσκευάσμην] Minus aptam sententiam offert codex G. scribendo: τῶν ἀγρῶν, ὃ παρεσκευασάμην. Syncopata verbi forma cum caetera lectione probatur ab omnibus libris reliquis.

L. 8. Νῦν δή σοι δίδωμι δῶρον, ὦ φίλη κεφαλὴ] Vulgo: Νῦν δέ σοι δῶρον αὖ, φίλη κεφαλή, δίδωμι. sicut etiam in codice H. scriptum inveni. Praetuli codicis alterius scripturam. Adverbium enim αὖ tam incommodum erat, quam usui scriptorum congruus est articulus ὦ, v. c. Julian. Ad Themist. p. 263, B. Homer. Iliad. VIII, 281. Plura de illa compellandi formula Wolfius contulit ad Liban. Ep. 237. not. 7.

L. 9. οἴκοθεν οἴκαδε] Verbis his utitur Pindarus Olymp. VI, 167. VII, 6. uti, neglecta tamen versuum notatione, jam indicatum est in oris Editionum Mart. et Petav. Quas si Bleterius inspexisset, non frustra in Pindaro talia verba quaesivisset, quae tandem e deperdito illius poëtae scripto decerpta esse sibi

persuasit. Significationem hoc modo assequor. Deorum amicorum alter alterius domus est particeps, ut quasi duplex sit unicuique domus. Quum igitur res quaepiam amico ab amico donata *domo domum* dicitur migrare, blande innuitur, eam rem ratione possessionis nullam experiri vicem; utrovis enim loco sit, domi est. Haec fuit Juliani cogitatio; nec aliam fuisse Pindari sententiam, ejus verborum nexus ostendit in loco posterius laudato. Firmant interpretationem illa, quae Libanius eodem dicto utens adjicit Ep. 149. ubi legitur: *Οἴκοθεν οἴκαδε, καὶ οὐ παρὰ ἀδελφοῦ μᾶλλον, ἢ παρὰ ἀδελφόν.* it. Ep. 358: *Οἴκοθεν οἴκαδε τοὺς σαυτοῦ πέμπεις· καὶ οὐδὲ δεῖ μᾶλλόν ἐμε παρακαλεῖν εἰς τὰ σά, ἢ παρ' ἐμοῦ σε πεπεῖσθαι τῶν σαυτοῦ φροντίζειν.* Fallitur Erasmus in Adagiis tit.: *E domo in domum* p. 1566., ubi laudato Pindaro, cui quidem temere consociat Aristophanem, verba *οἴκοθεν οἴκαδε* tum usurpari scribit, cum significetur, aliquem propriis virtutibus quippiam egregiae laudis peperisse suae domui patriaeve.

L. 10. *κατὰ τὸν σοφὸν ποιητὴν Πίνδαρον*] Similiter Orat. III. p. 116, A: *κατὰ τὸν σοφὸν Πίνδαρον.* quo quidem loco dictum allegatur a Plutarcho servatum T. IX. p. 208. (ed. Reiske).

L. 11. *ὥστε εἴ τι*] Solus codex G: *ὡς δ' ὅ,τι.*

(Interpres gallicus nr. XXXVI. p. 489.)

EPISTOLA XLVII.

Extat haec in codice Barocciano meoque H. Spanhemius Praef. ad Juliani Opera p. XXVIII. eam ut maxime notabilem excitavit propterea, quod inde discatur, Julianum reliqua tributorum remisisse. Ejus tamen lenitatis aliunde quoque percrebuit fama. Missis Juliani verbis Misopog. p. 365, B. laudemus Ammianum Marcellinum de hoc Imperatore scribentem lib. XXV. c. IV. §. 15: *Liberalitatis ejus testimonia plurima sunt et verissima: inter quae — — remissa debita multa diuturnitate congesta.* Quem ad locum a Lindenbrogio consentientium scriptorum indicia proferuntur Eutropii l. X. c. XVI.; [rectius c. VIII.] Gregorii Nazianzeni Orat. I. In Julianum [p. 80, B. ed. Bill.], quanquam is inter vituperanda posuit *φόρων ἄνεσιν*

L. 15. *Θρᾳξί.*] Hanc inscriptionem fide Barocciani codicis exhibui, praeter quem omnes libri nullam tenent. Perquam credibile est, a *Thracibus* remissionem tributorum postulatam fuisse, quum terram illi satis horridam incoluerint et infoecundam. Et Julianus eo lubentius Thracibus gratificari voluerit, quod ipse Constantinopoli natus eorum popularis erat; unde scripsit Misopog. p. 367, C: *γένος μοι ἐστὶ Θρᾴκιον.* Inscriptionis olim jam veritatem agnovit Valesius ad Ammianum Marcellinum l. c. laudans Juliani *epistolam 47. ad Thracenses.*

L. 16. *πρὸς κέρδος ὁρῶντι*] Sic libri omnes; nec de scripturae bonitate dubito, quanquam in similibus Luciani verbis Demon. c. 2: *πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες*, Graevius negat (T. V. p. 537. ed. Bipont.) graecam esse locutionem, quam in *ὁρμῶντες* corrigi voluit.

L. 17. *φήϑη*] Perperam *φήϑην* in codice meo.

L. 3. *γίγνεσϑαι*] Codex idem: *γίνεσϑαι.* Pag. 88.

L. 7 *sq.* *μέχρι μὲν τῆς τρίτης ἐπινεμήσεως*] « Reliqua tributorum ad certum tempus remittit, nempe ad Indictionem usque tertiam, quae anno Christi 359. coepta est. Quae *indulgentia* nominari solet. Vide Cod. Theod. lib. XI. tit. 28: *De indulgentiis debitorum.* » Petav.

L. 9. *ἐλλείπει*] Solemne verbum de tributis, quae fisco ex praeterito debentur. Item a scriptoribus illius quidem aetatis, e. g. Julian. Misopog. p. 365, B. *ἐλλείμματα* dicuntur ipsa tributa, quae Latine *reliqua* vocabantur. Alii *λοιπὰ* et *λοιπάδας* dixere. Vid. Spanhemium De usu et praest. num. Diss. XIII. p. 552 sq.

L. 11. *τοῖς ἐπάρχοις ἐπέσταλκα*] Quod non superest documentum.

L. 12 *sq.* *Ἐῤῥωμένους — χρόνον.*] E Barocciano codice Spanhemius hanc adposuit clausulam, quae cum in caeteris Edd., tum in codice meo desideratur. Nihil in ejusmodi verbis suspecti cernens uncinos omisi, quos illis circumdederat Spanhemius.

EPISTOLA XLVIII.

Haec extat in codice H.

L. 16. *Ζήνωνι.*] De quo vid. Obss. ad Ep. XLV. tit. Inscriptionem, qua codex ad instar omnium Juliani Editionum

caret, ex antiquissima repetii Τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογίᾳ, de qua monitum est in Praefatione sub hoc signo **).

Pag. 89. *L.* 3. ἆς εἴη γε καὶ] Particula καὶ, qua facile careremus, in codice superne inscripta comparet. Eandem omnes agnoscunt Edd.

L. 4. ταὐτὰ] Edd. omnes cum codice ταῦτα tenent. Emendationem postulare videbatur sententia. Respicitur enim ad illa, quae principio nunciavit Julianus, cum corpore tum anima se valere. Interpres exprimens *omnia*, legisse videtur πάντα, quod librorum auctoritate destituitur. — Iterum ταὐτὰ scriberem Orat. VIII. p. 242, D. ubi vulgatur: ταῦτα νοοῦντες καὶ προαιρούμεναι. Postremum quidem verbum in προαιρούμενοι corrigendum esse recte conjecit van Heusden Specim. Crit. in Platonem p. 119. Emendationem probat codex meus A.

Post hanc Epistolam in Edd. Aldina et Martiniana priori legitur: Τέλος τῶν Ἰουλιανοῦ ἐπιστολῶν. Eodem loco scriptum est in meo codice: Τέλος τῶν ἐπιστολῶν Ἰουλιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. Quibusnam in libris Epistolae sequentes vulgatae sint, e Praefatione colliges.

EPISTOLA XLIX.

Haec epistola, quae nullo meorum codicum continetur, a primis Editoribus e Sozomeno desumta videtur, nec vero ex Julianeis codicibus eruta. Certe notarunt Martinius atque Petavius, eam apud Sozomenum extare lib. V. c. 16.; non magis autem, quam Editor sequens, ullam e manuscripto quopiam libro memorare lectionem. Separatim has litteras cum erudito commentario vulgatas esse a Petro Zornio, Sedini 1729. forma 4., non ex proprio usu doceo, sed ex indicio Fabricii Luce salut. Evang. p. 310. quocum consentit Joecherus *Gelehrten-Lexicon* T. IV. p. 2226.

Quum per hanc epistolam admoneantur Deorum cultores, ne Christianorum virtutibus inferiores se esse patiantur, potius vero quae in illis laudanda sint, caritatem inprimis, ac humanitatem, imitentur; non mirum est, a christianis scriptoribus ad praeclarum adeo testimonium saepius provocari, sive historiam enarrent ecclesiasticam, ut Baronius in Annalibus ad

annum 362. cap. 306., ubi tota epistola latine ponitur; sive christianae religionis doctrinam apologeticam vel etiam moralem tradant, v. c. Seckendorfius in *Christenstaat* p. 789. Moshemius in *Sittenlehre* T. VII. p. 315 sq. Reinhardus in *System der christlichen Moral* T. III. §. 294.; sive pro re nata de gravioribus Juliani reliquiis memorent, e. g. Petavius in editionis Praefatione p. IV sq. Spanhemius itidem p. XXIX sq. Buddeus in Miscellaneis sacris Parte III. p. 1156. Neander *Ueber den Kaiser Julianus und sein Zeitalter* p. 130. Quae autem evehendi paganismi gratia decrevit Julianus instituta Christianorum imitatus, ea multo fuisse videntur uberiora, quam ex praesenti documento cognoscitur. Nam praeter illa, quae hic praescribuntur, ejus generis alia complura tradunt Gregorius Nazianzenus Adv. Jul. Orat. III. p. 101 sq. (ed. Bill.) Sozomenus l. V. c. 16. Quorum prior alteri videtur ante oculos fuisse.

L. 9. Ἀρσακίῳ ἀρχιερεῖ Γαλατίας] His vulgo additur: ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ βασιλέως. Quae verba tanquam Sozomeno debita recidi. *Arsacii* nusquam alibi, quoad sciam, occurrit mentio. Rursus ad pontificem, Theodoro quidem nomine, scripsit Julianus Ep. LXIII. Utraque epistola res nonnullas attingit, quae latius in Fragmento tractantur Opp. T. I. p. 288—305. unde singulis locis indicavi consentanea.

L. 10. κατὰ λόγον ἡμῶν,] In Sozomeno, cujus editionem Valesianam contuli, signum distinctionis ante ἡμῶν positum occurrit; unde paulo diversa nascitur sententia, quae vero minus placet.

L. 13. Ἀδράστεια] Exoptans, ut Adrastea, quae jactantiae vindex habebatur, modo dictis faveat, caveri vult, ne propter grandiloquentiam, qua forte sit usus, irata Dea conditionem Gentilium in deterius mutet. Multae sunt in veterum libris admonitiones, ut ab arrogantia, praesertim in dicendo, temperemus, ne in Superorum invidiam incidamus. Vid. Erasmi Adagia p. 1487. tit.: *Ne magna loquaris.* Itaque sigillatim Ἀδραστείας nomen dicto praefari solebant exultantiori, vel insolenti aut invidioso, velut illius deprecantes iram. Quem dicendi usum luculentis exemplis, omisso tamen Juliano, H. Stephanus illustravit in Animadvv. ad Adagia Erasmi fol. 10. verso. Iterum Adrasteam sibi propitiam cupit *Noster* Ep. XXIX. med.

Ibid. Τὴν γὰρ] «Scribe Τίς γὰρ, et addendum verbum ἐλπίζειν aut ejusmodi aliud.» Petav. — Cujus tunc opportuno monito Spanhemius eatenus obtemperavit, ut Τίς γὰρ ederet; sed negligens in sequentibus aliquid addere, nihil prorsus commodi attulit. Deerant enim verba οὐδὲ εὔξασθαί τις, quibus nunc e Sozomeno accitis servari debebat scriptura Τὴν γὰρ, quam et Sozomenus exhibet.

L. 14. οὐδὲ εὔξασθαι — ἐτόλμα] Passim obvia dicendi forma, v. c. Julian. Orat. I. p. 7, C: τοσαύτην εἰρήνην — ὅσην οὐδὲ εὔξασθαι ῥᾴδιον. Isocrat. Orat. De Pace p. 365, C. (ed. Genev.): τοσαύτην — τὴν ἐπίδοσιν, ὅσην οὐδ' ἂν εὔξασθαι τοῖς θεοῖς πρότερον ἠξίωσαν.

L. 15. οὐδὲ ἀποβλέπομεν, ὡς] Perperam omnes Edd. omisso commate pro ὡς exhibent ὃ, cujus permutationis jam aderat exemplum Ep. XXXVII. p. 66. Talem scripturam linguae ratio respuebat; haud enim ἀποβλέπειν τι, sed εἴς τι vel πρός τι dicitur. Accedit quod, si probum esset ὃ, pariter in sequentibus per quartum casum efferrentur nomina ἡ φιλανθρωπία caeteraque. Meliorem igitur scripturam a Valesio mutuatus sum, qui in Adnotatione ad Sozomenum ὡς esse legendum conjecit ex Epiphanii Scholastici versione hujusmodi: *neque respicimus, quemadmodum superstitionem Christianorum auxerit cura peregrinorum.*

L. 16. ἀθεότητα] Solemne Juliano vocabulum, quo *christianam religionem* indicat, e. g. loco paulo inferiori p. 90. med. Ap. Cyrill. l. VII. p. 229, D. Caes. p. 336, B. Misopog. p. 357, D. 362, C. quorum postremus locorum in verbis διεσκέδασαν οἱ θεοὶ τῆς ἀθεότητος τὴν νεφέλην adumbrationem offert Homeri Odyss. XIII, 352. ubi est: θεὰ σκέδασ' ἠέρα. Jam ante Julianum ἀθεότητος insimulatos esse Christianos, ex illorum Apologetis constat. Vicem Juliano retribuere Christiani, a quibus passim ille vocatur ἄθεος. Vid. Reimannus Historia Atheismi p. 528.

Ibid. ἡ περὶ τοὺς ξένους φιλανθρωπία] Hospitalitatem in Christianis et alter agnoscit illorum irrisor Lucianus De morte Peregr. c. 13. (T. VIII. p. 280. ed. Bipont.) Conf. Elsnerus in Ep. ad Hebr. XIII, 2.

Pag. 90. *L.* 1. περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν] Quum a priscis etiam Apologetis officiosa laudentur Christianorum circa sepulturas et

mortuos munia, locum hunc apte contulerunt Elmenhorst ad Minucium Felicem p. 110. Havercamp ad Tertulliani Apologeticum p. 362. Occasionem arripiam, ut adfinem vocem τάφος a temeraria interpretatione vindicem in Julian. Misopog. p. 344, A. ubi legitur: τοῖς περὶ τοὺς τάφους καλινδουμένοις γραϊδίοις. Eo scilicet loco cum aliorum aliis utitur Valesius ad Ammianum Marcellinum l. XXII. c. XI. §. 7. ostensurus Gentilibus solemne fuisse, Christianorum *templa* τάφους appellare. *Nostri* tamen locus, mea quidem sententia, vulgari sensu *tumulos* indicat, supra quibus preces fundebant mulieres christiánae. Quem respiciens morem Julianus ap. Cyrill. l. X. p. 335, C. τάφων καὶ μνημάτων meminit, adjectis verbis: καί τοι οὐκ εἴρηται παρ' ὑμῖν οὐδαμοῦ, τοῖς τάφοις προσκυλινδεῖσθαι καὶ περιέπειν αὐτούς. Ibid. p. 339, E. pari sensu scriptum est: προσκυλινδεῖσθαι τοῖς μνήμασι. Felicius a Valesio laudatus esset alter Misopogonis locus p. 361, A. ubi liquide scriptor templa Christianorum τοὺς τάφους τῶν ἀθέων appellat, quibus nempe τὰ τῶν θεῶν τέμενη opponit.

L. 3 *sq.* τὸ σὲ μόνον εἶναι τοιοῦτον] Sic optime Sozomenus dedit. Pessime pro σὲ μόνον in Juliano vulgatum erat σεμνὸν, indeque versum: *Neque satis est, istud solum institutum sancte observari.*

L. 6 *sq.* μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων] Congruit sententia Fragm. p. 305, B.

L. 8. τῶν Γαλιλαίων γαμετῶν] Intelligere videtur ethnicas mulieres Christianis nuptas. In tales enim valebat auctoritas Pontificis. Feminarum ad christianam religionem propensio colligitur ex Ep. IV. fin. Misopog. p. 363, A.

L. 10. ἱερέα] Scribendum arbitror ἱερέας. Haud enim crediderim, eam esse Singularis vim legitimam, ut *sacerdotem quemque* valeat.

Ibid. θεάτρῳ παραβάλλειν] Idem vetatur Fragm. p. 304, B. ubi legitur: τοῖς ἀσελγέσι τούτοις θεάτροις τῶν ἱερέων μηδεὶς μηδαμοῦ παραβαλλέτω. Loco utroque subintelligitur ἑαυτὸν, ut in hisce verbis Misopog. p. 365, D: παραβάλλειν τοῖς θεάτροις. Ep. LIX. p. 116 med.: στρατοπέδῳ παρέβαλες. Huc facit Thomas Mag. p. 679: Παραβάλλω· τὸ πλησιάζω, τὸ ἔρχομαι. Verbum quoque simplex eandem admittit ellipsin Caes. p. 333, A.

οὐδὲ γάρ ἐστιν, οἶμαι, πόθεν διατραφῇ. ita male redditur: *Nemo autem affert res* ertendum potius: *Nemo autem pauperum* ur causa: *quod, credo, ei non sit,*

Recte sic apud Petavium. Per- οῦν in Ed. Mart., quae novo

p. 305, B. Christianos ere, quam Deorum Quum et apud ristianorum erga se, sit memoratum, in Annot. T. VIII. p. 550.

Perperam τοὺς expressum est in pro τοὺς expressum corrupit Ora- ubi vulgatum est in Edd. omnibus: καὶ ονον τοσαῦτα ἔδρασεν ἀγαθά. Scribendum in Vossiano tribusque meis codicibus occurrit. linguae ratio, tum Juliani postulant exempla : δράσαντές τι δεινὸν τοὺς πολεμίους. II. τι δεινὸν τοὺς πολεμίους.

ος γοῦν] Cujus laudati tres versus extant sqq., ut in oris Editionum Petav. et Spanh. Ejusdem loci dimidia pars posterior, quae Odyss. VI, 207 sq., iterum ab Juliano adfertur B. ubi nihil adnotarunt Editores.

οὔτ' εἰ] Sic libri omnes, quum in Homero l. c. οὐδ' εἰ.

δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε] Sequitur apud Homerum: μετέρη. Poëtae verba, quae ex Juliano adscripsi, su proverbiali invaluisse. Citantur enim in Erasmi t.: *Munus exiguum, sed opportunum* p. 1759. nullo icato scriptore, qui illis usus sit.

Μὴ δὲ τὰ παρ' ἡμῖν] Sic omnes Juliani Edd., quum no contracte Μηδὲ scriptum sit. Cum Valesio malle profiteor.

ubi est: Βάλλ' εἰς μακαρίαν. quem locum illustravit Ruhnkenius ad Tim. p. 59.

L. 13. Ξενοδοχεῖα καθ' ἑκάστην πόλιν] Notabilis locus pro investiganda hospitiorum publicorum origine satis adhuc incerta. Quo in argumento versatus isto testimonio Beckmannus usus est in *Beytraege zur Geschichte der Erfindungen* T. V. p. 409. — Caeterum ecclesiastici scriptores diserte hospitia memorant inter ea, quae praeclare humaniterque Julianus instituere voluerit ex imitatione Christianorum. Verba sunt Gregorii Nazianzeni Adv. Jul. Orat. III. p. 101. (ed. Bill.): διδασκαλεῖα μὲν ἱδρύσασθαι κατὰ πᾶσαν πόλιν ἕτοιμος ἦν — — ἔτι δὲ καταγώγια πήξασθαι καὶ ξενῶνας. tum Sozomeni l. V. c. 16: ὑπολαβὼν δὲ, τὸν Χριστιανισμὸν τὴν σύστασιν ἔχειν ἐκ τοῦ βίου καὶ τῆς πολιτείας τῶν αὐτὸν μετιόντων, διενοεῖτο — καὶ καταγωγίοις ξένων καὶ πτωχῶν καὶ τῇ ἄλλῃ τῇ περὶ τοὺς δεομένους φιλανθρωπίᾳ, τὸ Ἑλληνικὸν δόγμα σεμνύναι. Cujus loci verbis τῇ περὶ τοὺς δεομένους φιλανθρωπίᾳ praeluxerat Gregorius Nazianzenus, qui post locum ante laudatum τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν habet; quemadmodum illa τῶν αὐτὸν μετιόντων ex hac Epistola ducta possunt videri, cujus initio legitur: τῶν μετιόντων αὐτόν. etsi non Χριστιανισμὸν, sed Ἑλληνισμὸν intendit Julianus.

Pag. 91. *L.* 1 *sq.* καὶ ἑξακισμυρίους οἴνου ξέστας· ὧν τὸ μὲν πέμπτον εἰς τοὺς πένητας τοὺς] Malo casu haec verba, quae nunc e Sozomeno inserta sunt, in omnibus Juliani Editionibus exciderant, licet in Versione nunquam non adfuerint. Cujusmodi peccata semel amplius Editionem Spanhemii foedant; e. g. Orat. VI. p. 198, A. ubi vulgatur: αὐτὸς μὲν ἐλεεινότεροι δὲ, post μὲν inserendum est ἐλεεινὸς, ex Ed. Petav. P. I. p. 371. Tum Caes. p. 323, D. pro verbis ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικοὺς πολέμους ἐπανειλόμην excudi debebat: ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων τοὺς Πέρσας ἀπῄτησα δίκην, καὶ τοὺς Ἑλληνικοὺς πολέμους ἐπανειλόμην. uti praescriptum erat in Ed. Petav. P. II. p. 33.

L. 2 *sq.* τοῖς ἱερεῦσιν ὑπηρετουμένους] Quod fame sitique, ut videtur, premebantur qui sacerdotibus inserviebant, id paucitatem prodjt oblatorum tunc sacrificiorum, quae nempe pauperibus illis alimenta praebebant. Clarius id adparet e Misopogone p. 363, B. ubi verba sunt: Πρόςεισι δ' οὐδεὶς τῶν

δεομένων τοῖς ἱεροῖς. οὐ γάρ ἐστιν, οἶμαι, πόθεν διατραφῇ. Cujus loci pars prior ita male redditur: *Nemo autem affert res ad sacra necessarias.* Vertendum potius: *Nemo autem pauperum accedit ad sacra.* Subjicitur causa: *quod, credo, ei non sit, unde alatur.*

L. 4 *sq.* Αἰσχρὸν γὰρ, εἰ] Recte sic apud Petavium. Perperam αἰσχρουν in Ed. Spanh. αἰσχρῶν in Ed. Mart., quae novo vitio tenet οἱ pro εἰ.

L. 5. τρέφουσι δὲ] Pariter in Fragm. p. 305, B. Christianos praedicat longe majorem curam pauperum gerere, quam Deorum cultores; quibus egenorum neglectum vitio dat. Quum et apud Lucianum De morte Peregr. c. 12. de Christianorum erga miseros benevolentia, quamvis malitiose, sit memoratum, ibi vir doctus nostrum attulit locum in Annot. T. VIII. p. 550. (ed. Bipont.)

L. 6. πρὸς τοῖς ἑαυτῶν] Perperam τοὺς expressum est in Ed. Spanh. Vicissim τοῖς pro τοὺς expressum corrupit Orationem III. p. 116, C. ubi vulgatum est in Edd. omnibus: καὶ οὐ τοῖς ξυγγενέσι μονον τοσαῦτα ἔδρασεν ἀγαθά. Scribendum τοὺς ξυγγενεῖς, ut in Vossiano tribusque meis codicibus occurrit. Id cum universa linguae ratio, tum Juliani postulant exempla Oratt. I. p. 36, C: δράσαντές τι δεινὸν τοὺς πολεμίους. II. p. 59, D: δρᾶσαί τι δεινὸν τοὺς πολεμίους.

L. 12. Ὅμηρος γοῦν] Cujus laudati tres versus extant Odyss. XIV, 56 sqq., ut in oris Editionum Petav. et Spanh. indicatum est. Ejusdem loci dimidia pars posterior, quae quidem redit Odyss. VI, 207 sq., iterum ab Juliano adfertur Fragm. p. 291, B. ubi nihil adnotarunt Editores.

L. 13. οὔτ' εἰ] Sic libri omnes, quum in Homero l. c. scriptum sit οὐδ' εἰ.

L. 15. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε] Sequitur apud Homerum: Γίγνεται ἡμετέρη. Poëtae verba, quae ex Juliano adscripsi, videntur usu proverbiali invaluisse. Citantur enim in Erasmi Adagiis tit.: *Munus exiguum, sed opportunum* p. 1759. nullo tamen indicato scriptore, qui illis usus sit.

L. 16. Μὴ δὲ τὰ παρ' ἡμῖν] Sic omnes Juliani Edd., quum in Sozomeno contracte Μηδὲ scriptum sit. Cum Valesio malle me Μὴ δὴ profiteor.

persuasit. Significationem hoc modo assequor. Duorum amicorum alter alterius domus est particeps, ut quasi duplex sit unicuique domus. Quum igitur res quaepiam amico ab amico donata *domo domum* dicitur migrare, blande innuitur, eam rem ratione possessionis nullam experiri vicem; utrovis enim loco sit, domi est. Haec fuit Juliani cogitatio; nec aliam fuisse Pindari sententiam, ejus verborum nexus ostendit in loco posterius laudato. Firmant interpretationem illa, quae Libanius eodem dicto utens adjicit Ep. 149. ubi legitur: *Οἴκοθεν οἴκαδε, καὶ οὐ παρὰ ἀδελφοῦ μᾶλλον, ἢ παρὰ ἀδελφόν.* it. Ep. 358: *Οἴκοθεν οἴκαδε τοὺς σαυτοῦ πέμπεις· καὶ οὐδὲ δεῖ μᾶλλόν ἐμε παρακαλεῖν εἰς τὰ σά, ἢ παρ' ἐμοῦ σε κεκινῆσθαι τῶν σαυτοῦ φροντίζειν.* Fallitur Erasmus in Adagiis tit.: *E domo in domum* p. 1366., ubi laudato Pindaro, cui quidem temere consociat Aristophanem, verba *οἴκοθεν οἴκαδε* tum usurpari scribit, cum significetur, aliquem propriis virtutibus quippiam egregiae laudis peperisse suae domui patriaeve.

L. 10. *κατὰ τὸν σοφὸν ποιητὴν Πίνδαρον*] Similiter Orat. III. p. 116, A: *κατὰ τὸν σοφὸν Πίνδαρον.* quo quidem loco dictum allegatur a Plutarcho servatum T. IX. p. 208. (ed. Reiske).

L. 11. *ὥστε εἴ τι*] Solus codex G: *ὡςθ' ὅ,τι.*

(Interpres gallicus nr. XXXVI. p. 489.)

EPISTOLA XLVII.

Extat haec in codice Barocciano meoque H. Spanhemius Praef. ad Juliani Opera p. XXVIII. eam ut maxime notabilem excitavit propterea, quod inde discatur, Julianum reliqua tributorum remisisse. Ejus tamen lenitatis aliunde quoque percrebuit fama. Missis Juliani verbis Misopog. p. 365, B. laudemus Ammianum Marcellinum de hoc Imperatore scribentem lib. XXV. c. IV. §. 15: *Liberalitatis ejus testimonia plurima sunt et verissima: inter quae — — remissa debita multa diuturnitate congesta.* Quem ad locum a Lindenbrogio consentientium scriptorum indicia proferuntur Eutropii l. X. c. XVI.; [rectius c. VIII.] Gregorii Nazianzeni Orat. I. In Julianum [p. 80, B. ed. Bill.], quanquam is inter vituperanda posuit *φόρων ἄνεσιν*

L. 15. *Θρᾳξί.*] Hanc inscriptionem fide Barocciani codicis exhibui, praeter quem omnes libri nullam tenent. Perquam credibile est, a *Thracibus* remissionem tributorum postulatam fuisse, quum terram illi satis horridam incoluerint et infoecundam. Et Julianus eo lubentius Thracibus gratificari voluerit, quod ipse Constantinopoli natus eorum popularis erat; unde scripsit Misopog. p. 367, C: *γένος μοι ἐστὶ Θρᾴκιον.* Inscriptionis olim jam veritatem agnovit Valesius ad Ammianum Marcellinum l. c. laudans Juliani *epistolam 47. ad Thracenses.*

L. 16. *πρὸς κέρδος ὁρῶντι*] Sic libri omnes; nec de scripturae bonitate dubito, quanquam in similibus Luciani verbis Demon. c. 2: *πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες*, Graevius negat (T. V. p. 537. ed. Bipont.) graecam esse locutionem, quam in *ὁρμῶντες* corrigi voluit.

L. 17. *φήϑη*] Perperam *φήϑην* in codice meo.

L. 3. *γίγνεσϑαι*] Codex idem: *γίνεσϑαι.* Pag. 88.

L. 7 *sq.* *μέχρι μὲν τῆς τρίτης ἐπινεμήσεως*] « Reliqua tributorum ad certum tempus remittit, nempe ad Indictionem usque tertiam, quae anno Christi 359. coepta est. Quae *indulgentia* nominari solet. Vide Cod. Theod. lib. XI. tit. 28: *De indulgentiis debitorum.* » Petav.

L. 9. *ἐλλείπει*] Solemne verbum de tributis, quae fisco ex praeterito debentur. Item a scriptoribus illius quidem aetatis, e. g. Julian. Misopog. p. 365, B. *ἐλλείμματα* dicuntur ipsa tributa, quae Latine *reliqua* vocabantur. Alii *λοιπὰ* et *λοιπάδας* dixere. Vid. Spanhemium De usu et praest. num. Diss. XIII. p. 552 sq.

L. 11. *τοῖς ἐπάρχοις ἐπέσταλκα*] Quod non superest documentum.

L. 12 *sq.* *Ἐῤῥωμένους — χρόνον.*] E Barocciano codice Spanhemius hanc adposuit clausulam, quae cum in caeteris Edd., tum in codice meo desideratur. Nihil in ejusmodi verbis suspecti cernens uncinos omisi, quos illis circumdederat Spanhemius.

EPISTOLA XLVIII.

Haec extat in codice H.

L. 16. *Ζήνωνι.*] De quo vid. Obss. ad Ep. XLV. tit. Inscriptionem, qua codex ad instar omnium Juliani Editionum

caret, ex antiquissima repetii Τῶν Ἑλληνικῶν ἐπιστολῶν ἀνθολογίᾳ, de qua monitum est in Praefatione sub hoc signo **).

Pag. 89. *L.* 3. ἃς εἴη γε καὶ] Particula καὶ, qua facile careremus, in codice superne inscripta comparet. Eandem omnes agnoscunt Edd.

L. 4. ταὐτὰ] Edd. omnes cum codice ταῦτα tenent. Emendationem postulare videbatur sententia. Respicitur enim ad illa, quae principio nunciavit Julianus, cum corpore tum anima se valere. Interpres exprimens *omnia*, legisse videtur πάντα, quod librorum auctoritate destituitur. — Iterum ταὐτὰ scriberem Orat. VIII. p. 242, D. ubi vulgatur: ταῦτα νοοῦντες καὶ προαιρούμεναι. Postremum quidem verbum in προαιρούμενοι corrigendum esse recte conjecit van Heusden Specim. Crit. in Platonem p. 119. Emendationem probat codex meus A.

Post hanc Epistolam in Edd. Aldina et Martiniana priori legitur: Τέλος τῶν Ἰουλιανοῦ ἐπιστολῶν. Eodem loco scriptum est in meo codice: Τέλος τῶν ἐπιστολῶν Ἰουλιανοῦ τοῦ αὐτοκράτορος. Quibusnam in libris Epistolae sequentes vulgatae sint, e Praefatione colliges.

EPISTOLA XLIX.

Haec epistola, quae nullo meorum codicum continetur, a primis Editoribus e Sozomeno desumta videtur, nec vero ex Julianeis codicibus eruta. Certe notarunt Martinius atque Petavius, eam apud Sozomenum extare lib. V. c. 16.; non magis autem, quam Editor sequens, ullam e manuscripto quopiam libro memorare lectionem. Separatim has litteras cum erudito commentario vulgatas esse a Petro Zornio, Sedini 1729. forma 4., non ex proprio usu doceo, sed ex indicio Fabricii Luce salut. Evang. p. 310. quocum consentit Joecherus *Gelehrten-Lexicon* T. IV. p. 2226.

Quum per hanc epistolam admoneantur Deorum cultores, ne Christianorum virtutibus inferiores se esse patiantur, potius vero quae in illis laudanda sint, caritatem inprimis, ac humanitatem, imitentur; non mirum est, a christianis scriptoribus ad praeclarum adeo testimonium saepius provocari, sive historiam enarrent ecclesiasticam, ut Baronius in Annalibus ad

annum 362. cap. 306., ubi tota epistola latine ponitur; sive christianae religionis doctrinam apologeticam vel etiam moralem tradant, v. c. Seckendorfius in *Christenstaat* p. 789. Moshemius in *Sittenlehre* T. VII. p. 315 sq. Reinhardus in *System der christlichen Moral* T. III. §. 294.; sive pro re nata de gravioribus Juliani reliquiis memorent, e. g. Petavius in editionis Praefatione p. IV sq. Spanhemius itidem p. XXIX sq. Buddeus in Miscellaneis sacris Parte III. p. 1156. Neander *Ueber den Kaiser Julianus und sein Zeitalter* p. 130. Quae autem evehendi paganismi gratia decrevit Julianus instituta Christianorum imitatus, ea multo fuisse videntur uberiora, quam ex praesenti documento cognoscitur. Nam praeter illa, quae hic praescribuntur, ejus generis alia complura tradunt Gregorius Nazianzenus Adv. Jul. Orat. III. p. 101 sq. (ed. Bill.) Sozomenus l. V. c. 16. Quorum prior alteri videtur ante oculos fuisse.

L. 9. Ἀρσακίῳ ἀρχιερεῖ Γαλατίας] His vulgo additur: ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ βασιλέως. Quae verba tanquam Sozomeno debita recidi. *Arsacii* nusquam alibi, quoad sciam, occurrit mentio. Rursus ad pontificem, Theodoro quidem nomine, scripsit Julianus Ep. LXIII. Utraque epistola res nonnullas attingit, quae latius in Fragmento tractantur Opp. T. I. p. 288—305. unde singulis locis indicavi consentanea.

L. 10. κατὰ λόγον ἡμῶν,] In Sozomeno, cujus editionem Valesianam contuli, signum distinctionis ante ἡμῶν positum occurrit; unde paulo diversa nascitur sententia, quae vero minus placet.

L. 13. Ἀδράστεια] Exoptans, ut Adrastea, quae jactantiae vindex habebatur, modo dictis faveat, caveri vult, ne propter grandiloquentiam, qua forte sit usus, irata Dea conditionem Gentilium in deterius mutet. Multae sunt in veterum libris admonitiones, ut ab arrogantia, praesertim in dicendo, temperemus, ne in Superorum invidiam incidamus. Vid. Erasmi Adagia p. 1487. tit.: *Ne magna loquaris.* Itaque sigillatim Ἀδραστείας nomen dicto praefari solebant exultantiori, vel insolenti aut invidioso, velut illius deprecantes iram. Quem dicendi usum luculentis exemplis, omisso tamen Juliano, H. Stephanus illustravit in Animadvv. ad Adagia Erasmi fol. 10. verso. Iterum Adrasteam sibi propitiam cupit *Noster* Ep. XXIX. med.

Ibid. Τὴν γὰρ] «Scribe Τίς γὰρ, et addendum verbum ἐλπίζειν aut ejusmodi aliud.» Petav. — Cujus tunc opportuno monito Spanhemius eatenus obtemperavit, ut Τίς γὰρ ederet; sed negligens in sequentibus aliquid addere, nihil prorsus commodi attulit. Deerant enim verba οὐδὲ εὔξασθαί τις, quibus nunc e Sozomeno accitis servari debebat scriptura Τὴν γὰρ, quam et Sozomenus exhibet.

L. 14. οὐδὲ εὔξασθαι — ἐτόλμα] Passim obvia dicendi forma, v. c. Julian. Orat. I. p. 7, C: τοσαύτην εἰρήνην — ὅσην οὐδὲ εὔξασθαι ῥᾴδιον. Isocrat. Orat. De Pace p. 365, C. (ed. Genev.): τοσαύτην — τὴν ἐπίδοσιν, ὅσην οὐδ' ἂν εὔξασθαι τοῖς θεοῖς πρότερον ἠξίωσαν.

L. 15. οὐδὲ ἀποβλέπομεν, ὡς] Perperam omnes Edd. omisso commate pro ὡς exhibent ὃ, cujus permutationis jam aderat exemplum Ep. XXXVII. p. 66. Talem scripturam linguae ratio respuebat; haud enim ἀποβλέπειν τι, sed εἴς τι vel πρός τι dicitur. Accedit quod, si probum esset ὃ, pariter in sequentibus per quartum casum efferrentur nomina ἡ φιλανθρωπία caeteraque. Meliorem igitur scripturam a Valesio mutuatus sum, qui in Adnotatione ad Sozomenum ὡς esse legendum conjecit ex Epiphanii Scholastici versione hujusmodi: *neque respicimus, quem admodum superstitionem Christianorum auxerit cura peregrinorum.*

L. 16. ἀθεότητα] Solemne Juliano vocabulum, quo *christianam religionem* indicat, e. g. loco paulo inferiori p. 90. med. Ap. Cyrill. l. VII. p. 229, D. Caes. p. 336, B. Misopog. p. 357, D. 362, C. quorum postremus locorum in verbis διεσκέδασαν οἱ θεοὶ τῆς ἀθεότητος τὴν νεφέλην adumbrationem offert Homeri Odyss. XIII, 352. ubi est: θεὰ σκέδασ' ἠέρα. Jam ante Julianum ἀθεότητος insimulatos esse Christianos, ex illorum Apologetis constat. Vicem Juliano retribuere Christiani, a quibus passim ille vocatur ἄθεος. Vid. Reimannus Historia Atheismi p. 528.

Ibid. ἡ περὶ τοὺς ξένους φιλανθρωπία] Hospitalitatem in Christianis et alter agnoscit illorum irrisor Lucianus De morte Peregr. c. 13. (T. VIII. p. 280. ed. Bipont.) Conf. Elsnerus in Ep. ad Hebr. XIII, 2.

Pag. 90. *L.* 1. περὶ τὰς ταφὰς τῶν νεκρῶν] Quum a priscis etiam Apologetis officiosa laudentur Christianorum circa sepulturas et

mortuos munia, locum hunc apte contulerunt Elmenhorst ad Minucium Felicem p. 110. Havercamp ad Tertulliani Apologeticum p. 362. Occasionem arripiam, ut adfinem vocem τάφος a temeraria interpretatione vindicem in Julian. Misopog. p. 344, A. ubi legitur: τοῖς περὶ τοὺς τάφους καλινδουμένοις γραϊδίοις. Eo scilicet loco cum aliorum aliis utitur Valesius ad Ammianum Marcellinum l. XXII. c. XI. §. 7. ostensurus Gentilibus solemne fuisse, Christianorum *templa* τάφους appellare. *Nostri* tamen locus, mea quidem sententia, vulgari sensu *tumulos* indicat, supra quibus preces fundebant mulieres christianae. Quem respiciens morem Julianus ap. Cyrill. l. X. p. 335, C. τάφων καὶ μνημάτων meminit, adjectis verbis: καί τοι οὐκ εἴρηται παρ' ὑμῖν οὐδαμοῦ, τοῖς τάφοις προσκυλινδεῖσθαι καὶ περιέπειν αὐτούς. Ibid. p. 339, E. pari sensu scriptum est: προσκυλινδεῖσθαι τοῖς μνήμασι. Felicius a Valesio laudatus esset alter Misopogonis locus p. 361, A. ubi liquide scriptor templa Christianorum τοὺς τάφους τῶν ἀθέων appellat, quibus nempe τὰ τῶν θεῶν τέμενη opponit.

L. 3 *sq.* τὸ σὲ μόνον εἶναι τοιοῦτον] Sic optime Sozomenus dedit. Pessime pro σὲ μόνον in Juliano vulgatum erat σεμνὸν, indeque versum: *Neque satis est, istud solum institutum sancte observari.*

L. 6 *sq.* μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων] Congruit sententia Fragm. p. 305, B.

L. 8. τῶν Γαλιλαίων γαμετῶν] Intelligere videtur ethnicas mulieres Christianis nuptas. In tales enim valebat auctoritas Pontificis. Feminarum ad christianam religionem propensio colligitur ex Ep. IV. fin. Misopog. p. 363, A.

L. 10. ἱερέα] Scribendum arbitror ἱερέας. Haud enim crediderim, eam esse Singularis vim legitimam, ut *sacerdotem quemque* valeat.

Ibid. θεάτρῳ παραβάλλειν] Idem vetatur Fragm. p. 304, B. ubi legitur: τοῖς ἀσελγέσι τούτοις θεάτροις τῶν ἱερέων μηδεὶς μηδαμοῦ παραβαλλέτω. Loco utroque subintelligitur ἑαυτὸν, ut in hisce verbis Misopog. p. 365, D: παραβάλλειν τοῖς θεάτροις. Ep. LIX. p. 116 med.: στρατοπέδῳ παρέβαλες. Huc facit Thomas Mag. p. 679: Παραβάλλω· τὸ πλησιάζω, τὸ ἔρχομαι. Verbum quoque simplex eandem admittit ellipsin Caes. p. 333, A.

ubi est: Βάλλ' εἰς μακαρίαν. quem locum illustravit Ruhnkenius ad Tim. p. 59.

L. 13. Ξενοδοχεῖα καθ' ἑκάστην πόλιν] Notabilis locus pro investiganda hospitiorum publicorum origine satis adhuc incerta. Quo in argumento versatus isto testimonio Beckmannus usus est in *Beytraege zur Geschichte der Erfindungen* T. V. p. 409. — Caeterum ecclesiastici scriptores diserte hospitia memorant inter ea, quae praeclare humaniterque Julianus instituere voluerit ex imitatione Christianorum. Verba sunt Gregorii Nazianzeni Adv. Jul. Orat. III. p. 101. (ed. Bill.): διδασκαλεῖα μὲν ἱδρύσασθαι κατὰ πᾶσαν πόλιν ἕτοιμος ἦν — — ἔτι δὲ καταγώγια πήξασθαι καὶ ξενῶνας. tum Sozomeni l. V. c. 16: ὑπολαβὼν δὲ, τὸν Χριστιανισμὸν τὴν σύστασιν ἔχειν ἐκ τοῦ βίου, καὶ τῆς πολιτείας τῶν αὐτὸν μετιόντων, διενοεῖτο — καὶ καταγωγίοις ξένων καὶ πτωχῶν καὶ τῇ ἄλλῃ τῇ περὶ τοὺς δεομένους φιλανθρωπίᾳ, τὸ Ἑλληνικὸν δόγμα σεμνύναι. Cujus loci verbis τῇ περὶ τοὺς δεομένους φιλανθρωπίᾳ praeluxerat Gregorius Nazianzenus, qui post locum ante laudatum τὴν εἰς τοὺς δεομένους φιλανθρωπίαν habet; quemadmodum illa τῶν αὐτὸν μετιόντων ex hac Epistola ducta possunt videri, cujus initio legitur: τῶν μετιόντων αὐτόν. etsi non Χριστιανισμὸν, sed Ἑλληνισμὸν intendit Julianus.

Pag. 91. *L.* 1 *sq.* καὶ ἑξακισμυρίους οἴνου ξέστας· ὧν τὸ μὲν πέμπτον εἰς τοὺς πένητας τοὺς] Malo casu haec verba, quae nunc e Sozomeno inserta sunt, in omnibus Juliani Editionibus exciderant, licet in Versione nunquam non adfuerint. Cujusmodi peccata semel amplius Editionem Spanhemii foedant; e. g. Orat. VI. p. 198, A. ubi vulgatur: αὐτὸς μὲν ἐλεεινότεροι δὲ, post μὲν inserendum est ἐλεεινὸς, ex Ed. Petav. P. I. p. 371. Tum Caes. p. 323, D. pro verbis ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τῶν Ἑλληνικοὺς πολέμους ἐπανειλόμην excudi debebat: ἐγὼ μὲν ὑπὲρ τῶν Ἑλλήνων τοὺς Πέρσας ἀπήτησα δίκην, καὶ τοὺς Ἑλληνικοὺς πολέμους ἐπανειλόμην. uti praescriptum erat in Ed. Petav. P. II. p. 33.

L. 2 *sq.* τοῖς ἱερεῦσιν ὑπηρετουμένους] Quod fame sitique, ut videtur, premebantur qui sacerdotibus inserviebant, id paucitatem prodjt oblatorum tunc sacrificiorum, quae nempe pauperibus illis alimenta praebebant. Clarius id adparet e Misopogone p. 363, B. ubi verba sunt: Πρόσεισι δ' οὐδεὶς τῶν

ἐομένων τοῖς ἱεροῖς. οὐ γάρ ἐστιν, οἶμαι, πόθεν διατραφῇ. Cujus loci pars prior ita male redditur: *Nemo autem affert res ad sacra necessarias.* Vertendum potius: *Nemo autem pauperum accedit ad sacra.* Subjicitur causa: *quod, credo, ei non sit, unde alatur.*

L. 4 *sq.* Αἰσχρὸν γὰρ, εἰ] Recte sic apud Petavium. Perperam αἰσχροὺν in Ed. Spanh. αἰσχρῶν in Ed. Mart., quae novo vitio tenet οἱ pro εἰ.

L. 5. τρέφουσι δὲ] Pariter in Fragm. p. 305, B. Christianos praedicat longe majorem curam pauperum gerere, quam Deorum cultores; quibus egenorum neglectum vitio dat. Quum et apud Lucianum De morte Peregr. c. 12. de Christianorum erga miseros benevolentia, quamvis malitiose, sit memoratum, docti vir doctus nostrum attulit locum in Annot. T. VIII. p. 550. ed. Bipont.)

L. 6. πρὸς τοῖς ἑαυτῶν] Perperam τοὺς expressum est in Ed. Spanh. Vicissim τοῖς pro τοὺς expressum corrupit Orationem III. p. 116, C. ubi vulgatum est in Edd. omnibus: καὶ ὁ τοῖς ξυγγενέσι μονον τοσαῦτα ἔδρασεν ἀγαθά. Scribendum οὐς ξυγγενεῖς, ut in Vossiano tribusque meis codicibus occurrit. Id cum universa linguae ratio, tum Juliani postulant exempla Oratt. I. p. 36, C: δράσαντές τι δεινὸν τοὺς πολεμίους. II. p. 59, D: δρᾶσαί τι δεινὸν τοὺς πολεμίους.

L. 12. Ὅμηρος γοῦν] Cujus laudati tres versus extant Odyss. XIV, 56 sqq., ut in oris Editionum Petav. et Spanh. indicatum est. Ejusdem loci dimidia pars posterior, quae quidem redit Odyss. VI, 207 sq., iterum ab Juliano adfertur Fragm. p. 291, B. ubi nihil adnotarunt Editores.

L. 13. οὔτ' εἰ] Sic libri omnes, quum in Homero l. c. scriptum sit οὐδ' εἰ.

L. 15. δόσις δ' ὀλίγη τε φίλη τε] Sequitur apud Homerum: λίγνεται ἡμετέρη. Poëtae verba, quae ex Juliano adscripsi, videntur usu proverbiali invaluisse. Citantur enim in Erasmi Adagiis tit.: *Munus exiguum, sed opportunum* p. 1759. nullo tamen indicato scriptore, qui illis usus sit.

L. 16. Μὴ δὲ τὰ παρ' ἡμῖν] Sic omnes Juliani Edd., quum in Sozomeno contracte Μηδὲ scriptum sit. Cum Valesio malle me Μὴ δὴ profiteor.

L. 17. *καταπροδώμεθα*] Edd. Mart. et Petav. mendose *καταπροώμεθα*.

Pag. 92. *L.* 9. *θεῖος*] Ita Sozomenus. Perperam *θεοῖς* in omnibus Juliani Edd.

L. 11. *δοξοκόποι εἰσὶ καὶ κενόδοξοι*] Duorum nominum unam ferme significationem esse Suidas ostendit, apud quem *Δοξοκοπία* redditur *κενοδοξία* T. I. p. 618. Quem ad locum Toup Emendd. in Suidam p. 93. (ed. Lips. 2.) non oblitus est, verborum Juliani meminisse. Caeterum adjectivum *δοξοκόπος* usus rarioris esse videtur. Exulat a Schneideri Lexico, quo tamen substantivum continetur *δοξοκοπία*.

L. 12. *Πεσσινοῦντι*] Tam apud Sozomenum, quam in omnibus Juliani Edd. ita scribitur nomen urbis, de qua videsis Obss. ad Ep. XXI. fin. Nescio, qualibus angustiis illa civitas pressa fuerit, ut Imperatoris ope indiguerit.

L. 14. *οὐκ ἀμεμπτοι μόνον*] Perperam vertebatur: *non modo culpae affines erunt;* pro qua sententia scriptum oportuisset: *οὐ μόνον οὐκ ἀμεμπτοι.* Verum Atticorum more non pro eo ponitur *ἄμεμπτος*, *qui a nemine reprehenditur*, sed activa vi denotat eum, *qui non habet, quod queratur;* sicut *ἀθέατος* Attice de illo potius usurpatur, *qui non videt*, quam *qui non videtur;* et alia ejusmodi complura. Duplicem vocabuli vim notavit Thomas Mag. p. 40. ubi est: *Ἄμεμπτος· καὶ ὁ μὴ μέμψιν δεχόμενος, καὶ ὁ μὴ μεμφόμενος τινί. τῷ γε δευτέρῳ χρῶνται κυρίως οἱ Ἀττικοί.* Caeterum *εἰσὶν* ad verba nostra facile subintelligitur.

Ibid. πικρὸν εἰπεῖν μὴ] Ante *μὴ* supplendum videtur *ὅρα*, quod expressit Julianus Ep. IV. init. Orat. II. p. 52, D. Fragm. p. 318, C. quibus locis itidem pergitur per *μή*. Tali certe pacto non convellitur lectio, quam Sozomenus aeque ac Julianus per omnes Edd. exhibet. Displicet sententia Valesii, qui in Sozomeno vel contra suum codicem pro *μὴ* proposuit *μοι*, posteaque, ubi est *ἀπολαύσωσι*, scribendum suasit *ἀποῃλύσουσι*, quod verbum apud Nicephorum esse dicit, aperire supersedens, cujusmodi sit. Caeterum in verbis *πικρὸν εἰπεῖν* agnoscitur dicendi formula, quam planissime sic effert Demosthenes Olynth. I. p. 4, C. (ed. Wolf.): *μὴ λίαν πικρὸν εἰπεῖν ᾖ, nisi dictu acerbius sit.* Eadem illa verba leguntur in corrupto Luciani loco

Diss. C. Hes. c. 2. (T. VIII. p. 148. ed. Bipont.), ubi sic vulgatur: *ἢ γὰρ ἐψεύσω, εἰ καὶ πικρὸν εἰπεῖν, [οὐχ] ὡς ὑποσχομένων σοι τῶν Μουσῶν* etc. in quibus formula nostra satis vim suam exserit.

L. 16. *Οὐ γάρ μοι Θέμις* etc.] Commode sic in Edd. Petav. et Spanh. versus isti leguntur, quos hoc modo vulgaverat Martinius:

Οὐ γάρ μοι Θέμις εἰπεῖν κομιζέμεν ἢ ἐλεαίρειν
Ἄνδρας οἳ καὶ Θεοῖς ἀπέχονται ἀθανάτοισιν.

Homerus autem, cujus Odysseam XI, 73 sq. Spanhemius ad marginem indigitavit, versibus praeiverat hujusmodi:

Οὐ γάρ μοι Θέμις ἐστὶ κομίζεμεν οὐδ' ἀποπέμπειν
Ἄνδρα τὸν, ὅς κε Θεοῖσιν ἀπέχθηται μακάρεσσιν.

(Interpres gallicus nr. XXXII. p. 468.)

EPISTOLA L.

Haec extat in meo codice A.

«Nili incrementum ejusque modum Ecdicio, Aegypti Praefecto, significat. Quem XX. Septembris die ad cubitos quindecim crevisse deprehensum refert. Vide Plinium V, 9. et accuratissimam Diatribam P. Joannis Baptistae Scortiae nostri [h. e. Jesuitae] *De natura et incremento Nili.*» Petav.

L. 6. *Ἐκδικίῳ*] Qui pariter ob silentium carpitur Ep. VI. Pag. 93.

L. 7. *ἐμοὶ σὺ διηγῇ τοὐμὸν ὄναρ*] Hoc proverbium, quod inter Proverbia Metrica sic expressum est v. 362: *Ἀφηγῇ τοὐμὸν ὄναρ μοι, Mea somnia narras,* conversis personis ita legitur in Erasmi Adagiis tit. *Tuum tibi narro somnium* p. 42: *Τὸ σὸν ὄναρ σοι διηγοῦμαι.* rursusque Ib. p. 57. talibus verbis ponitur e Platone De Republ. l. VIII: *Τὸ ἐμόν γ' ἐμοὶ λέγεις ὄναρ.* Quaecunque sit sententiae forma, valet in hominem, qui alteri narrat, quod hic ipse longe melius intelligit. Caeterum, quod nemo attendit, Juliani locus iste: *ἐμοὶ — ἀφηγεῖσθαι* decerptus est a Suida voc. *Παρ·* T. III. p. 437., ubi pro verbis *σὺ διηγῇ* incommode *διηγοῦ σὺ* scribitur, posteaque negligitur *σοι*. Libri Julianei per totam periodum nihil variant, nisi quod Ed. Mart. *διήγει* tenet ex Attica flexione.

L 8. *ὕπαρ*] Id nomen contrarium valet antecedentis *ὄναρ*. quorum alterum pro re vere subsistente, alterum pro re per somnum ficta usurpatur, ut clare proverbialis indicat locutio: *οὐκ ὄναρ, ἀλλὰ ὕπαρ*, in Erasmi Adagiis illustrata p. 1154.

Ibid. Πολὺς, *φησὶν*, ὁ Νεῖλος] Huc facit, quod a Suida Πολὺς redditur *σφοδρὸς*, ab Hesychio *μέγας*. — Eleganter nomen adjectivum officio fungitur adverbii. Sic aeque de fluentis Themist. p. 346. (ed. Petav.): *τοῦ ποταμοῦ ψυχροῦ ῥέοντος καὶ διαυγοῦς*. Virgil. Georg. III, 23: *magnum fluentem Nilum*.

L. 11. Σεπτεμβρίου] Ed. Mart. cum codice meo: *σεπτβρίου*. Vid. Obss. p. 184. inf.

Ibid. τρὶς πέντε] Quae satis commoda fuit et optabilis altitudo. Nam, ut Plinius ait loco supra laudato, *Justum incrementum est cubitorum sedecim. XIV. cubita hilaritatem afferunt; XV. securitatem; XVI. delicias.* Nilum *nemo aliquando extolli cubitis altius XVI. possessor optavit;* auctore Ammiano Marcellino l. XXII. c. XV. §. 13.

Ibid. Θεόφιλος] Qui aliunde non innotuit.

Ab Epistolae argumento non prorsus alienum videatur memorare, quod Sozomenus tradit l. V. c. 3., esse cubitum, quo Nili incrementum metiri consueverant, ab Juliano Alexandriam reductum in Serapidis templum, unde olim Constantini jussu deportatus erat in Christianorum ecclesiam.

(Interpres gallicus nr. XXVIII. p. 457.)

EPISTOLA LI.

Haec epistola, quae meo continetur codice A., extremo vitae Juliani anno scripta est. Auctor enim p. 97. med. se annum agere declarat trigesimum secundum, quem ei fatalem fuisse constat ex Ammiano Marcellino l. XXV. c. III. §. 23. ubi Valesius tam ex hisce litteris, quam ex ipso Socrate refellit Socratem, qui hunc Imperatorem aetatis anno 31. interiisse tradidit.

Cantoclarus in Notis ad Juliani Caesares (in Ed. Petav. P. II. p. 338. vel Ed. Spanh. T. II. p. 43.) pro re nata hanc epistolam excitans utitur adjectitiis verbis: *quae et a nobis edita, et in Latinum versa est.* Nusquam tamen alibi talis editionis mentionem

incidi, nedum ipsam oculis viderim meis. Vellem aliquid monuisset Heusingerus, ubi Cantoclari locum in accuratiori sua Caesarum editione recepit p. 118. Nisi de *latina versione* verba essent, intelligi posset editio Martinii altera, quae, conjuncta Martinii et Cantoclari opera, Juliani tunc extantes reliquias vulgaverat; sed inibi graece tantum haec epistola prodiit et, ni omnia fallunt, solius Martinii cura.

Quo facilius rerum nexum perspicias, haec teneto. Athanasius Alexandria cesserat vi coactus Edicti XXVI. Quo facto, cives Alexandrini Julianum, ut illum reverti sineret, sollicitarunt, ut ex hujus epistolae verbis adparet p. 98: *ταύτας ἐποιήσασθε τὰς δεήσεις*. Imperator autem, ut illorum precibus annueret, tantum abfuit, ut prius illud Edictum non solum servaret, sed etiam extenderet, Athanasium ex tota Aegypto nunc ejiciens.

L. 7 *sq.* *τὸν ἑαυτῶν παραβάντες νόμον*] Tam his, quam inferioribus verbis p. 95: *τοῖς κατωλιγωρηκόσι τῶν πατρίων δογμάτων*, innuuntur *Christiani* tanquam ex Judaeis orti. Est autem, ex Juliani sententia, longe gravissimum illorum delictum, quod sacra deseruerint per Mosen instituta. Id crimen data opera persequitur apud Cyrillum l. VII. p. 238. et l. IX. p. 305. P. 93. 94.

L. 8. *ἀπέτισαν ὁποίας ἦν εἰκὸς δίκας*] Sic bene vulgarunt Petavius et Spanhemius in marginem relegato verbo *ἀπέστησαν*, quod exhibebat Ed. Mart. consentiente codice meo. Correctio non minus est sententiae commoda, quam stylo *Nostri* congrua, qui ad instar optimorum scriptorum *ἀποτίνειν δίκας* vel *δίκην* scripsit Orat. II. p. 96, A. Caes. p. 314, A. adfinemque locutionem *ἀποτίσαι τὴν ζημίαν* in sententia non absimili usurpavit Ep. LII. ante fin. Pingui Minerva Tourletus emendatam scripturam damnavit, alteramque commendavit, quam sic interpretatur: *ils se sont écartés de toute justice.* Tali autem versioni vel ratio linguae repugnat, pro qua *δίκης* scriptum oportuisset.

L. 10. *ὑμῶν*] Solemni errore libri omnes *ἡμῶν* offerebant.

L. 12. *πολιούχου Θεοῦ τοῦ βασιλέως Σαράπιδος*] Hesychius: Πολιοῦχοι· *οἱ τὴν πόλιν σώζοντες, καὶ οἱ ἄρχοντες αὐτῆς.* Ex Juliano notemus Misopog. p. 357, D: *Χριστὸν δὲ ἀγαπῶντες ἔχετε πολιοῦχον ἀντὶ τοῦ Διός.* Ad S. P. Q. Athen. p. 280, D: *πάντας Θεοὺς, πολιούχους τε καὶ ὁμογνίους.* Plura suppeditabunt

interpretes ad Marinum p. 79 sq. ed. Boissonade. — De Serapide vid. Obss. p. 184.

L. 13. *παρέδρῳ κόρῃ*] Non alia intelligitur ac Isis statim nominanda; quare sequentem particulam *καὶ* non discretivo, sed copulativo sensu accipias. Unicuique Deorum suos assessores fuisse tributos vel *παρέδρους*, qui, teste Hesychio, *σύνθρονοι* quoque dicebantur, dudum constat. Praeter peculiarem *Georgii d'Arnaud* De diis *παρέδροις* commentarium, qui Hagae Comitum prodiit anno 1732, utilissimae sunt virorum doctorum Adnotationes ad Lucianum Cal. Non Tem. Cred. c. 17. (T. VIII. p. 411 sq. ed Bipont.) Loca *Nostri* conferamus Ep. XXIV. p. 39., ubi Briareum dicit *πάρεδρον τῷ Διΐ*. Orat. IV. p. 150, D. ubi memorantur *Ἡλίου πάρεδροι*. Synonimo vocabulo *σύνθωκος* Jovi vocatur Providentiâ Orat. V. p. 170, D.

Ibid. *Ἴσιδι*] Post hanc vocem exemplo Petavii asteriscum triplicem injeci, defectum indicaturus. Sunt enim antecedentibus inconcinna sequentia, licet nec in codice, nec in Ed. Mart. lacuna reperiatur lacunaeve indicium. Spanhemius in graecis asteriscos omisit, quos tamen in Versione expressit.

L. 18. *οἱ πατέρες*] Vulgata haec omnium Editionum scriptura probatur a codice meo; nec ullius pretii videtur esse, quod in oris Petav. et Spanh. occurit: «*γρ. ὧν οἱ πατέρες.*»

Pag. 95. *L.* 2. *κατωλιγωρηκόσι*] Sic invitis libris erat scribendum. Tenent Edd. Mart. et Petav. cum codice meo *καταλιγωρηκόσι*. Ed. Spanh. *κατολιγωρηκόσι*.

L. 6. *ἀπηλαύομεν*] Edd. *ἀπελαύομεν*. Adoptavi codicis scripturam, quae non caret exemplis, v. c. Julian. Orat. VII. p. 235, C: *ἀπηλαύσαμεν*. Recentius in Orat. I. p. 37, A. formam *ἀπήλαυσε*, quae in Editionum oris exulabat, in textu recepit Schaeferus, cujus vide notata p. XVIII. med.

L. 11. *ὁ τοῦ Λάγου Πτολεμαῖος*] Constat, Ptolemaeum Lagi, cui post Alexandri Magni obitum Aegyptus sorte venit, Judaeos invasisse, Hierosolymam occupasse, multosque incolarum in Aegyptum abduxisse. Locus est classicus apud Josephum Antiq. Jud. l. XII. c. 1.

Ibid. *ἀμείνων*] De bellica virtute accipitur, ut Iliad. VI, 479. et alibi.

L. 12 *sq.* *παρεῖχεν.* Τί] Sic exhibent Edd. Petav. et panh., quum apud Martinium et in codice meo hiulce scriptum it *παρεῖ τι.* In Baronii quoque Annalibus ecclesiasticis ad nn. 362. cap. 244. (Tom. IV. p. 96, C. edit. Antverp.), ubi ota haec Epistola latine delibatur, circa hunc locum indicatur acuna. Recte sententiae hujus verba conditionali modo posita unt ab interpretibus; historia enim de nullo memorat Alexandri Macedonis bello contra Romanos gesto. Talem autem Indicativi sum pro Subjunctivo jam ex aliis auctoribus notavit Vigerus De Idiot. Cap. V. Sect. II. Reg. II.

L. 14. Ἰησοῦ] Praeter hunc et inferiorem Epistolae locum . 97. non amplius nomen Servatoris ab Juliano pronunciatur, i libros apud Cyrillum exceperis, in quibus frequenter usurpatur, e. g. III. p. 100. VI. p. 191. 206. 213. VII. p. 253. X. p. 290. Quod autem in Caes. p. 336, A. ubi Edd. omnes ἰὸν tenent, Heusingerus in ejus libelli editione p. 142 sqq. Ἰησοῦν ex compendiaria codicis Augustani scriptura legendum censet, id meo quidem adsensu caret. Quantumvis enim infensus Redemtori censeatur Julianus, haudquaquam ita scaevus existimandus est, ut juxta Luxuriam illum finxerit morari, cujus vita praeceptaque luxuriae quam maxime repugnarunt. d ab Heusingero animadversum non esse miror. Tu videas, utrum cum Spanhemio Constantium, an cum Bleterio Tourletoque Crispum intelligere velis.

L. 17. Ῥωμαῖοι κύριοι γεγόναμεν] Id quod Julii Caesaris pera factum esse constat.

L. 1. διαλεχθεὶς] Vitiose διαλεχθὲς in codice. Pag. 96.

L. 1 *sq.* ἀφίημι τὴν πόλιν αἰτίας πάσης] Is locus ad corrigendum ducit alterum Orat III. p. 115, A. ubi vulgatur: ἀφεῖναι πάντως τὰς αἰτίας. Cum codice meo A. scribendum st τῆς αἰτίας. Vix opus est exemplo Luciani Pisc. S. Reviv. 39. (T. III. p. 157. ed. Bipont.): ἀφίεμέν σε τῆς αἰτίας.

L. 4. εἰς ὑμᾶς εὐνοίας] Quanquam pro ratione linguae ihil interest, utrum in eo nexu cum Edd. πρὸς, an cum codice ἰς legatur, hoc tamen praetuli tanquam alibi a *Nostro* usurpatum, e. g. Misopog. p. 363, D: εἰς ὑμᾶς εὐνοίας. Ibid. in fine: ῆς εἰς ἡμᾶς εὐνοίας. quibus locis non adversantur tres mei odices.

Ibid. ὁ ἑταῖρος Ἄρειος] Iterum in Caes. p. 326, B. inducitur Augustus Imperator hunc laudans, et pari quidem modo tanquam ipsius φίλον καὶ συμβιωτήν. Quem ad locum Spanhemius in Versione gallica p. 201. priscos excitat scriptores, qui de familiaritate testati sunt inter Augustum et Arium philosophum junctam. Addamus, istum Arium tertia vice a *Nostro* memorari Ad Themist. p. 265, C. ubi recusasse dicitur Aegypti praefecturam ab Augusto sibi oblatam.

L. 9. καθ' ἡμέραν] Ed. Petav. mendose scribit κατ' ἡμέραν.

L. 11. δεδομένα] Male δεδομένας in codice.

L. 12. Μόνοι] Sic Edd. omnes. Codex habet μόνον. Jam vero prima manus in margine posuit μόνοι.

Ibid. κατιούσης] Peccato typothetae κατοιούσης in Ed. Spanh.

L. 17. ὃν δὲ] Sic apte Spanhemius edidit, praeeunte Petavii conjectura. Pro ὃν antea vulgatum erat τὸν, ut est in codice meo.

Pag. 97. *L.* 2. Θεὸν Λόγον] Diligenter eum christianae fidei articulum impugnat Julianus ap. Cyrill. l. X. p. 327. 333. nimirum auctorem ejus Johannem Evangelistam impiae fraudis insimulans.

L. 4. ζῶν ἄγαλμα] Similiter in Fragm. p. 295, A. vocantur sidera τὰ ὑπὸ τῶν θεῶν ζῶντα ἀγάλματα κατασκευασθέντα τῆς ἀφανοῦς αὐτῶν οὐσίας. Vocem ἄγαλμα Platonicis solemnem optime Ruhnkenius illustravit ad Timaeum, ubi nec hujus oblitus est loci p. 7. Quodsi de mysticis Juliani circa Solem ἐννοίαις plura cognoscere libuerit, adeas illius Orationem IV. inscriptam: Εἰς τὸν βασιλέα Ἥλιον. Quod ibi p. 132, D. Solem ait *genitum a simplici summoque omnium rerum principio, e se ipso suique simillimum*, id quodammodo notionem explicat τοῦ νοητοῦ πατρός.

L. 5 *sq.* εἴ τι μοι πείθεσθε] Male πείθεσθαι tam in Ed. Mart., quam in codice meo. Liber uterque nullum circa hunc locum defectus indicium exhibet; sed in oris Editionum Petav. et Spanh. verbis nostris praescribitur: *Deest aliquid;* quod judicium et in Versione positis asteriscis expressum est. Graecis equidem asteriscos ingessi, quum interclusus orationis nexus mihi quoque persuasisset, aliquid deesse. Causam inopiae facile cernes in eo, quod christiani librarii verbis abhorruerint

ipsorum fidei nimis repugnantibus. Ex eadem ratione quinque codices a me collati Caes. p. 336, A. B. cuncta illa verba praetermittunt *ἵνα καὶ τὸν υἱὸν — καθαρῷ γενέσθαι*, tanquam in baptismum et poenitentiam contumcliose dicta. Quod eundem locum in Versione, ne monito quidem lectore, transiere Cantoclarus eumque secutus Petavius, id quoque pietati christianae tribuendum esse videtur.

L. 7. *Οὐχ ἁμαρτήσεσθε τῆς ὀρθῆς ὁδοῦ*] Invitis omnibus libris scripsi *τῆς*, ubi vulgabatur *παρὰ*, quod respuit constructio verbi. Mendum perspexerat Petavius in margine monens: « Leg. *τῆς ὀρθ.* » quam notulam omisit Editor sequens. Quum *παρὰ* et *περὶ* saepissime confundantur, equidem, si quartus casus sequeretur, in gratiam olim vulgatae lectionis edidissem *περὶ*, quemadmodum Julianus scripsit Orat. III. p. 121, D: *ἁμαρτάνειν περὶ τὴν χρῆσιν.*

L. 8. *τῷ πορευθέντι*] Notabilis locus pro solvenda quaestione, num Julianus unquam fuerit vere Christianus? quam tractarunt Thomasius Obs. sel. Hal. T. III. Voltaire *Dictionnaire philosophique* voc. *Apostat;* Neander *Ueber den Kaiser Julianus* p. 88 sq. Conf. Fabricium in Bibl. Gr. T. VI. p. 271; (ubi quidem errore singulari Epistola haec ut *ad Antiochenos* data laudatur) in Delectu Argumentorum pro veritate relig. christ. p. 100, et in Luce salut. Evang. p. 295. item Buddeum in Miscellaneis Sacris Parte II. p. 288 sqq. Mirum est, ipsum Julianum rarissime de hoc verbo fecisse, quod christianam religionem, sincere simulateve, olim professus sit. Ubi praeter locum nostrum semel ea de re memorat Orat. IV. p. 131, A., statim abrumpit istiusmodi verbis: *λήθη δὲ ἔστω τοῦ σκότους ἐκείνου.*

L. 13. *ὁμονόειτε*] Perperam *ὁμονοεῖτε* scriptum erat in libris omnibus.

L. 14. *ποθεῖτε*] Codex: *ποθῆτε.* male.

L. 15. *τὰς ἀκοὰς ὑμῶν κνηστιώσας*] Suidas T. II. p. 334: *Κνηστιῶντες τὰς ἀκοάς· ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμητικῶς ἔχοντες τοῦ ἀκούειν.* Iterum, et proprio quidem significatu *pruriendi*, verbum *κνηστιᾶν* ab Juliano usurpatur Orat. VII. p. 206, D. quem locum Schneiderus in Lexico minus accurate descripsit.

L. 19 *sq. ὅσα γε εἰς τὴν τῶν γραφῶν διδασκαλίαν ἥκει*] Sic rursus loquitur Julianus Fragm. p. 298, C. ubi est: *ὅσα γε εἰς*

προαίρεσιν ἥκει τὴν σήν. Idem valet Pluralis ac Singularis forma Ὅσον ἥκει, quam quidem Vigerus notavit in libro De Idiot. p. 125. (ed. Zeune) explicuitque: *Quod attinet.* Haud absimilem adjiciamus locutionem ex Juliano Ad Themist. p. 263, A: τό γε εἰς σὲ νῦν ἦκον, *quantum in te situm est.* Quod dicendi genus aeque Vigerus attigit l. l., nullo tamen e scriptoribus adlato exemplo. Huc facit Suidas T. III. p. 483: Τόγε εἰς αὐτὸν ἦκον· ὅσον ἐπ' αὐτῷ, ὅσον δυνατόν. *quantum in eo est, pro viribus ejus.*

Pag. 98. *L.* 2. ἐρῶντες] Perperam ὁρῶντες in Ed. Mart. et in codice meo. Frequentem duorum verborum permutationem exemplis ostendit Creuzerus ad Plotinum De Pulcr. p. 215.

L. 6. εἰ δὲ μηδὲ ἀνὴρ] Sic Edd. omnes. Codex μὴ δὲ scribit.

Ibidem. εὐτελής·] Post hanc vocem cogitatione suppletur προστατεύων δήμου ἐστίν. Protasin, interposita parenthesi, sequitur apodosis τοῦτο δὲ etc. De tali usu particulae δὲ in apodosi docte post alios tractavit Zell ad Aristotelis Eth. Nic. I, 1. §. 4. (T. II. p. 5.)

L. 7. οὗτος ὁ μέγας οἰόμενος] «Haud scio an μέγα legendum sit. Alioqui deest quippiam.« Petav. — Qui congruentem ei conjecturae Versionem istius modi dederat: *qualis iste est, qui de capite periclitari magnum esse aliquid existimat.* Non infitiabor equidem, propositam lectionem ex usu linguae speciosam fieri, quum apud optimos quosque scriptores μέγα vel μέγα τι significet *admirabile quid et memorandum,* ut exemplis arguit Hemsterhusius ad Lucianum Nigr. c. 1. (T. I. p. 230. ed. Bipont.); quibus ipse Julianus accedat scribens Ep. LIX. p. 113: οἴει μέγα. Orat. II. p. 97, A: οὐ μέγα οἴεται. sed ex illa conjectura prodiens sententia minime placet. Quis enim negaret magni quid esse vitae periculum, quod ob religionem sustinetur? An Athanasium eo nomine vilipenderit Julianus? qui potius animi fortitudinem in fidei martyribus admiratus est Ep. LXIII. p. 132. Itaque scripturam immutare nolui, quam et codex cum omnibus Edd. tuetur; sed interpretando locum expedire conatus sum, ironico sensu accipiens vocabulum ὁ μέγας, quem ad modum epitheta passim in Juliano sunt accipienda, v. c. Orat. I. p. 39, D: ὁ χρηστὸς οὑτοσί. ap. Cyrill. l. X. p. 327, A: ὁ χρηστὸς Ἰωάννης. Ad S. P. Q. Athen. p. 270, C: ὁ φιλανθρωπότατος οὗτος βασιλεύς. Ibid. p. 273, B: ὁ καλὸς Κωνστάντιος.

L. 8. Ὅθεν οὖν] Ita cod. cum Ed. Spanh. Deest οὖν in Ed. Petav.

L. 10. πάλαι] Significat Edictum loco XXVI. servatum.

L. 11. Προτεθήτω] Sicut Ep. X. fin., ubi conf. Obss. p. 211. (Interpres gallicus nr. XXIX. p. 458.)

EPISTOLA LII.

Haec extat in codice Vossiano meoque A.

«De hac epistola vide Baronium Tom. IV.» Petav. — Loco laudato (h. e. ad Annum 362. cap. 155.) totum id monumentum latine repraesentatur ex Versione, quam Baronius, quum ipsius aetate nulla haberetur, sibi missam ait a Federico Metio, graecas litteras Romae publice profitente. Quae tamen opera vix in causa fuerit, cur illuc ablegarit Petavius; ipse enim longe rectiorem ac elegantiorem praestitit Versionem. Hoc potius a docto viro spectatum esse videtur, quod in Annalibus acerrime perstringitur auctor Epistolae. Scribit enim Baronius in hanc fere sententiam: Julianum non alio tendere, quam ut populum in Clericos concitet ab ipsorumque divellat episcopo; in universum hunc Imperatorem episcopos populis infensos reddere laboravisse, ut, soluto inter pastores et greges caritatis vinculo, divulsos invadendi facilior pateret accessus; ita has litteras esse comparatas, ut extrinsecus summam prae se ferant optimi Principis humanitatem, intrinsecus autem laqueos et gladios contineant involutos. Quae partim recocta mihi videntur e Sozomeno l. V. c. 15. qui Julianum hinc inde Clericos et ecclesiarum antistites ex urbibus ejecisse perhibet, ejusque instituti praetextum quidem fuisse dicit, quod illi plebem ad seditionis impellere consuevissent, veram autem causam hanc fuisse vult, quod plebs christiana doctoribus ac sacerdotibus destituta paulatim in suae religionis oblivionem detrudi debuerit.

L. 16. Ἰουλιανὸς Βοστρηνοῖς] Sic omnes Edd. cum codice. Parum tamen commode. Prior enim hujus documenti pars non definitam quandam, sed universas civitates spectat imperio Juliani subjectas, ut ex istis verbis patet p. 100: Ἔδοξεν οὖν μοι πᾶσι τοῖς δήμοις προαγορεῦσαι διὰ τοῦδε διατάγματος. unde jam prodit, inscribi potius debuisse Διάταγμα, sicut Ep. XXVI.

Altera parte sermo demum ad Bostrenos convertitur p. 101. ubi transitum his verbis ostendit auctor: Ταῦτα δέ μοι παρέστη τῇ Βοστρηνῶν ἰδίᾳ προαγορεῦσαι πόλει. quem ideo locum non sine textus intermissione repraesentavi. Quare sic tenendum videtur: Generale fuit Edictum ab initio usque ad verba p. 101: ἵνα μὴ δίκην δῶσι. quorum similia claudunt Edictum nr. XLIII. ubi legitur: ἵνα μὴ — δίκην τίσητε. Illud porro exemplar, quod Bostrenis mittebatur, subjecta tenebat quaedam ad solam eorum civitatem pertinentia; sicut intendit vocabulum ἰδίᾳ. Librarii quum utramque partem conjunctim exhibuissent, inconsulte toti scripto titulum imposuerunt uni duntaxat ejus parti convenientem.

Stephanus Byzantinus: Βόστρα· πόλις Ἀραβίας. ubi plura dat Editor. Ammianus Marcellinus illam inter Arabiae nominavit *civitates ingentes, murorum firmitate cautissimas* l. XIV. c. VIII. §. 13.

L. 17. Ὦμην] Exprimi debebat Ὠΐμην. Perperam in Ed. Spanh. Ὤμμην.

Pag. 99. *L.* 1. Συνέβη γὰρ] Consentit ecclesiastica historia, qua pervulgatum est, sub Constantii imperio atrocissima quaeque commissa fuisse, praesertim ab Arianis in Novatianos. Athanasius Ep. ad Solitarios T. I. p. 858. nomina recenset episcoporum in deserta Aegypti in aliaque, quo in iis perirent, loca relegatorum. Rursus illam antecessoris saevitiam attigit Julianus Ep. XXVI. p. 43. ubi tradit, a se concessum esse reditum in patriam cuique suam *ejectis a Constantio Galilaeis.*

L. 3. ἐν Σαμοσάτοις] Τὰ Σαμοσάτα Syriae fuit urbs juxta Euphratis confluenta sita, Commagenes metropolis. Vid. Stephanus Byzantinus cum Editoris nota.

L. 4. Κυζίκῳ] Sic apud Petavium Spanhemiumque scriptum occurrit, quum Ed. Mart. ad instar codicis mei Κηρύκῳ teneat. Cyzicus (ἡ Κύζικος) urbs erat Chersonesi, *Propontiacis haerens oris*, ut ait Ovidius Trist. I, 9. 29. Conf. Stephanus Byzantinus et ejus enarrator Hoeschelius.

L. 6. Ἐπ' ἐμοῦ δὲ] Codex Voss. ἐμοὶ, quod manifeste vitiosum est, quum verba superioribus respondeant ἐπὶ μὲν ἐκείνου.

Ibid. ἐξορισθέντες ἀφείθησαν] Ita tamen restricte, ut in patriam quidem, sed non ad ecclesiastica munera reditus esset concessus, ut ipse Julianus interpretatur Ep. XXVI. p. 43 sq.

L. 7. *καὶ οἱ δημευθέντες ἀπολαμβάνειν τὰ σφέτερα ἅπαντα νόμῳ παρ' ἡμῶν ἔλαβον*] Congruenter Sozomenus de Juliano scribit l. V. c. 5. initio: *καὶ τοῖς δημευθεῖσι νόμῳ τὰ σφέτερα ἀπέδωκε.* Talia facile decreta fuerint ex eadem illa Lege, quam in exulum gratiam tulisse se perhibet *Noster* Ep. XXVI. p. 43.

L. 9. *ὅτι μὴ τυραννεῖν ἔξεστιν αὐτοῖς*] Non video, cur istis verbis Casaubonus in Suetonio Tib. Ner. c. LIII. (p. 383. ed. Boecler.) alludi censeat illi dicto, quo ad Agrippinam utebatur Tiberius: *Si non dominaris, filiola, injuriam te accipere existimas?* vel, ut graece sonare putat: *εἰ μὴ τυραννεῖς, τέκνον, ἀδικεῖσθαι δοκεῖς;* Tali judicio vix adfectatius quicquam inveniri puto.

L. 11. *πάντα κινοῦσι*] Proverbium Πάντα κινεῖν λίθον, i. e. *omnia experiri, nihil intentatum relinquere,* refertur a Zenobio Cent. V, 63. Apostolio Cent. XV, 65. in Erasmi Adagiis p. 306; neglecta quidem Juliani mentione. Pro voce *λίθον* usurpari nonnunquam *πέτρον* animadvertit Diogenianus Cent. VII, 42. Nemo autem notavit, aliquando subintelligi nomen substantivum, e. g. apud Lucian. De morte Peregr. c. 12 (T. VIII. p. 279. ed. Bipont.): *πάντα ἐκίνουν.* ni forte *πάντα* pro Plurali accipias in neutro genere posito.

L. 15. *πρὸς βωμοὺς ἐῶμεν ἕλκεσθαι*] Similiter Ep. XLIII. init. Christianos vetuit *εἰς ἱερὸν ἕλκεσθαι.*

Ibid. *προαγορεύομεν*] Cum hoc loco, tum inferioribus p. 100, lin. 13. p. 101, lin. 3. correxi vulgatum *προςαγορεύομεν,* quod codex cum omnibus Edd. exhibet. Solemnis talium confusio jam notata est p. 281.

L. 18. *Οὕτω πόῤῥω τυγχάνομεν τοῦ διά τινα*] Hunc locum, quem codex meus et omnes Edd. ita repraesentant, non magis sanat Vossiani codicis scriptura *τυγχάνοιμεν,* quam Petavii conjectura: «f. *ἰδίᾳ τινα.*» Leve quoddam mendum subest nec ad obscurandum sententiam sufficiens, quae et apud Baronium l. c., etsi diversis verbis, eodem tamen sensu accipitur, quem in vulgata Versione legis. De primis quidem vocabulis minime dubitandum esse videtur; sunt enim stylo *Nostri* congrua, qui per similem structuram Orat. V. p. 160, C. scripsit: *οὕτω πάνυ πόῤῥω ἐτύγχανε τῆς αἰσχρᾶς καὶ παρανόμου πράξεως.* Sed fortasse pro *διά* scriptum erat *βίᾳ,* h. e. *vi.* Quod aptum foret superioris periodi verbis: *Οὐδένα γοῦν αὐτῶν ἄκοντα πρὸς βωμοὺς ἐῶμεν ἕλκεσθαι.*

Pag. 100. *L.* 3. *τοῖς νομίμοις καθαρσίοις καθήρασθαι*] Similiter in Fragm. p. 302, D: *καθηράμενον, οἷς διαγορεύουσιν οἱ θεσμοὶ καθαρμοῖς*. Notum est, in Gentilium religione legitima fuisse purgatoria, expiationes et ablutiones, quibus expiabantur flagitia. Praeterea de *καθαρσίοις* Julianus memorat Oratt. I. p. 39, D. II. p. 58, D. quorum priori locorum copiose de *ablutionibus* a Spanhemio disputatur in Obss. p. 259 sq. Conf. Creuzerus ad Plotinum De Pulc. p 264.

L. 4. *Κληρικῶν*] *Clerici*, ut ex Isidoro De Eccl. Offic. II, 1. scribit Du Cange in Glossario med. et inf. Latinitatis, (T. II. p. 683.) *dicuntur omnes, qui in ecclesiastici ministerii gradibus ordinati sunt.* Locum nostrum non praeteriit Idem in Glossario graeco voc. Κληρικοί. ubi scriptores indicantur eo nomine utentes.

L. 6. *Οἱ γὰρ εἰς τοῦτο*] Sic vel e codice Vossiano, vel ex marginali Petavii conjectura Spanhemius edidit, ante quem vulgabatur, ut est in codice meo: *Οὐ γὰρ* etc. — Non possum eo non offendi, quod haec tota periodus aliud fere nihil exprimit, quam superius dicta p. 99. med. ubi verba sunt: *Οἳ δ' εἰς τοσοῦτον — στασιάζειν*. In ipso vocabulorum delectu nonnunquam aequalitas cernitur duorum locorum.

L. 8 *sq. γράφειν διαθήκας, καὶ ἀλλοτρίους σφετερίζεσθαι κλήρους*] Is locus attentione dignus est visus Spanhemio Praef. ad Juliani Opp. p. XXXIII. Cujus e sententia hinc unice liquet, inde sub Juliano Clericos potestate privatos fuisse testamenta faciendi, nec non haereditates captandi: sunt enim alia documenta, quae tali facto repugnare videntur. Scilicet, ut idem vir doctus adjicit, e Constitutione Theodosii Junioris in Cod. Theodos. Leg. I. *De Bono Cler.* adparet, adhuc eo sub Imperatore Clericos jure gavisos esse, *condendi testamenta*; nulla quidem a diligentissimo Codicis ejus Enarratore facta mentione juris illius antea, et quidem sub Juliano, Clericis erepti. Pariter facultas *haereditatem* mulierum quarumcunque vel donatione vel testamento *percipiendi* Clericis edicto Valentiniani primum ademta est, ut praeter Christianorum illius aetatis, Ambrosii nempe et Hieronymi, constat et Codice Theodosiano Leg. XX. *De Episc. et Cler.*, et ex iis, quae de eadem lege Baronius adduxit in Annal. Eccles. ad annum 370. Tomo IV. Qua lite mota Spanhemius spem fecit, ex instituto hac de re

tractaturum se esse in Observationibus ad ipsa loci nostri verba pertinentibus; eas vero luci dare per fata non licuit eruditissimo viro. Quae obiter interea significavit ille, minime displicent; posse nimirum existimari, talem legem ab Juliano quidem latam, sed brevi abolitam esse, vel etiam non promulgata lege, sed alia quapiam ratione Clericos ab hoc Imperatore coercitos esse, ne vel testamenta conderent, vel haereditates captarent; idque certis demum in locis aut regionibus esse factum. — Ne vero quidquam dissimulem, aliquando veritum esse me profitebor, ne vana sit ac otiosa tota illa disceptatio. Julianus enim non de *condendis*, sed de *scribendis* testamentis loquitur, ni forte, me inscio, *γράφειν* in tali nexu *condere* valere debeat. Poterant autem Clerici, muneris alieni negotium sibi assumentes, operam dedisse *scribendis* testamentis; qua opera nihil aliud intelligerem, quam ut aliorum testamenta litteris consignarint. Quod porro jus attinet haereditates percipiendi, videri potest Julianus non tam de eo jure cogitasse, quam de artificiis, quibus usi Clerici haeredia suum in commodum aliis extorserint. Duplicem abusum constat ne nostra quidem aetate ubivis terrarum extinctum esse. Dolendum est, Sozomenum, ubi de Clericorum privilegiis per Julianum abrogatis memorat, longiori supersedisse enumerationi, quam quae talibus continetur verbis l. V. c. 5. post initium: Κληρικοὺς *μέντοι πᾶσαν ἀτέλειαν καὶ τιμὴν καὶ τὰ σιτηρέσια ἀφείλετο* Κωνσταντίου· *καὶ τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν κειμένους νόμους ἀνεῖλε.*

L. 10. *πάντα κινοῦσιν ἀκοσμίας καλῶν*] Proverbium Πάντα *καλῶν κινεῖν* de iis, qui omnem diligentiam adhibent, usurpari traditur apud Schottum E Suid. Cent. VIII, 28. nullo quidem adposito scriptorum exemplo. Quare Juliani in societatem vocabo Lucianum in Alex. c. 57. (T. V. p. 116. ed. Bipont.) ubi est: *πάντα κάλων ἐκίνουν.* quem ad locum ab interpretibus nil notatum esse miror. Usu frequentiori venit Πάντα *κάλων σείειν.* quod adagium cum doctorum virorum annotationibus extat apud Zenobium Cent. V, 62. Suidam Cent. XI, 61. Prov. Metr. 360. Erasmum p. 307. tit. *Omnem rudentem movere.*

L. 11. *πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύουσι*] Praeter Zenobium Cent. V, 69. ibique laudatos alios Paroemiographos extat et apud Apostolium Cent. XVII., 3. proverbium hujusmodi: Πῦρ *ἐπὶ*

πῦρ. quod alteri aequatur: Κακὸν ἐπὶ κακῷ. Si Schottus in Zenobio loci meminisset nostri, non arbitratus esset, adjiciendam esse particulam negativam, quam nempe pro re nata scriptores nonnulli proverbium usurpantes addidere.

L. 16. ἀπιστεῖν] A codice meo probatur haec omnium Editionum scriptura, de qua Petavius citra necessitatem dubitavit in margine conjiciens: «*f.* ἀπειθεῖν.» Verbum autem vulgatum non tam *diffidere* significat, quam *fidem datam non servare.*

Priusquam a prima hac opusculi parte discedam, adnotare libet, quantum inde profecerit Sozomenus l. V. c. 5. non quidem unum continuumque *Nostri* locum imitans, sed sparsim decerptis verbis orationem suam concinnans. Quam rem ita conspicuam reddere non gravabor, ut exhibitis Sozomeni verbis singulas adponam Julianei sermonis particulas, quoties adfinitatem agnovi. Sic igitur accipe: Τοῖς δὲ δήμοις προηγόρευε (Jul. p. 100. lin. 13: πᾶσι τοῖς δήμοις προαγορεῦσαι) μηδένα ἀδικεῖν τῶν Χριστιανῶν, μηδὲ ὑβρίζειν, (Jul. p. 102. lin. 6: μηδὲν ἀδικεῖν τῶν Γαλιλαίων τὰ πλήθη, — μηδὲ ὑβρίζειν) μηδὲ ἄκοντας πρὸς θυσίαν ἕλκειν· (Jul. p. 99. l. 14 sq.: Οὐδένα γοῦν αὐτῶν ἄκοντα πρὸς βωμοὺς ἐῶμεν ἕλκεσθαι) τοὺς δὲ ἑκόντι τοῖς βωμοῖς προσιόντας, (Jul. p. 99. lin. 16: εἴ τις ἑκὼν et similia) πρότερον ἐξιλεοῦσθαι οὓς Ἕλληνες καλοῦσιν ἀποτροπαίους δαίμονας (Jul. p. 99. lin. 17: τοὺς ἀποτροπαίους ἱκετεύειν θεοὺς) καὶ καθαίρεσθαι καθαρσίοις, οἷς ἔθος αὐτοῖς. (Jul. p. 100. lin. 3: τοῖς νομίμοις καθαρσίοις καθήρασθαι) Statim in ejusdem generis usurpationem incidemus.

Pag. 101. *L.* 3. Ταῦτα δέ μοι παρέστη τῇ Βοστρηνῶν] Hujus capitis argumentum ita Sozomenus enarrat l. V. c. 15, ut aliquot ipsius Epistolae verbis tanquam suis utatur, quae quidem diductis notabo characteribus, ad latus indicata illorum sede apud Julianum. Itaque Sozomeni locus est hujusmodi: Βοστρηνοὺς δὲ δημοσίῳ κηρύγματι προὐτρέψατο, διῶξαι τῆς αὐτῶν πόλεως (Jul. p. 101. l. 15.) Τίτον, τὸν τότε τῆς ἐνθάδε ἐκκλησίας ἐπίσκοπον. (Jul. p. 101. l. 4.) Ὡς γὰρ ἠπείλησεν, αὐτὸν καὶ τοὺς Κληρικοὺς ἐν αἰτίᾳ ποιήσειν, εἰ στασιάσαι τὸ πλῆθος, βιβλίον (Jul. p. 101. l. 7.) πρὸς βασιλέα διεπέμψατο Τίτος, καὶ διεμαρτύρατο ἐφάμιλλον μὲν εἶναι τῷ Ἑλληνικῷ πλήθει τὸ Χρι-

στιανικὸν, (fere sic Jul. p. 101. l. 9 sq.) ἠρεμεῖν δὲ τοῦτο καὶ ταῖς αὐτοῦ παραινέσεσιν (Jul. p. 101. l. 11.) ἀγόμενον μηδὲν στασιῶδες ἐννοεῖν. Ἐκ τοιούτων δὲ ῥημάτων εἰς ἔχθραν καταστῆσαι τῷ δημοσίῳ τὸν Τίτον κατασκευάζων, γράφων Βοστρηνοῖς διέβαλεν αὐτὸν, ὡς κατήγορον τοῦ πλήθους (Jul. p. 101. l. 15.) γεγενημένον· οἷα δὴ μὴ ἀπὸ γνώμης (Jul. p. 101. l. 13.) οἰκείας, διὰ δὲ τὰς αὐτοῦ παραινέσεις (Jul. p. 101. l. 14.) μὴ στασιάζοντας· καὶ ὡς δυσμενῆ ἀπέλαύνειν αὐτὸν τῆς πόλεως ἀνεκίνει τὸν δῆμον

L. 5. κατηγορηκέναι· τῶν] In codice meo sicut in Ed. Mart. verba parvo hiatu distinentur ad hunc ferme modum: κατηγορηκέναι· τῶν etc. In Baronii quoque loci ejus Versione signa defectus exhibentur. Recentiores imitatus Editores oculis lacunam subduxi; solus autem lectorem monui. Fortasse scribendum αὐτῶν.

L. 6 *sq.* ὁρμωμένου δὲ τοῦ πλήθους πρὸς ἀταξίαν] Fortia nimis erant Interpretis verba totum locum ita reddentis: *tanquam se frustra cives a seditione revocantibus, ii nihilominus ad turbas ac tumultus decurrerint.* Quod si factum fuisset, e Titi libellis non adfirmaretur, μηδένα μηδαμοῦ ἀτακτεῖν. Absurditate insignis est apud Baronium versio hujusmodi: *hortantes popolum, ne seditiones excitarentur, dum in confessionem cum impetu moventur.*

L. 8. διατάγματι] Apud Spanhemium vitiose διασάγματι.

L. 9. Χριστιανῶν ὄντων ἐφαμίλλων] Is unicus in Juliano locus est, quo nomen compareat Χριστιανῶν. Est autem e Titi litteris adlatum, nec igitur Juliano debitum, qui constanter utitur vocabulo Γαλιλαῖος. Fabricius in Luce salut. Evang. p. 313. hoc ex loco Christianos admirationi commendat, quod, etsi Gentilibus numero haud inferiores, a rebellione abstinuerint, patiendoque potius ac cedendo rem gesserint. Verendum tamen est, ne christiana pietas indeque proveniens mansuetudo minus, quam Imperatoris metus illorum animos compescuerit.

L. 10. πλήθη] Cod. A: πλήθει. a prima manu.

L. 16. ὁμονόειτε πρὸς ἀλλήλους] Imperativus vel sine codice et Ed. Mart. signandus erat accentu acuto, pro quo recentiores Edd. ὁμονοεῖτε scribunt. Eandem abstersi maculam Ep. LI. p. 97. ubi similis est ad Alexandrinos hortatio: τὰ πρὸς ἀλλήλους ὁμονόειτε.

Pag. 103. *L.* 2. *γνώμῃ*] Male *γνώμης* in Ed. Mart. et in codice meo. Mendum ex adscripto jota poterat oriri.

L. 7. *Ἐλεεῖν δὲ χρὴ μᾶλλον, ἢ μισεῖν*] Typothetae lapsu scriptum est *μᾶλμον* in Ed. Spanh. Sententiam laudibus extollit Voltaire in: *Dictionnaire philosophique*, tit. *Apostat.* Simile tamen offerri poterat Socratis dictum apud Platonem Gorg. T. IV. p. 49. (ed. Bipont.): *οὐ χρὴ οὔτε τοὺς ἀζηλώτους ζηλοῦν, οὔτε τοὺς ἀθλίους, ἀλλ' ἐλεεῖν.*

L. 10. *τοὺς ἀπὸ θεῶν ἐπὶ τοὺς νεκροὺς*] Apte Spanhemius per articulum *τοὺς* explevit lacunam, quae satis parva tam in codice meo, quam in anterioribus Edd. occurrit. Per *τοὺς νεκροὺς* Julianus christianae fidei martyras unaque auctorem intendit, quem passim *τὸν νεκρὸν* appellavit; e. g. Apud Cyrillum lib. VI. p. 194, D. ubi similiter exprobrat Christianis: *ὥστε τοὺς αἰωνίους ἀφέντες θεοὺς ἐπὶ τῶν Ἰουδαίων μεταβῆναι νεκρόν.* Ibid. p. 206, A. ubi legitur: *τὸν νεκρὸν θρηνοῦντας.* Eo, quem dixi, sensu numerum singularem ac pluralem junxit Ibid. l. X. p. 335, B. ubi Christiani dicuntur *ἐπειςάγοντες τῷ πάλαι νεκρῷ τοὺς προςφάτους νεκρούς.*

L. 11. *ἀποτίσαι τὴν ζημίαν*] Solus Martinius male tenet *ἀποτίναι. Poenam* esse putat Julianus id, quod modo dixit *ἐπὶ τοῖς μεγίστοις πράττειν κακῶς.* Explicat sententiam Fragm. p. 288, A. B. ubi Christianos potestati subjectos esse contendit malorum daemonum, qui spreti Deorum cultus ab iis repetant *poenas.*

L. 12. *ἐνεχομένοις τινὶ*] Subintelligi videtur vel e praecedentibus *ζημίᾳ*, vel in genere *κακῷ*, quod malim. Exempla tamen desidero sic elliptice constructi verbi *ἐνέχεσθαι*, quod finito potius sensu adhibuit Julianus Orat. V. p. 160, D. ubi occurrit: *ἐνεχομένην βλασφημίαις.*

Ibid. ἀπολνομένοις] Sola Mart. Ed. *ἀπολουμένοις* tenet; unde sumtum, sed ex operarum errore depravatum esse suspicor, quod in margine ferunt Edd. Petav. et Spanh. «*γρ. ἀπολουμένους.*»

L. 14. *Ἐδόθη τῇ τῶν Καλανδῶν Αὐγούστου ἐν Ἀντιοχείᾳ*] Haec praeter morem in omnibus libris adjiciuntur, qui male tamen *Ἀντιοχίᾳ* scribunt. Emendavi ad fidem Epistolae XXXVI. med. aliorumque scriptorum. Sententiae mendum irrepsisse Ba-

ronius adfirmat l. c., quoniam auctore Ammiano Marcellino lib. XXII. nonnisi mense Octobri Antiochiam se contulerit Julianus, ni tamen, ut additur, ex *data* hujus Epistolae Ammianus erroris arguendus sit. At equidem inspecto Ammiano l. l. cap. IX. §. 15. minime definiri cognovi mensem, sed hoc duntaxat narrari, Julianum iisdem diebus Antiochiam venisse, quibus Adonia celebrabantur. His autem quinam responderit mensis, ad illum locum dissentire video Valesium ac Reinesium, quorum prior Junium, alter Novembrem admittit. Neutrum interpretem de praesenti *Nostri* loco cogitasse miror, qui certe Valesio poterat auxilio esse. Nam Imperatorem sub exitum Junii, quod ille vult, Antiochiam introivisse, multo probabilius erit cum constabit, eundem Augusti Calendis illam urbem habitasse, qua tertio demum Nonas Martias profectus est, ut ab eodem Ammiano docemur l. XXIII. c. II. §. 6. Ex eo autem discessus tempore liquidum fit, si Julianus mense Novembri Antiochiam venisset, sequentis demum anni 363. Calendis Augusti has litteras dari potuisse: sed adeo diu *Nostrum* Antiochiae mansisse vetat historia, ne ponamus. Evanescit igitur sententia Reinesii.

(Interpres gallicus nr. XXVI.)

EPISTOLA LIII.

Continetur ea codice G. Responsoriam esse liquet e contextu. Pag.

L 4. Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ] Conf. Obss. ad inscriptionem[103] Epistolae XXXIV. ubi videbis, originem opusculi controversam esse. Non desunt interea styli vestigia Julianei.

L. 6. σιροῖς] Ita Spanhemius edidit, utrum e codice, an e Petavii conjectura nescio. Vulgaverat Petavius σύροις, ut est in codice meo. Σιροὶ non alieni quidem erant a Thracia, prout ex hisce Plinii verbis constat, quae de servandis frumentis prodidit in Hist. Nat. XVIII, 30: *Utilissime servantur in scrobibus, quos siros vocant, ut in Cappadocia et in Thracia.* Quum tamen ea scriptura satis jejunam pariat sententiam, altera forte praestabit, qua ludens Julianus incolis Thraciae nomen inderet popularium Jamblichi, qui natione Syrus fuit.

L. 8. ἀντὶ χελιδόνων] Hirundines veris esse nuncias adeo pervulgatum est, ut proverbium sit: ἡ χελιδὼν τὸ ϑέρος λαλεῖ.

de quo tractatur in Erasmi Adagiis p. 1412. Iterum eo nomine χελιδόνες memorantur Ep. LXIX. sub fin.

Ibid. μήτε ἡμῖν εἶναι] Cod. ὑμῖν. male. Infinitivus εἶναι, quem pro ἐξεῖναι sumendum esse vel e sequentibus liquet, rarius quam ἐστὶ sic usurpatur, si recte docuit Vigerus De Idiot. p. 235. (ed Zeune).

L. 10. Θρᾴξ τις ἦ, καὶ Τηρέως ἀντάξιος] De Thrace, et Tereo, quem olim Thraciae regem fuisse volunt, eo aptius memoratur, quod in Thracia scripta est Epistola. Fabulosa Terei historia, quae sceleribus ejus insignis est, e veteribus exponitur in Al. Natalis Mythologia l. VII. c. X. De formula, qua dicitur ἀντάξιος τινὸς, jam notavimus ad Ep. XLV. p. 85. Exempli gratia liceat addere Julianum Oratt. II. p. 81, A. III. p. 120, C. VII. p. 222, B. Ibid. p. 213, D. cujus loci verbis: πᾶσαι γὰρ ἑκατόμβαι τῆς ὁσίας εἰσὶν ἀντάξιαι, quae non secus in codice meo scribuntur, non opus esse videtur particula negativa, quam exoptant Editores in margine notantes: « *Leg.* οὐκ εἰσὶν. » Absque negatione scripsit Julianus Ep. XXXIV. extr.: ἄνδρα — τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀντάξιον. Aeque sine negatione scripsisse putem eundem in Caes. p. 316, C: ὅρα, εἶπε, μή ποτε οὗτοι ἐνὸς ὦσιν ἀντάξιοι τουτουΐ τοῦ Γραϊκοῦ. nam adverbium οὐκ, quod in Edd. vocem ἀντάξιοι antecedit, ab optimis codicibus abest Voss. et A.

L. 11. Ζεῦ ἄνα! ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ἀπὸ Θρῄκηθεν Ἀχαιούς·] Recte Spanhemius in margine Homerum indigitavit Iliad. XVII, 945. Julianus autem usui suo versum accommodavit, qui apud Poëtam ita sonat: Ζεῦ πάτερ, ἀλλὰ σὺ ῥῦσαι ὑπ' ἠέρος εἶος Ἀχαιῶν. proferturque contra nebulam, quae Trojanis favebat pugnantibus. Vel ex Homero, vel e quopiam codice Spanhemius induxit pronomen σὺ, quo codex meus cum Ed. Petav. caret. Codex porro meus ἄναξ scribit; ita tamen, ut littera ξ a posteriori manu videatur adjuncta.

L. 13. Ἑρμῆν] Conf. Obss. p. 319.

L. 14. τὸν Ὀδυσσέα φασὶν] Nusquam apud Homerum Ulyssem inveni facientem illa ipsa, propter quae ad eum provocatur. Locus, in quo talia referri expectabam, est Odyss. XIII., 353 sqq. Ibi tamen Ulysses non alio modo gaudium de reditu suo patefacit, quam patriam tellurem osculando Nymphisque supplicando.

L. 15. *ἐκ τῆς ἄλης*] Ita bene cod. cum Ed. Petav. Male Spanhemius *ἄλλης* expressit. Noli enim subintelligere *γῆς*, ut alibi. Nequivit Ulysses ex alia regione Ithacam prospicere, quam inter dormiendum adpulit.

Ibid. *ἐκεῖνον μὲν οἱ Φαίακες*] Haec tradit Homerus Odyss. XIII., 116 sqq., ubi sunt verba: *Καὶδ' ὅ' ἄρ' ἐπὶ ψαμάθῳ ἔθεσαν, δεδμημένον ὕπνῳ.*

L. 1. *τῆς οἰκουμένης ὄφελος*] Ut Ep. XXXIV. p. 56. med. ad eundem Jamblichum. Pag. 104.

L. 1 *sq.* *τὴν ἐφ' ὅλην ἐμέ τε, καὶ τὸν ἑταῖρον Σώπατρον εἰς τὴν Θρᾴκην μετενηνοχέναι*] De Sopatro vid. Obss. ad Ep. XXVII. p. 291. Quae ex Jamblichi litteris laudantur, ea fluxisse poterant ex imitatione Juliani, cujus ad Constantium verba sunt Orat. I. p. 48, B: *τὴν Ῥώμην — εἰς Παιονίαν μετέστησας.* quo cum loco conferendus est alter Orat. II. p. 97, C: *Παιονίαν μὲν ἀντὶ Ῥώμης — ἠσπάσαντο.* ubi ex margine *τῆς Ῥώμης* legendum.

L. 3. *εἰ χρὴ τ' ἀληθὲς εἰπεῖν*] Ita praeter alios Lucianus Deor. Dial. XVII. (T. II. p. 50 ed. Bipont.) Similiter Julianus Caes. p. 328, D: *εἴγε χρὴ τ' ἀληθῆ φάναι.* ubi tres quidem collatorum a me codicum scribunt: *εἰ χρὴ τ' ἀληθὲς φάναι.* quum alii duo vulgatam agnoscant.

L. 4. *Κιμμερίων ἀχλὺς*] Auctore Homero Odyss. XI, 14 sqq. Cimmeriorum terra perpetuis tenebris involuta jacet. Unde *Cimmeriae tenebrae* cesserunt in proverbium, quod, nostro quidem loco neglecto, refertur in Erasmi Adagiis p. 285.

Ibid. *Καὶ σὺ μὲν*] E codice huic loco dedi particulam *μὲν*, quam e sequenti versu sustuli, quanquam et ibi codex ad instar Editionum *ἡμᾶς μὲν* exhibet.

L. 6. *ἀραμένους ἔχειν*] Haec verba propter obscuritatem, puto, qua premi credebantur, uncis inclusa sunt in utraque Editione. Codex autem offensionis nihil offert; nec impedimenti quidquam adest, dummodo caveas, ne *αὐτόν σε* cum *ἔχειν* ea ratione jungas, quam Accusativi cum Infinitivo constructionem appellant; qui proclivis est error ob ejusmodi juncturam antecedentium verborum *ἡμᾶς ἧκειν.* Tenendum est, quasi hoc ordine legeretur: *ἡμᾶς ἢ ἧκειν παρὰ σὲ, ἢ ἔχειν σε παρ' ἡμᾶς ἀραμένους.* Hoc igitur Participium activa vi gaudet, quam

Suidas agnoscit scribens: Ἀράμενοι· ἐκάραντες. i. e. *qui sustulérunt.* Itidem active dixit Julianus Orat. II. p. 53, C: τοὺς ἀραμένους ὄνομα καὶ δόξαν. Praesenti quidem loco manifeste significatur *hospitio excipiens;* pro qua notione dictum est ὑποδεξάμενος Ep. XXVII. p. 48 sup.

Ibid. εὐκταῖον] Addi poterat exemplum id illis, quae viri docti contra Moerin attulere p. 137., ubi vocem istam in veterum scriptis, excepto Platone; negavit occurrere in Singulari positam.

L. 8. εὐχῆς μὲν ἁπάσης κρεῖττον] Similiter Ep. XLIX. initio: κρείττονα πάσης μὲν εὐχῆς.

L. 9. *sq.* σὺ μὲν οἴκοι μένειν] Huic et sequentibus Infinitivis subaudi Θέλε, sicut Ep. XXIV. p. 41., ubi est: σὺ δὲ ἀλλὰ συγγνώμην ἔχειν. Vel, si mavis, non subaudi, rectaque cum aliquibus Infinitivum existima pro Imperativo a Graecis usurpari. Cf. Hemsterhus ad Aristoph. Plut. p. 196. Dorville in Vanno Crit. p. 341.

L. 11. ὅ, τι ἂν Θεὸς διδῷ, γενναίως οἴσομεν] Similiter Julianus Orat. VIII. p. 243, D: φέρειν ὅσα δέδωκεν ὁ Θεὸς, γενναίως. Ep. LXXII. sub fin.: γενναίως ἐνεγκόντα. Subesse Demosthenis imitationem ostendet proxima notula.

L. 11 *sq.* Ἀνδρῶν γὰρ ἀγαθῶν φασι] Demosthenes ea dixerat hujusmodi verbis Orat. De Cor. p. 326, C: (ed. Wolf.) Δεῖ δὲ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας ἐγχειρεῖν μὲν ἅπασιν ἀεὶ τοῖς καλοῖς, τὴν ἀγαθὴν προσβαλλομένους (leg. προβαλλομένους) ἐλπίδα· φέρειν δ' ὅ, τι ἂν ὁ Θεὸς διδῷ, γενναίως. Quem locum ut praeclarum excitavit Lucianus vel quisquis auctor sit Demosth. Encom. c. 5. (T. IX. p. 137 ed. Bipont.)

EPISTOLA LIV.

Haec extat in codice G. Est autem prae multis aliis fatua.

Pag. 105. *L.* 4. Γεωργίῳ Καθολικῷ] Qui vix alius fuerit ab illo Georgio, cui inscribitur Epistola VIII. ubi duo codices adjiciunt καθολικῷ. Nomen id erat dignitatis, cui *Procurator fisci* respondet, auctore Du Cange in Glossario Gr., ubi hujus quoque loci fit mentio.

L. 5. Ἡ μὲν ἠχὼ θεὸς] Echus, quae proprie nympha habebatur, atque Panis amores e veteribus enarrantur in Al. Natalis Mythologia l. V. c. VI. p. 455. Libanius ad eandem fabulam alludit Ep. 442. Simili modo de φήμῃ, an Dea sit, Julianus loquitur Ep. LIX. p. 115.

Ibid. εἰ δὲ βούλει] Platonem ea formula delectari post alios observavit Creuzerus ad Plotinum De Pulcr. p. 237. Idem de Juliano dici potest, e. g. Epp. VIII. p. 11. XL. fin. Pariter εἰ βούλει, Ep. LIX. p. 115. Oratt. III. p. 111, A. IV. p. 157, C. εἰ βούλεσθε, Orat. II. p. 54, D.

L. 7. ἡ φύσις] Codex vitiose scribit ἠφύσης.

L. 9. οὐκ ἔλαττον ἢ τῷ σῷ] Bene sic edidit Spanhemius, ante quem pessime vulgabatur, ut est in codice meo: οὐκ ἐλάττονι τῷ σῷ. Feliciter in margine Petavius monuerat: «Cor. ἔλαττον ἢ τῷ.» Correctionem aeque commendat sententiae opportunitas, ac dicendi consuetudo *Nostri*, v. c. Ep. I. p. 3: οὐδὲν ἔλαττον ἢ πάλαι Πυθαγόρας. Oratt. III. p. 164, C: οὐδὲν ἔλαττον παρὰ γυναικὸς, ἢ παρὰ ἀνδρός. VIII. p. 242, A: Οὐ μὴν ἔλαττον οἶμαί σε διὰ τοῦτο ἀλγεῖν, ἢ ἐγὼ νῦν.

L. 13. ἀντιφθέγγεται] Cod. ἀντεφθέγγεται. vitiose.

L. 14. ἄκροις ἀντιφιλοῦσα] Venusta nec insolita scriptoribus usurpatio vocis ἄκρος in re amatoria; v. c. Lucian. De Merc. Cond. c. 7. (T. III. p. 224 ed. Bipont.): οὐδὲ μέχρι φιλήματος ἄκρου μεταδίδοντες. De latiori vocis usu conf. Boissonade ad Eunap. p. 128. Adfinis est locutio Juliani Orat. VI. p. 200, C: ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ. Quem locum, ne adjuncto verbo γενέσθαι offendaris, illustravit H. Stephanus Animadvv. in Adagia Erasmi fol. 6. verso.

L. 15. τῶν πρὸς σὲ] Subintellige φιλικῶν e superiori locō, qui verba tenet τοῖς πρὸς σὲ φιλικοῖς. Vel subaudi καθηκόντων, quod verbum expressum est Ep. XL. p. 73. ubi legitur: τοῦ πρὸς σὲ καθήκοντος.

L. 16. οἱονεὶ σφαίρας δίκην] Quod in pilae ludo fit, vel pueris notum est. Vellem auctores excitasset Tourletus, qui locutionem esse proverbialem ait usitatamque graecis scriptoribus. Equidem tantae non sum eruditionis.

EPISTOLA LV.

Haec extat in codice G. Scripta videtur illo tempore, quo in Galliis et contra Germanos militabat Julianus, hoc est ab anno 356 ad annum 360. Mirum enim esse ait p. 107 sup., si vel Graece loqui possit; *tantam ex istis regionibus*, Gallia nempe et Germania, *barbariem contraxerit.* Quorum similia leguntur Ep. XXIX. p. 50 inf., ubi diserte *Gallicam et barbaram Musam jocari* dixit. Diversa tamen est sententia Tourleti, qui multo priori tempore hanc Epistolam esse scriptam adfirmavit; tunc scilicet, cum in Macelli fundo Cappadociam incoleret Julianus a Constantio remotus. Sibi enim ille persuasit interpres, esse sermonem de primae institutionis rudimentis, quibus imbutus sit *Noster* una cum Eumenio Pharianoque: cujus tamen opinionis argumentum est nullum. Nihil impedit, quo minus condiscipulatum intelligamus factum in altiorum studiorum curriculo, quod Julianus Athenis et in Joniae urbibus emensus est.

Pag. 106. *L.* 9. Εὐμενίῳ καὶ Φαριανῷ] De quibus alibi non memoratur.

L. 10 *sq.* φιλοσοφεῖν ἐπὶ σχολῆς ἀπραγμόνως] Is locus ante oculos fuisse videtur Suidae T. I. p. 835., ubi occurrit: Ἐπὶ σχολῆς ἀπραγμόνως φιλοσοφεῖν· ἀντὶ τοῦ ἐπὶ εὐκαιρίας ἢ ἀργίας. Vereor equidem, ne scholio debeatur vocabulum ἀπραγμόνως, quod sensui nihil addit. Nam *per otium* valet ἐπὶ σχολῆς, ut alibi, v. c. Ep. [LXXIV.] Aeschin. c. Ctesiph. p. 301, C. (ed. Wolf.)

L. 12. ἠπατημένος ἐξαπατᾷ] Haec fortasse non sine respectu ad Christianos dicuntur, quorum certe spectavit quendam istiusmodi verbis usus ap. Cyrill. l. X. p. 347, B: ὁ δὲ ἠπάτα μὲν ἑαυτὸν πρῶτον, εἶτα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους.

L. 13. καθάπερ φλὸξ λαμπρὰ, ταχέως ἀπέσβη] Platonicis extremum verbum non infrequens esse, probat Ruhnkenius ad Timaeum voc. Ἀπέσβη. Julianus Ep. LXXVI. p. 144: συναπέσβη. In genere traductis ab igne locutionibus uti familiare est *Nostro*, v. c. Ep. XXXVII. p. 64: καθάπερ δᾷδα λαμπρῶς ἡμμένην, εἶτα ἐν ὀλίγῳ καταβαλοῦσαν τὴν φλόγα. Orat. VII. p. 229, D: τὸ ὑπὸ σοῦ σπαρὲν ἐν αὐτῷ πῦρ ἀποσβῆναι. Ad Themist. p. 301, C: ἀνάπτει δεινὴν φλόγα. Conf. Obss. p. 318 inf.

L. 17. Τὰ δὲ ἐμὰ] Id quod foret ἐγὼ δέ. Vid. Boissonade ad Philostr. Her. p. 297. Pariter in Singulari Τὸ μὲν οὖν ἐμὸν Julianus scripsit Orat. II. p. 77, D. Lucianus Deor. Dial. XX, 7: (T. II. p. 64 ed. Bipont.) τὸ δ' ἐμόν. quae male vertuntur: *de me autem.*

L. 2. τῶν λογιδίων] Diminutivae hujus formae non aliud in Juliano deprehenditur exemplum. Videtur autem perinde valere, ac si τῶν λόγων esset scriptum, qua voce *litteras* vel *disciplinas liberales* notari pervulgatum est. Ut hoc loco τῶν λογιδίων ac τῶν μαθημάτων distinguitur studium, ita prorsus Orat. I. p. 11, C. ubi legitur: ἡ τῶν λόγων μελέτη, καὶ τὰ προσήκοντα τοῖς τηλικούτοις μαθήματα. Quem ad locum Spanhemius in Obss. p. 624. e priscis scriptoribus ostendit, quam incertus sit ambitus τῶν μαθημάτων. Exponit enim, a Platone De Legg. l. VII. p. 817. μαθήματα dici mathematicas disciplinas, ut arithmeticam, geometriam, astronomiam; ab Isocrate vero Panath. p. 283. eodem nomine poësin aut poëtarum lectionem innui: tum ex eodem Platonis libro p. 813. τῆς ἱππικῆς μαθήματα laudat, et ex Eusebio De Vita Const. l. IV. c. 51. πολεμικῶν μαθημάτων meminit. Haud magis equidem definiam, quot et quaenam eruditionis genera *Noster* appellatione complexus sit τῶν λόγων vel τῶν λογιδίων. Humanae enim cognitiones non semper uno eodemque modo distinctae sunt ac distributae; sed pro temporum, locorum et ingeniorum diversitate variarunt, ut adhuc variant, systemata. Pag. 107.

Ibid. ῥητορικῆς] Articulum τῆς omisi e praescripto codicis et auctoritate fisus Boissonadii, qui apud Marinum c. 10., ubi vulgabatur περιφανὴς ἐπὶ τῇ σοφιστικῇ, ad fidem codicum articulum delevit ablegans ad Schaeferi Meletemata p. 4. collatisque scriptoris sui locis c. 11: ἐπὶ σοφιστικῇ, et ἐπὶ ποιητικῇ.

L. 4. ὁ δὲ πᾶς πόνος] Locutio scriptorum usu trita. Sic Plotinus De Pulcr. p. 56, D: ὑπὲρ οὗ καὶ ὁ πᾶς πόνος. quem ad locum Creuzerus in Annot. p. 325. verba contulit Platonis Conviv. c. 29. (p. 92 ed. Wolf.): οὗ δὴ ἕνεκα καὶ οἱ ἔμπροσθεν πάντες πόνοι ἦσαν. Crisin doctissimi Creuzeri, qui contra plurimos codices articulum retinuit ὁ, tam exemplum Juliani probat, quam Aristotelis Eth. Nicom. l. III. c. IX. §. 3. ubi est: πᾶς ὁ πόνος.

L. 5. *ἐπιστήμη*] Ed. Petav. *ἐπιστήμης.* cum conjectura: «*f. ἐπιστήμη.*» Unde profecisse potest Spanhemius, cujus eo certior est emendatio, quod a codice meo firmatur.

L. 6 *sq. πάρεργα — τὰ ἀληθῶς ἔργα*] Non temere, ubi Aristotelis et Platonis studium commendat, ex illorum scriptis orationem colorat. Uterque enim philosophus rectam delineavit viam, quae tenenda sit inter *ἔργα* et *πάρεργα.* Cavendum esse praecipit Aristoteles Eth. Nic. lib. I. c. VII. §. 19: *ὅπως μὴ τὰ πάρεργα τῶν ἔργων πλείω γίγνηται.* quem ad locum (T. II. p. 39 ed. Zell.) adfertur Platonis dictum hujusmodi: *πάρεργον γὰρ οὐδὲν δεῖ τῶν ἄλλων ἔργων διακώλυμα γίγνεσθαι.* Quae ibidem adduntur Agathonis verba ex Athenaeo l. V. c. 1. p. 185 (ed. Casaub.): *Τὸ μὲν πάρεργον, ἔργον ὡς ποιούμεθα· Τὸ δ' ἔργον ὡς πάρεργον ἐκπονούμεθα,* relata sunt inter Proverbia Metrica v. 875 sq. ubi de auctore quidem nihil notatum, ac pro *ποιούμεθα* vulgatum est *ἡγούμεθα.*

L. 9. *συμφοιτηταὶ*] Illo nimirum tempore, quo Julianus *procudendi ingenii causa, ut cupidine flagravit, ad Graeciam ire permissus est,* ut verbis utar Ammiani Marcellini l. XV. c. II. §. 8.

L. 11. *εἴωθεν*] Perperam *οἴωθεν* in codice.

EPISTOLA LVI.

Hae litterae, quae meo insunt codici G., notabilioribus *Nostri* reliquiis a Spanhemio sunt adnumeratae Praef. ad Juliani Opp. p. XXVIII. med. Nihil tamen inibi contentum video, quod inauditum sit. Bonarum artium fautorem fuisse Julianum, est pervulgatum. Illarum studium Alexandriae tunc fervuisse, non minus innotuit. Vid. Ammianum Marcellinum l. XXII. c. XVI. §. 17. cum virorum doctorum Annotatione. Musicae interea studium aliquantum refriguisse videtur ex istis Ammiani verbis: *nondumque apud eos penitus exaruit musica.* Itaque tempestiva fuit Imperatoris cura.

Pag. 108. *L.* 4. *Ἐκδικίῳ*] Ad quem extant Epistolae VI. IX. L. quibus locis adjectum est: *ἐπάρχῳ Αἰγύπτου.*

L. 5 *sq. τῆς ἱερᾶς — μουσικῆς*] Inferius: *τῆς θείας μουσικῆς,* ut Orat. III. p. 111, C. Epitheta mere sunt laudatoria,

neque necesse est cum Tourleto musicam intelligere Deorum cultui dicatam; qua mente vertit ille: *La musique sacrée de nos temples.* Ἱερὸς in Juliano quidquid indicat excellens et commendabile. Vid. Obss. ad Ep. LX. Pag. 124. lin. 7.

L. 7. ἀρτάβας] Artaba Aegyptiae mensurae genus erat, quod ab artaba Persica diversae fuisse capacitatis notavit H. Stephanus in Thes. T. V. p. 539. Quidnam per hanc mensuram erogari debuerit, a doctioribus requiro. Subintelligerem σίτου, quod nomen alibi cum artaba ponitur, e. g. Diod. Sic. l. XX. c. 90. (T. II. p. 475. ed. Wesseling.); sed ab Juliano mox exprimitur σῖτον.

Ibid. δύο] Vitiose δὺς in codice.

L. 10. ἐκ φωνῆς καταλεγέσθωσαν] Sententia est: In delectu, quem facies, voçis duntaxat habeto rationem; ut tales eligas, qui voce praediti sint suaviter sonante. Sin vero reperiantur (ut statim addit) qui ipsa musicae artis principia indagare, et ad recondita ejus elementa penetrare valeant, majora hi praemia sunt assecuturi. Alteris igitur musicae usus, alteris scientia proponitur; quam assecutum appellat Julianus Orat. III. p. 111, C: μουσικὸν ἄνδρα, τοὺς λόγους ἐξεπιστάμενον τῆς τέχνης. Tourletus ut praeclare vertit: *Il sera dressé un régistre de leur enrôlement!*

L. 14. προαποφαινομένοις] Edd. ἀποφαινομένοις. Fide codicis adoptavi verbum, quod ex Appiano refertur in Lexicis, in Schweighaeuseri tamen Indice desideratur. Aeque dandum esse videtur Juliano verbum dupliciter compositum Caes. p. 332, B. ubi pro vulgato προσγεγραμμένον codicum meorum duo tenent προσεγγεγραμμένον, quum alii duo scribant ἐγγεγραμμένον. Caeterum intelligi puto Platonem ejusque sectatores, quos musicae plurimum tribuisse constat. Ille cum alibi, tum in Phaedro c. 28. inter diversa hominum genera meminit μουσικοῦ, quippe cujus anima sublimia maxime spectet, et ad Deum accedere valeat. Qui Platonem secuti sunt, eorum praecipua loca Creuzerus collegit in *Praeparatione* ad Plotinum De Pulcr. p. CIII. sq., ubi diligenter Platonicorum exponitur doctrina circa musicen illam altiorem et philosophiae adjunctam.

EPISTOLA LVII.

Occurrit haec in codicibus GMN.

Pag. 109. *L.* 3. Ἐλπιδίῳ φιλοσόφῳ] Cui Libanius aliquot inscripsit epistolas, et cujus ad Julianum nostrum scribens meminit Ep. 33. p. 15. (ed. Wolf.)

L. 5. σμικρότητι] Solus codex N: μικρότητι. Consentientibus libris Attica forma legitur Ep. VIII. p. 11.

L. 6. μετρῆται] Edd. et cod. G: στερῆται. quod jure displicuit Petavio conjicienti: «f. μετρῆται.» et id ipsum in Versione exprimenti. Male Spanhemius omisit conjecturam, et in Versione substituit: *confirmatur*. Equidem in eligendo verbo haerere non potui, quum illud a Petavio propositum in codicibus invenissem MN., etsi in Indicativo positum, ut sonet μετρεῖται. Mutandum esse modum duxi, tanquam usitatae repugnantem syntaxi Conjunctionis ὅταν. Attulit quidem Hoogeveen Doctr. Particularum Gr. p. 577. (ed. Schütz.) ejus Conjunctionis cum Indicativo junctae exemplum hoc e Cebetis Tabula c. 39: ὅταν μὴ ἐπίστανται τῷ πλούτῳ χρῆσθαι. Sed κριτικώτατος Schweighaeuserus tam in prima Cebetis editione p. 123, quam in altera p. 53. scribendum ἐπίστωνται conjecit. Vulgatur etiam in Juliano Misopog. p. 346, D: Ὅταν οὖν ταῦτα λογίζομαι. Sed ibi tres a me collati codices exhibent λογίσωμαι.

Ibid. Εἰ δὲ δὴ καὶ νῦν] E codicibus GM. adjeci particulam καὶ, quam in simili nexu habes Ep. LXI. p. 127. ubi est: Εἰ δὲ δὴ καὶ ἀντιτύχοιμι.

Ibid. βραχέα] Codices MN: ἐν βραχεῖ. male.

L. 6 *sq.* τὰ τῆς προσρήσεως] Cum codicibus MN. omisi vocabulum ψυχῆς, quod Edd. ad instar codicis G. perincommode praemittunt voci προσρήσεως. Inani opera Petavius in margine conjecit: «f. ψιλῆς» quod fidenter in Versione repraesentavit per *nuda;* Spanhemius autem, spreta conjectura, Versioni dedit *animae*. Miror a viris doctis non animadversum esse, vocabulum ψυχῆς ex antecedenti versu descendisse, ubi pariter excipit articulum τῆς.

L. 7. ἡμῶν] Perperam ὑμῶν in codice M.

Ibid. μηδ' οὕτω] Sic optime dedit codex N., quum alibi sit μὴ οὕτω. Vis est eadem ac alterius formulae οὐδ' ὡς Ep. LI. post init.

L. 9. *τέτακται*] Solus codex M: *τέτευκται.*

L. 10. *τοῖς ἴσοις δὲ ἡμᾶς ἀμείβεσθαι*] Cod. N: *τοῖς σοῖς.* minus recte. Solemnis enim est dicendi formula, quam illi Latinorum *Par pari referre* jam exaequavit Vigerus De Idiot. p. 94. (ed. Zeune). De *responsoriis litteris* ejusmodi locutiones frequentat Julianus, e. g. Epp. XXXII. init.: *ἀντιτυχεῖν ἀξιῶ τῶν ἴσων.* LXI. p. 127.: *ἀντιτύχοιμι παρὰ σοῦ τῶν ἴσων.*

L. 10 *sq.* *ὅ, τι ἂν διδῷς*] Recte sic Edd. Scribunt codd. GN: *ὅτι.* Cod. N. pro *ἄν* exhibet *ἀεὶ*, quae confusa jam vidimus p. 353. Tum idem codex N. cum M. Indicativum tenet *δίδως.*

L. 11. *ἡμῖν*] Perperam *ἡμῶν* in codice N.

Ibid. *σώζει*] Id verbum usu valet non satis mihi perspecto, nec in Lexicis exposito. An *ostendere, manifestum reddere* significat? ut in Luciano Charid. c. 6. (T. IX. p. 273. ed. Bipont.) ubi verba sunt: *πῶς ἂν τὸ ἐν λόγοις καλὸν σώζοιτο κάλλιον μᾶλλον, ἢ* etc.

EPISTOLA LVIII.

Hae litterae completae ac illustratae sunt a Muratorio, cujus x Anecdotis Graecis partem assumsi posteriorem illam, quae ucusque desiderabatur in Juliano. Textus historiam quin ipse elineem, otium facit ennarratio restauratoris verbis contenta ujusmodi:

«Epistolae hujus priora capita primum Parisiis edidit A. hr. 1601. *Nicolaus Rigaltius*, vir clarissimus. At post partiulas illas *τί οὖν*; [p. 110. lin. 8. novae hujus editionis] aliud lterius Epistolae ad parasitum quendam scriptae fragmentum ttexuit, unam e duabus diversis Epistolam efformans. Sibi amen aliquam de hujusmodi monstro suspicionem obortam vir ngenuus nequaquam dissimulans, haec verba praemittenda cenuit [p. 12.]: *Summa Epistolae, modo una sit, haec est: Julianus obeliscum, qui Alexandriae pro derelicto erat, in patriam Constantinopolim, quod olim tentaverat Constantius, devehi cupit studio patriae exornandae. Id forsan Dionysius, Constantii Mamentiique parasitus et adsentator, crimini ambituique tribuebat. Eam ob rem sermone converso, totam fere in ejus animadversione Epistolam eleganter insumit, et parasitos mores belle depingit.*

Verum in Petaviana editione, ab eodem Rigaltio bibliothecae Parisiensis praesidio subinde emendata, error hic sublatus est, atque in duas Epistolas [nr. LVIII. LIX.], ambas quidem mutilas, informis Epistola merito distincta apparuit. Clarissimus subinde *Spanhemius* in novissima Juliani editione Petavium prudenter secutus in duas partitus est Epistolas, hoc est LVIII. et LIX. ita tamen, ut integram esse priorem fuerit arbitratus, quae in editione Petavii rectius tanquam in fine mutila, ac veluti fragmentum, prodiit. En igitur completam habemus Epistolam, quam ad Alexandrinos Julianus Augustus scribit, utinam a mendis quoque omnibus expurgatam. Ejus argumentum est: Obeliscus variis characteribus Aegyptiacis sive hieroglyphis exornatus, Alexandrino in littore derelictus jacebat. Illum quidem asportare constituerat Constantius Imperator, ut Constantinopoli in urbis ornamentum collocaret. Honestum consilium mors interrupit. Votum itaque Constantii irritum Julianus complere cupiens eundem ab Alexandrinis lapidem petit, eisque contra permittit, ut pro obelisco simulacrum viri cujusdam excitent, cujus effigiem aeternitati commendare iidem cupiebant. Aliam rationem addit, cur ab iisdem obeliscum deposcat; quod videlicet acceperit, sordibus immersum neglectumque illum jacere, ita ut ejus vertici quidam indormire solerent. Quae res Juliano minime ferenda videbatur, quippe in opprobrium Deorum cedebat, quibus, ac praecipue Soli, dicatus a caeca gente Ethnicorum fuerat obeliscus. Illum igitur in Constantinopolis littore erigendum ait, ut ab Alexandria in Pontum navigantibus nobile monumentum occurrat.» Haec Muratorius.

Mihi declarandum restat, in codicibus DJ. reperiri quidem hanc Epistolam, sed ita prorsus comparatam, ut in ejus prima editione per Rigaltium facta; h. e. verbis *τί οὖν;* longum adhaerere sequentium litterarum fragmentum, deficiente reliqua praesentium parte. Conscientiam vel suspicionem erroris ille videtur habuisse, cujus manus exaravit codicem J. Nam in ejus codicis margine per idem atramentum, quo caetera sunt scripta, crux adpingitur in loco, quo facta est confusio. Monacensis porro codex hanc Epistolam exhibet eamque, ni fallor, integram. Ex Hardtio quidem nihil discimus praeter inscriptionem et initium: «*Ἀλεξανδρεῦσιν. Ὀβελον εἶναι παρ' ὑμῖν.*» Sed amicus ille,

cujus beneficio collationem ejus codicis cum editione Spanhemiana accepisse me professus sum in Praefatione, testatus mihi est, post verbum ἀγνωμονῆσαι vel, ut ille codex tenet, ἀγνώμων εἶναι, scriptum quidem esse τί οὖν; sicut in Ed. Spanh. sonet initium Epistolae sequentis; deinde tamen longe alium inveniri contextum ab eo, qui proximo sub numero illic legatur. Utinam a describendis verbis discrepantibus, quae scilicet auctoris diversi esse putabat, non abstinuisset impiger alioqui juvenis. Quum enim considero, Muratorianum supplementum itidem incipere verbis τί οὖν; admodum veri simile mihi videtur, illa loca, quae codex Mon. post ea verba sistit, neutiquam a supplemento differre, quod Muratorio debemus.

In futuri editoris gratiam adnotare non omittam ex indicio Reiskii (Praef. ad Demosthenem T. I. p. XCI.), *pleniorem quam in Ed. Spanh. hanc Epistolam in codice reperiri*, quem ipse *codicem Augustanum sextum* appellat, exaratumque dicit in Italia saeculo XV. exeunte vel XVI. ineunte. Mihi quidem occasio defuit ejus nanciscendi codicis.

L. 15. Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσιν] Sic Edd. omnes praeter primam, quae tenet: Ἰ. Καῖσαρ Ἀ. Auctoris nomine carent codices, ut passim.

L. 16. Ὀβελὸν] «Qui Romanas antiquitates vel invisit unquam, vel beneficio librorum intellexit, quid sint Aegyptiaci obelisci, continuo norit. Illustrem tamen de iis Ammiani Marcellini locum referre juvat. *Est autem,* inquit is [l. XVII. c. IV. §. 7 sq.], *obeliscus asperrimus lapis in figuram metae cujusdam sensim ad proceritatem consurgens excelsam; utque radium imitetur, gracilescens, paulisper specie quadrata in verticem productus angustum, manu levigatus artifici. Formarum autem innumeras notas, hieroglyphicas appellatas, quas ei undique videmus incisas, initialis sapientiae vetus insignivit auctoritas.* Singulos obeliscos tum Romae tum alibi adhuc extantes spisso opere Athanasius Kircherus, e societate Jesu scriptor celebris, descripsit atque interpretari conatus est: quo successu videant eruditi.» Muratorius.

Ibid. εἰς ὕψος] «Ingentis magnitudinis et molis obeliscos e montibus exscindebant. Plinius l. XXXVI. c. 9 et 10. Quod autem hic Julianus vocat ὕψος, ab Aurelio Cassiodoro *prolixitas*

nuncupatur: *Obeliscorum quoque prolixitates ad coeli altitudinem sublevantur;* a Tertulliano *enormitas;* lib. De Spectac.: *Obelisci enormitas, ut Hermateles adfirmat, Soli prostituta.* Vetus Glossarium: *Enormitas, τὸ μέγεθος*, magnitudo scilicet, quae vulgarem normam et mensuram excedit. Unde Apulejus Asino aureo: *Inenormis proceritas.*» RIGALT.

Ibid. ἠρμένον] Vertebatur: *erectum;* cui repugnabat sequens ἐῤῥιμμένον. Male autem apud Rigaltium et in codice D. scribitur εἰρημένον, quod Rigaltius irrepsisse putat ex homonymia fere vocabuli vicini ἐῤῥιμμένον.

L. 17. ἐῤῥιμμένον] Sic Edd. et cod. Mon. Meus codex uterque per solemnem scriptionis varietatem ἐῤῥιμένον exhibet, uti vulgatum erat Ep. XXVII. post init. Alibi tamen duplicem μ agnoscunt Edd., v. c. Orat. VII. p. 229, C. 231, C.

Pag. 110. *L.* 1. Ἐπὶ τούτῳ] Sic in Juliani Edd. et in utroque codice meo. Codex Mon. cum textu Muratoriano tenet ἐπὶ τοῦτο. Scriptura nostra probari videtur e Misopog. p. 355, B. ubi est: ἐπὶ τούτῳ δήπου πεποίηνται. Rursus fluctuat scriptura Misopog. p. 369, C. Ubi scilicet vulgatum est: οὐχ ἡ πόλις μόνον ἐπὶ τοῦτο συῤῥεῖ, ibi duo codices a me collati tenent ἐπὶ τούτῳ. Ferri potest utrumque; vulgatum tamen verius esse puto. Sic enim ibid. p. 361, D: ἐπὶ τοῦτο ἔδραμον. non adversantibus codicibus.

Ibid. ἐναυπήγησε] Solus codex Mon.: ἐναυπηγήσατο. — «Quod etiam alii factitarunt. Plinius supra.» RIGALT.

Ibid. Κωνστάντιος] Quum in omnibus libris ita scriptum sit, ex errore calami factum esse videtur, ut apud Petavium in Versione *Constantinus* exprimeretur. — «Non hunc tantummodo obeliscum ab Aegypto abducere Constantio Imperatori cura fuit; alterius enim, eo imperante, deportati mentionem facit laudatus Ammianus [§. 12.]: *Et quia sufflantes adulatores ex more Constantium id sine modo strepebant, quod, cum Octavianus Augustus obeliscos duos Heliopoli civitate transtulisset Aegyptia, quorum unus in circo maximo, alter in campo locatus est Martio, hunc recens advectum difficultate magnitudinis territus nec contrectare ausus est, nec movere* etc. Quid factum sit de postremo hoc obelisco addidit [§. 14.]: *Impositus navi per maria fluentaque Tibridis velut paventis, ne, quod paene ignotus miserat Nilus,*

pse parum sub meatus sui discrimine moenibus alumnis inferret, lefertur in vicum Alexandri, tertio lapide ab urbe sejunctum: unde hamulcis impositus, tractusque lenius, per Ostiensem portam piscinamque publicam circo illatus est maximo. Pergit autem lescribere Ammianus, quot molibus obelisci illius erectio procurata fuerit, quem enormis ac inusitatae amplitudinis navis, recentis remigibus impulsa, per maria vexerat. Atque hic ille st altissimus obeliscus, quem diu prostratum incredibili animi nagnitudine Sixtus V. Pont. Max. in campo Lateranti anno 1588. rigendum rursus curavit. Quod Romae seniori praestitisset, lem juniori, hoc est Constantinopoli, se praestiturum Constantius sperabat. Jamque e loco dimotus obeliscus, atque in tfore Alexandrino jacens, vectorium navigium exspectare videatur, quum Constantius una cum vita saxi devehendi consium posuit. An voti postea sui compos Julianus fuerit factus, ncertum mihi. Extabant adhuc in Constantini urbe aliquot belisci Aegyptiaci tempore Petri Gylii Galli, qui ejusdem civitatis topographiam litteris consignavit. Fortasse inter illos ocum impetravit, qui in hac Epistola memoratur.» Muratorius.

L. 2. *μετάξων αὐτὸν*] Corrupte *μεγαζῶν αὐτὸς* in cod. D.

Ibid. *Κωνσταντίνου πόλιν*] Ita duas in voces distinguunt dd. ed cod. Mon., ut Ep. LXX. fin. Codices DJ. contracte *ωνσταντινούπολιν* repraesentant, ut cum alibi, tum in Suida ulgatur T. II. p. 366. quo loco fragmentum extare Juliani Orat. I. . 14. (ed. Petav.) ex indicio Kusteri notabo, quum ea res adnoari neglecta sit a Spanhemio, Wyttenbachio, Schaefero, ubi d illam Orationem commentantur. In editione Spanhemiana espondet pagina 8, B.

L. 3. *ἐνθένδε ἐκεῖσε*] Perperam *ἐνθὲν δὲ* scribitur in Ed. etav. Locutio est Platoni solemnis, qui de moriendo cogians *ἐνθένδε ἐκεῖσε* passim dixit, v. c. Phaed. pag. 117, C. heaet. p. 176, A. Jam olim eum dicendi usum ad Hieroclem e Provid. et Fato sospitatrici manu notavit vir doctissimus n Prolegomenis ad pag. 26. (ed. Lond. 1655.), recentius autem ractavit Cl. Boissonade ad Sophoclem Tom. I. pag. 352. qui ummatim adverbiis *ἐνθάδε*, *ἐκεῖ* hanc potestatem tribuit, ut rius *terram*, alterum *locum* designet *eum, quo defunctorum animae migrant.* Qua occasione prodam, apud Julianum in fine

Caesarum minus recte vulgari: *ἡνίκα ἂν ἐντεῦθεν ἀπιέναι δέῃ.* Nam praeter Vossianum codicem et Bavaricum ab Harlesio laudatum in editione p. 173. quinque Parisini codices *ἐνθένδε* scribunt, quod, licet alteri synonimum sit adverbio, tamen in ejusmodi locutionibus usu solemni invaluit; v. c. Plato Crit. §. 3.: [p. 73. ed. Biester.] *ἀπιέναι ἐνθένδε.*

L. 4. *πορευθῆναι τὴν εἱμαρμένην πορείαν*] Imitatio Platonis Menex. c. 5. ubi est: *πορεύονται τὴν εἱμαρμένην πορείαν*, eruditissimum non fugit Boissonadium ad Sophoclem T. I. p. 352. Celebravit Platonis verba Longinus c. 28. Alibi *Noster τὴν εἱμαρμένην τελευτὴν* dixit, ut Orat. I. p. 16, C. pleniusque Ib. p. 46, B. et Orat. II. p. 52, A. quibus locis adjicitur *τοῦ βίου.*

L. 5. *πλέον ἤπερ*] Cod. D. vitiose: *πλέον ὅπερ.*

L. 7. *ἐγενόμην παρ' αὐτῇ καὶ ἐτράφην ἐκεῖσε*] Solus cod. Mon. *παρ' αὐτῆς.* De solemni scriptoribus junctione verborum *γενέσθαι* et *τραφῆναι* dicere non attinet post illa, quae ratione nominum *γένεσις καὶ τροφὴ* Wyttenbachius animadvertit ad Julian. Orat. I. p. 8, D. [p. 145. ed. Schaefer] recentiusque ratione verborum exposuit Boissonade ad Eunapium p. 200. Indicasse sufficiat exempla *Nostri* Orat. I. p. 5, C. D. p. 9, A. adjectis iis, quae verba *τρέφειν καὶ παιδεύειν* vel *τροφὴ καὶ παιδεία* conjunctim repraesentant: Oratt. I. p. 3, C. D. p. 5, C. p. 14, B. D. VI. p. 198, A. quam quidem dicendi formulam ad Marinum illustravit Boissonade p. 80. — Quod Julianus de peculiari amore adfirmat erga natalem urbem habito, non vanae jactationis esse videtur. Scribit Ammianus Marcellinus l. XXII. c. IX. §. 2.: *natus enim illic, diligebat eam ut genitalem patriam et colebat.* Vicissim Constantinopolitanos in hoc esse gloriatos, quod apud se natus et educatus esset is Imperator, auctor est Zosimus scribens de Juliano Byzantium accedente l. III. c. XI. §. 4.: *πάντες μὲν αὐτὸν σὺν εὐφημίαις ἐδέχοντο, πολίτην καὶ τρόφιμον ἑαυτῶν ὀνομάζοντες* (*οἷα δὴ ἐν ταύτῃ τεχθέντα τε καὶ τραφέντα τῇ πόλει*). Mutuae caritatis vinculum prodit ipse Julianus Orat. VIII. p. 251, D. de *Graecis* loquens-*prope mare illud habitantibus.*

L. 8. *ἀγνωμονῆσαι*] Hoc verbo, pro quo codex Mon. *ἀγνώμων εἶναι* tenet, Epistola desinit in Juliani Edd. Mutilationem apud Petavium indicant asterisci Versioni subjecti: quibus omis-

is nullum inopiae signum exhibuit Spanhemius, ob id jam a Muratorio notatus in superiori loco p. 426.

Ibid. Τί οὖν;] His igitur verbis incipit supplementum, quod initio declaravimus e Muratorio desumtum esse. Jam indicavimus, eam partem in codicibus quoque Parisinis abesse tanquam ita pergentibus: *τί οὖν; οὐ γὰρ ἑλοιδοροῦ τότε* etc. sicuti post initium Epistolae sequentis occurrit. Assequimur, confusioni quidnam occasionem dederit. A praesentis loci verbis *τί οὖν;* ad eadem Epistolae vicinae vocabula descriptor indiligens aberravit.

L. 9. *ἀναστῆναι τὴν χαλκῆν εἰκόνα*] Verba sunt solemnia de honore, quo vel privati de re publica meritissimi adficiebantur. De Cynaegiri *εἰκόνι χαλκῇ* memorat Lucianus Demon. c. 53. T. V. p. 251. ed. Bipont.); de alio scribit Idem De Gymn. c. 17. T. VII. p. 171. ed. Bip.): *χαλκοῦν αὐτὸν ἀναστήσατε.* Rursus in Lexiph. c. 11. (T. V. p. 190. ed. Bip.): *τὸν χαλκοῦν τὸν πρῶτα ἐν τῇ ἀγορᾷ.* it. De Paras. c. 48. (T. VII. p. 141. ed. Bip.): *ἕστηκε χαλκοῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ.*

L. 11. *ἀνδρὸς*] Aliquantum luxata videtur ejus periodi constructio. Cujusnam fuerit statua viri, minime liquet. Conjicit Reiserius, ipsius Juliani statuam intelligi, qualem tamen Alexandriae fuisse positam nullo, quoad sciam, innotuit testimonio. Tourletus autumat, de Alexandro Magno, Alexandriae conditore, cogitandum esse. Pro virili de Alexandrino hariolemur, quem ex Ep. XLV. non minus Juliano, quam Alexandrinis carum fuisse discimus, Zenone medico.

L. 11. *ἀντὶ τριγώνου*] «In MS. legebatur *ἀντὶ τριτώνου.* Sed quid sit lapis *tritonius* nusquam me legere memini, et nemo alius fortasse meminerit. Quare scribendum *τριγώνου* sum arbitratus, ut significetur triangulare saxum, quanquam non ignorem, caeteros obeliscos, quippe quadrangulares, emendationi huic parum servire. Videant alii.» Muratorius.

L. 12. *θεραπεύοντες*] «Ita in MS. legitur. Quo nomine pii tantum viri significari hoc in loco possunt. Hujusmodi autem possit esse sensus Juliani: *Quosdam audio, qui se pios arbitrantur viros et nihilominus in obelisci hujus fastigio indormiunt. Unum vero Diis, quibus sacratus est lapis ille, id summo dedecori a viatoribus atque inspicientibus vertatur, hac etiam ratione*

incitatus obeliscum abducendum constitui. Quin Θεραπευόντων vocabulo homines ethnicae superstitioni addictos Julianus describere potuerit, nullum mihi est dubium. Attamen ratione potiori christianam gentem, et praecipue monachos, hic intelligendos esse suspicor. Certe olim Christiani Θεραπευταὶ, *Therapeutae*, quod idem est ac Θεραπεύοντες, appellabantur, quum pii cultores famulique Dei essent, ut Clemens Alexandrinus Strom. lib. V. auctor est. Dionysius vero, quem Areopagitam credidere multi, quisque ille sit, antiquissimus profecto auctor, cap. 6. De Eccl. Hier. christianos monachos eodem nomine donat. En ejus verba: Οἱ θεῖοι καθηγεμόνες ἡμῶν ἐπωνυμιῶν αὐτοὺς ἱερῶν ἠξίωσαν, οἱ μὲν Θεραπευτὰς, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάζοντες ἐκ τῆς τοῦ θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας. Sed notissimum testimonium his adde, nempe celebre quorundam hominum solitariam vitam in Aegypto ac potissimum circa Alexandriam degentium genus olim fuisse, qui *Therapeutae* apellabantur. Cujus rei auctores habemus tum Eusebium Hist. Eccl. lib. II. c. 17. tum Philonem in libro De vita contemplativa [Opp. p. 889. ed. Francof.]. Hos vero Therapeutas sive Essenos, non Judaeos, sed christianae religioni addictos fuisse, S. Hieronymus in libro De script. eccl., in Marco et in Philone tradit; cui etiam consentiunt Epiphanius Haeresi 29, [Opp. T. I. p. 120. ed. Colon.] Sozomenus lib. I. c. 12. in fine, Beda, Nicephorus aliique. A nonnullis quidem eruditis viris scientia haec in dubium vocatur: at nihil nobis eorum conatus officiunt, quippe ab Hieronymo aliisque scriptoribus certum fit, saltem Juliani temporibus monachos sive Therapeutas christianos in Alexandrino agro floruisse. Quumque itidem constet e Philone, eos in villis ac hortis habitasse, a vero propterea non abhorret, horum quosdam in obelisco prostrato aliquando incubantes fuisse deprehensos; quod, quasi in Deorum dedecus fieret, iniquo animo Julianus tulerit. Num vero hi Therapeutae iidem fuerint ac Esseni a Philone commemorati, itemque num Apostolorum temporibus christianae religioni dederint nomen, exquirendum aliis relinquo.» Haec Muratorius. — Itidem sensit Fabricius Bibl. Gr. Vol. VI. p. 734. (ed. Harles.); ubi memorata hac Epistola scripsit: *Per* Θεραπεύοντας καὶ προσκαθεύδοντας τῇ ὀβελοῦ κορυφῇ *non dubium est monachos stylitas perstringi: quare fortassis illa Epistolae pars*

suppressa fuit a Christianis quibusdam librariis. Causam tamen omissionis longe aliam indicavi ad *L.* 8. deque interpretatione doctissimorum virorum valde dubito. Primum enim displicet sententia, qua Θεραπεύοντες appellarentur iidem, qui ab aliis scriptoribus Θεραπευταὶ vocantur; Julianus certe non est is, qui per inscitiam vel incuriam ab usu recedat propriorum probatorumque nominum. Tum vero secta therapeutarum non magis, quam stylitarum monachorum alibi nominatur ab Juliano, tametsi Fragm. p. 288, B. Christiani significantur, *qui solitudines urbibus anteponunt.* An extabant e Christianis Judaeisve superstitiosi homines, qui, ut somnia sibi procurarent, ad obelisci verticem dormiebant? Certe Julianus ap. Cyrill. l. X. p. 339, E. Christianis objicit, quod *sepulcris advolvantur,* idque somniorum causa fieri perhibet, quoniam antiquum sit Judaicae superstitionis opus ἐγκαθεύδειν τοῖς μνήμασιν ἐνυπνίων χάριν. Forsitan ad similem pertinuit morem, quod praesentis loci verbis indicatur προσκαθεύδοντες τοῦ ὀβελοῦ τῇ κορυφῇ. Tum Θεραπεύοντες usitata potestate *colentes* indicaret; cultus autem speciem in tali more nemo non agnosceret. Caeterum de stylitis monachis minus cogitasset Fabricius, si ex Epistolae principio recordatus esset, prostratum jacuisse obeliscum. Illi enim in erectis monumentorum verticibus degebant.

L. 18. Θεῖον εἶναι] «Duabus ex causis obeliscos *quid divinum* Julianus appellat. Prima est, quod Soli ab Ethnicis ac praesertim ab Aegyptiis culto obelisci plerique dicati fuerint. Praeter Herodotum, Diodorum aliosque scriptores, Plinius id hisce verbis adfirmat [Hist. Nat. l. XXXIV. c. 14 init. hoc est T. II. p. 735, 8. ed. Harduin.]: *Trabes ex eo* (hoc Alabandico marmore) *fecere reges quodam certamine, obeliscos vocantes, Solis numini sacratos.* Altera causa est, quod sacris litteris abditisque superstitionis profanae mysteriis singuli obelisci insignirentur. Hieroglyphica idcirco dici eaedem notae solebant. Nihil igitur mirum, si tanta religione saxa hujusmodi observanda ethnicus Imperator arbitraretur.» Muratorius.

L. 3 *sq.* εἰς τὸν Πόντον] «Vitiose legebatur in MS. codice Pag. εἰς τὸν πόντων. Ab Alexandria Constantinopolim versus navigans, in Pontum tendere dicuntur, nisi potius significare velit, Alexandrinos in Pontum navigantes lambere oras Constantinopolis.» Muratorius.

L. 4. *καὶ ὥςπερ εἰς τὰς τροφὰς*] «Aegyptus suis frugibus non suos tantum populos, sed Romam ipsam aliasque provincias antiquitus pascere videbatur; ut Plinius in Panegyrico [c. XXXI. §. 2.] tradit. Hinc etiam discimus, ad juniorem Romam Alexandrinos devehere consuevisse magnam commeatuum copiam. In MS. codice deest illud *καί*. Salvinius addendum opportune monuit.» Muratorius.

L. 5. *παρ' αὐτοῖς*] Est enallage numeri, cujus exempla non desunt in vetèrum scriptis. Expectaverit aliquis *παρ' αὐτῇ*. scilicet *τῇ ἐμῇ πατρίδι*. Sed Julianus in animo habuit *πολίτας*.

(Interpres gallicus nr. XV. p. 421.)

EPISTOLA LIX.

Haec similem atque praecedens experta est inclementiam fortunae. Scilicet in prima editione, quam in Praefatione designavi sub num. 4.) ea cum antecedenti cohaerebat et lacunis mendisque scatebat adeo, ut auctoris consilium assequi minime liceret. Quae conditio paulatim in melius est mutata. Posteriori enim primi Editoris cura factum est, ut in editione Petaviana hoc monumentum prodierit a superiori sejunctum, peculiarisque Epistolae forma indutum. Sunt autem Rigaltii verba, quae apud Petavium antecedenti Epistolae LVIII. sic praefixa leguntur, ut facillime Petavio tribuerentur. Sonant autem hoc modo: «Juliani Caesaris epistolarum duarum fragmenta. Interpreti Nicolao Rigaltio. *Juliani Caesaris fragmenta, quae ante XX. annos ederam, eadem nunc ex Bibliotheca Regia longe emendatiora reddo. Duarum sunt Epistolarum fragmenta; unius ad Alexandrinos, alterius ad Dionysium. Atque hujus quidem clausulae aliquot apud Suidam reperiuntur, vocabulis* Ἀχλητον *et* Τεσσάρων, *auctore non laudato; quas esse Juliani ex istis apparet manifestissime.*» Quantumvis inde commodi nacta sit Epistola, defectuosi restabant multi loci longeque plures, quam Editoris indicabant asterisci. Petavius aliquot e Barocciano codice lectiones attulit bonas quidem, sed nullum explentes hiatum; unde colligitur, et in eo codice textum imperfectissimum extitisse. Spanhemius mere repetiit Epistolam ex Ed. Petav., male tamen suppresso praemonito, quod attulimus. Tandem felici

casu contigit, ut melioris codicis beneficio; Medicei nempe seu Florentini, haec Epistola locis novem suppleta, notulisque nonnullis ornata prodiret apud Fabricium Luce Salut. Evang. p. 326 — 338. cujus de instituto diximus in Praefatione sub num. 8.) Hinc igitur integriorem accepimus contextum, nec tamen integerrimum. Restabant enim duae satis quidem parvae lacunae, quae hac in editione redeunt in paginis 112. 120. Quae enim antecedenti Epistolae praemonui, huc etiam pertinent; ambas nimirum Epistolas in codicibus DJ. non solum cohaerere, sed plane sic esse mutilatas, ut in Edd. Petav. et Spanh. Semel tamen amplius eorum codicum ope corrigere licuit scripturas. Interea sententiae complures in obscuro manent, quum Epistola careamus, cui respondetur. In ea Dionysius nescio quo crimine purgare se conatus erat, verbis usus ex parte relatis a *Nostro* p. 112. et inferioribus locis aliquoties adumbratis.

Insignis est Epistola tam eruditionis ostentatione, quam amaro mordacique dicendi genere. Ejus oeconomia redigit in memoriam Lucianei Pseudologistae (Opp. T. VIII. p. 58 sqq. ed. Bipont.). Ibi exprobrantur impuri mores (§. 31.), dentatoque stylo incessitur scribendi imperitia, quam usus prodiderat insolitorum verborum. Utrumque peragit Julianus.

L. 12. Διονυσίῳ] «MS. Mediceus hanc habet inscriptionem: Ἰουλιανὸς κατὰ Νείλου.» Fabricius. — Illam inscriptionem efformaverit aliquis intelligens e loco p. 114. lin. 12., fuisse Dionysio cognomen Νεῖλος, vel quocunque simili modo legendum sit. Communis omnium Editionum scriptura firmatur duplici compellatione p. 114. ubi occurrit: ὦ Διονύσιε. et p. 116. ubi est: ὦ συνετώτατε Διονύσιε. De hoc viro nihil aliunde mihi quidem innotuit. Eum Constantii Magnentiique sectatorem fuisse, et publicum aliquod munus gessisse, docet Epistola. Idem aliquamdiu steterat a partibus Juliani, quem autem prodidit et calumniatus est. Julianus per litteras ulcisci se voluit, quum longe graviorem poenam sumere potuisset. Itaque huc facere videtur, quod Ammianus Marcellinus de hoc Imperatore scripsit l. XXV. c. IV. §. 9: *Constat eum in apertos aliquos inimicos insidiatores suos ita consurrexisse mitissime, ut poenarum asperitatem genuina lenitudine castigaret.*

L. 13. Ἀμείνων — *ἀπολογούμενος.*] In Juliani Edd. hoc initium desideratur, et per asteriscos suppletur.

L. 13 *sq.* Τί *οὖν*] «Verba *τί οὖν* desunt in MS.» Fabricius. — Qui propterea verbis istis uncinos circumdederat, quos omisi de sinceritate satis certus. Quum enim eae particulae praecedentis Epistolae loco legantur, quo manus antiquissimi librarii has ad litteras aberravit, (Pag. 110. lin. 8.) perquam probabile est, easdem in hoc versu tanquam causam extitisse, cur describentis calamus ex illa Epistola in alienum hoc opusculum transilierit. Accedit, quod illa verba, ut per se commoda, ita *Nostro* sunt usitata in transitionibus, e. g. Ep. XLII. p. 79. Fragm. p. 294, A. Ut Atticis scriptoribus solemnem eum dicendi usum notavit Valckenarius ad Eurip. Hippol. vs. 971.

L. 14. *οὐδὲ γὰρ ἐλοιδορῶν*] Apud Fabricium vulgatur *οὐδὲ*, quum alibi sit *οὐ*, quod forte verius. Permutationis exempla jam observavimus p. 299. 329. — Vim verbi medii recte Fabricius active expressit, quum vulgo passiva significatione redderetur: *adficiebaris injuria.* Ejusdem verbi forma media detur Juliano Orat. II. p. 56, A. ubi vulgatum est: *ἐλοιδόρει τῷ βασιλεῖ.* Quum enim activa forma quartum casum adsciscat, media vero cum Dativo construatur, ut post alios docte probavit Reitzius ad Lucianum Icaromen. c. 30. (T. VII. p. 396 ed. Bipont.), mihi quidem non dubium est, quin e praescripto duorum, quos contuli, codicum legendum sit *ἐλοιδορεῖτο βασιλεῖ.* quo tertius etiam codex ducit Regius, accentu circumflexo tenens: *ἐλοιδορεῖ τῷ βασιλεῖ.*

Ibid. *διανοούμενος*] Cod. D. vitiose *διανοούμενον.*

L. 15. *νυνὶ — αὐτὸ* lin. sq.] Hunc locum adjecit Fabricius, non monito quidem lectore. Omissioni occasionem dederat bis obvium pronomen *αὐτό.*

L. 16. *νομίζειν*] Sic apte Fabricius edidit, ante quem *νομίζων* vulgabatur, ut est in codd. meis. Ea vero scriptura pristinae lectionis imperfectae conditioni accomodata erat.

L. 17. *ἑαυτοῦ*] Vulgo *σεαυτοῦ.* Verior mihi visa est scriptura codicum DJ. Sic Ep. XII. p. 18. *ἑαυτοῦ* officio fungitur pronominis personalis primae personae; et praesentis Epistolae locus inferior p. 116. *πρὸς ἑαυτὸν* cum vi secundae personae tenet.

Ibid. *ὑπέλαβες*] Cod. D. sic: *ὑπέλαβον*.

L. 1. *δέδωκας σεαυτὸν ἄκλητον*] « Suidas: *Ἄκλητος, ἀνώνυμος. Δέδωκας σεαυτὸν ἄκλητον τῷ δευτέρῳ.* Respicit Juliani verba. » FABRICIUS. — Suidae locus, a Rigaltio jam indicatus in praemonito supra p. 434. delibato, hunc in modum sonat T. I. p. 85: *Ἄκλητον· ἀνώνυμον. Δέδωκας σεαυτὸν ἄκλητον τῷ δευτέρῳ. ἀντὶ τοῦ, ἀνώνυμον.* ubi recte Kusterus, detecto fragmenti fonte, negavit esse Suidae credendum interpretationi, quum ex Juliani contextu pateat, *ἄκλητον* hic *invocatum* vel *non vocatum* significare. Pag. 113.

Ibid. *τὸ μὲν ἄκλητον*] Ita codices mei cum Edd. Juliani. Tenet Fabricius: *τὸν μ. ἄ.* quae minus placet scriptura.

L. 1 *sq.* *τῷ προτέρῳ, τῷ δευτέρῳ*]: « Per *πρότερον* intellige Constantem; *ὁ δεύτερος* est Magnentius. » FABRICIUS.

L. 3. *ὑπήκουσας*] « In MS. Florentino deest *σὲ* et *ὑπήκουσας.* » FABRICIUS. — Quod hic *MS. Florentinum* appellatur, non differre videtur a *MS. Mediceo* in prima Fabricii notula laudato; Florentiae enim extabat inclyta Laurentii De Medicis bibliotheca. In reliquis ad hanc Epistolam Notis a Fabricio nude plerumque citatur *MS.* Triplex denominatio forsan unum indicat eundemque codicem.

L. 4. *Κώνσταντι καὶ Μάγνεντίῳ*] Rursus inferiori loco p. 119. nominantur iidem, ut quorum memoriam coluerit Dionysius. Uterque satis ex historia Imperii Romani notus est. De prioris ab altero patrata caede vel ipse Julianus verba fecit Oratt. I. p. 26, B. sqq. II. p. 55, D. sqq. Quidnam Epistolae locus intendat, explicari nequit, quum de Dionysii rebus nihil omnino memoriae proditum sit.

Ibid. *τὸ πρᾶγμα αὐτό, φασι, δείξει.*] Similiter Julianus Caes. p. 307, A: *αὐτὸ ἐπιδείξει τὸ πρᾶγμα.* Nomen substantivum, quod utroque loco expressum est, apud alios scriptores vel subintelligitur, vel *τὸ ἔργον* sonat; ut videre est in auctoribus a Schotto citatis ad Adagia Cent. III. E Suida nr. 90. ubi verba sunt: *Αὐτὸ δείξει. Παροιμία· ἐλλείπει τὸ ἔργον.* Ab illis exemplis alia nonnulla Valesius delibavit ad hanc Ammiani Marcellini locutionem. lib. XXII. c. XVI. §. 18: *licet opus ipsum redoleat.* Doctissimum virum haec non fugit epistola, quae tamen perperam *Ad Alexandrinos* appellatur. Re-

centius in id adagium excurrit Creuzerus ad Plotinum De Pulcr. p. 134 sq.

L. 5. *κατὰ τὸν* Κωμικὸν] «Fortasse rectius: *κατὰ τὸ παροιμιακόν*. Sequitur enim vulgare jambicum.» Rigalt. — Omnes interea libri conspirant, nec immerito, ut videtur. Adi notulam ad Lin. sq.

L. 6. *σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥςπερ* Ἀστυδάμας, *γύναι·*] Non quidem versus formam, sed ipsa illa verba continue scripta tenent Juliani Editiones et codex J., qui tamen inter *σαυτὴν* et *ἐπαινεῖς* spatiolum offert erasi cujuspiam vocabuli. Codex D. vitiose scribit: *σαυτὴν ἐπαι ἐπαινεῖν· ὥςπερ ἀστυδάμαν γῦναι.* unde conjicere licet, quidnam illud fuerit in altero codice deletum. Equidem non dubito verissimam esse scripturam nostram; in asse enim convenit ea cum Zenobio Cent. V, 100. qui dictum a se referri monet integrum; neque secus expressum est inter Prov. Metr. vs. 831. et Erasmi Adagia p. 1888. tit. *Astydamae in morem.* E Suida paulo aliter ita vulgatur Cent. XII, 64: Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥςπερ Ἀστυδάμας ποτέ. quem locum Apostolius descripsit Cent. XVII, 29. ubi tamen Σαυτὸν expressum est; utrum temere, an consilio, non dixerim.

Jam penes te, candide lector, esto judicium de Fabricii textu sic pro verbis nostris exhibente: *σεαυτὸν ἐπαινεῖς ὥςπερ* Ἀστυδάμας. subjecta quidem hac notula: «Ita MS. Non *σαυτὴν ἐπαινεῖς γύναι*, ut ex suo codice etiam Rigaltius ad Onosandrum p. 90. Respicitur autem Philemon Comicus, ut constat ex Apostolii Proverbiis Cent. XVII, 30. [imo 29.] et Suida in Σαυτὴν ἐπαινεῖς. Vide et Zenobium V, 100. Utitur quoque proverbio hoc Julianus Epist. XII,» Haec Fabricius. Qui non attenderat, laudatorum Paroemiographorum esse nullum, qui ab ipso vulgatam lectionem agnoscat; imo vero alteram a Zenobio repraesentari, Suidamque cum Apostolio vulgatae olim lectioni multo magis favere, quam reformatae.

Proverbii occasionem ita fere laudati scriptores exponunt, ut Astydamam histrionem dicant in concionem populi Atheniensis attulisse versus, quos inscribi cupiverit statuae sibi decretae; quum autem illi versus nimiam spirarent arrogantiam, a populo repudiatos esse: quae res primum comoediae jocis agitata post in proverbium abierit. Itaque, mea quidem sententia, *Comicus*

ille, secundum quem dicere se profitetur Julianus, historiae sic in dramate alluserat, ut pro re nata gloriosae mulieri dictum sit: Σαυτὴν ἐπαινεῖς, ὥςπερ Ἀστυδάμας, γέναι. Quae verba *Noster* eo libentius usurpavit, quod per ea feminae assimilibatur Dionysius; qui et inferius ob mollitiem uritur p. 118., ubi ex Homero verba Jovis ad Venerem ei occinuntur. — Adnotavit Rigaltius, nequam hominem et mollem quasi *mulierem* interpellari; laudavitque Curtium l. III. [c. XI. fin.] ubi de hostibus tanquam *imbellis feminis* Alexander loquitur.

Nomen proprium ejus *Comici*, quem ab Juliano spectari legimus, equidem non definiam. Philemonem respici Fabricius quidem adfirmavit in adlata superius notula; sed secus ac apud Julianum in Apostolio scriptum est l. c., indeque inter Fragmenta Philemonis vs. 35. (nr. 95 ed. Clerici.) Praeter Philemonem alios quoque scriptores adagium usurpasse, ex ipso Apostolio adparet; ut qui Philemonem exempli gratia laudavit, postquam ad instar Suidae dixerat, *apud Comicos* invaluisse paroemiam. Scriptor tamen, qui proverbio sit usus, a Paroemiographis nullus indicatur praeter Philemonem ab Apostolio solo memoratum: nec a Paroemiographorum editoribus ullus adfertur praeter *Nostrum* altero loco jam a Fabricio laudato; ubi concise quidem atque mutatis personis ita scriptum est p. 18: ἐπήνεσα γὰρ ἐμαυτὸν ὥςπερ Ἀστυδάμας.

L. 8. τὸ μέγα Θράσος, καὶ τὸ, εἴΘ' ἐμὲ γνοίης,] «In MS. Mediceo: τὸ μέγα Θάρσος, καὶ τὸ εἴ τε με.» Fabricius. — Vulgatam scripturam uterque codex tuetur cum Edd. omnibus.

Ibid. οἷός εἰμι·] Fabricius edidit: ὅσος καὶ οἷός εἰμι· cum ista notula: «Ita MS. Mediceus, et Rigaltius ad Phaedri III, 1.» Additamentum, quo carent mei codices et Edd. Juliani, facile fuerit a sciolo quopiam intrusum, qui de talium junctione haud infrequenti cogitaverit. Jam ad Ep. IV. p. 181. in uno codice temere juncta vidimus ὅσα καὶ οἷα.

L. 10. ἐστίν·] «Ita MS. pro εἰσίν.» Fabricius. — Cujus adoptavi scripturam ut eleganti scriptori magis convenientem altera, quam in Juliano codices mei cum Edd. exhibent.

L. 11. εἰ τολμηρὸς οὑτωσὶ] Quum Fabricius εἰ τολμηρὸς οὑτοσὶ dedisset cum istiusmodi notula: «Sic ex eodem MS. pro: εἰ καὶ τολμηρὸς οὕτω.», non dubitavi equidem, adjectivum in

adverbium esse mutandum. Jam subauditur *εἰ*, sicut Ep. XLV. p. 84. ubi est: *Σὺ δὲ οὐκ ἰατρὸς ἁπλῶς*. Quae ante Fabricium vulgabatur scriptura, eam agnoscit codex J. Pessime codex alter meus exhibet *εἰ καὶ τολμηρὸς οὔτε* etc.

Ibid. καὶ γενναῖος] Post haec in Edd. Juliani et in codd. meis deest sat longa pars Epistolae, nempe verba tenus (p. 113. lin 7): *Ἢ τοῦτο νομίζεις* etc. quae locum nostrum inibi excipiunt. Editores asteriscorum ope defectum indicarunt; codices vero nullum exhibentes inopiae signum ita sine mora pergunt: *καὶ μετ' ὀλίγον· ἢ τοῦτο νομίζεις* etc. Quibus in verbis illa *καὶ μετ' ὀλίγον* auctorem habeant impigrum librarium, qui praetermitti nonnulla voluerit monere.

L. 11 *sq. τί καὶ τρίτον εὐλαβήϑης, ἂν δέῃ προσκρούειν*;] Haec verba Dionysii litteris allúdunt, ut ex inferiori loco patet lin. 19. ubi occurrit: *εὐλαβεῖσϑαι ἔφης, μὴ τρίτον προσκρούσῃς*. An illi obversatus erat proverbialis versus: *Δὶς πρὸς τὸν αὐτὸν αἰσχρὸν προσκρούειν λίϑον*.? qui sine auctoris nomine refertur a Diogeniano Cent. IV, 19. E Suida Cent. V, 74. Apostolio Cent. VII, 29. Prov. Metr. 539. quorum postremus locorum *εἰσκρούειν* exhibet.

L. 14. *τοῦ πράγματος ἔχειν*] Vitiata haud dubie scriptura.

L. 16. *φασι*] Pro *ὥς φασι*. Conf. Obss. p. 254.

L. 17. *ἰδίως* * * *ἐπέγνωκας*] « In MS. hoc loco spatium paucarum litterarum. Fortasse leg. *φίλον ἀπέγνωκας*. » Fabricius. — Totus iste locus tam sententiae, quam verborum ratione parum intelligitur. Quis nobis dixerit, quonam de *homine* cogitandum sit? Ultra tamen, quam textus cogebat, in Versione periodus haec obscurabatur. Loco verborum: *cur, per Deos, metuere dixisti*, vesane positum erat: *non agnoscis, illud vicissim ais te per Deos metuere*. In quibus Fabricio lapsui fuit formula *ἀνϑ' ὅτου*, sicut et inferiori loco p. 119., lin. 6.

Pag. 113. *L.* 3. *ὥς φησι Πλάτων*] « Plato VII. de Legibus p. 580. » Fabricius.

L. 5. *μὲν*] Ita corrigendum duxi vulgatum *μὴ*.

L. 6. *τὸ τῆς εἰρήνης τέμενος ἀποφαίνειν ἐργαστήριον*.] Locutio colorem habere videtur dicti proverbialis, vel ad insignem alicujus scriptoris locum allusionis. Haud tamen ejusmodi quidpiam innotuit mihi.

L. 8. *ἅπαντας*] «MS. *ἅπαντα.*» Fabricius. — Omnium Editionum scripturam agnoscunt codices mei.

Ibid. *παραπέτασμα*] Vitiose cod. D: *παραπέταγμα.*

L. 9. *τὸν Βαβρίον*] Haec tam in codicibus meis, quam in Edd. Juliani desunt; ita tamen, ut e Barocciano codice Petavius in Notis, indeque Spanhemius in margine posuerit: *τὸν Γαβρίον.* Nomen fabulatoris ab Juliano positum esse, perquam credibile mihi videtur, quum ille hac potissimum Epistola citandis delectetur priscis viris aeque ac rebus: in scribendo autem eam elegi rationem, quam a recentioribus Criticis adoptari constat. Additamentum agnoscit quoque textus Fabricianus, quamvis vitiose scriptum *τὸν Χαβρίον.* subjecta quidem hujusmodi notula: «Verba *τὸν Χαβρίον* habet MS. Mediceus et Barocc. atque obvia haec in Chabriae Fabulis decima sexta.» Falso igitur illa scriptura Barocciano codici tribuitur, quem diversam exhibere supra diximus.

L. 10. *Γαλῆ ποτ' ἀνδρὸς*] Male *ποϑ'* in Edd. omnibus. Recte codices mei. — Non sic ut apud Julianum, incipit Babrii fabula XVI. cui post Rigaltium illam allegationem retulit Fabricius. Ponam, quum breve sit, integrum opusculum:

Ἀνὴρ γαλῆν γυναῖκα πρὸς δόμους ἄγε·
Παρῆν δὲ Κύπρις εἰς ἑορτὴν τοῦ γάμου.
Νύμφη δὲ μῦν βλέψασα, συντόνῳ τάχει
Δίωκε τοῦτον, μὴ τραπεῖσα τὴν φύσιν.

Juliani consilio, quatenus e contextu divinatur, ineptum non est hoc *ἐπιμύϑιον*:

Ὅτι τὸ ἐκ φύσεως ὂν οὐ μετατρέπεται.

Caeterum a Rigaltio praeterea notatur: «Aelianus *Περὶ ζώων* XV. *id.* cap. XI.»

L. 11. *πείσῃς*] Perperam *πάσης* in codice D.

L. 13. *ἀμαϑίαν καὶ τὸ Θράσος*] «MS. *Θάρσος.* Notum illud: *ἀμαϑία Θράσος.*» Fabricius. — Qui de celebrato cogitasse videtur Thucydidis dicto lib. II. c. 43: *Ἀμαϑία μὲν Θράσος, λογισμὸς δ' ὄκνον φέρει.* Sed Julianus adeo saepe nomina illa vel similia copulavit, ut nesciam, an id sponte potius, quam ex imitatione factum sit. Ita Oratt. III. p. 122, B: *ἀμαϑίας καὶ Θράσους.* I. p. 35, C: *ἀνοίας καὶ Θράσους.* II. p. 67, A: *τοῦ Θράσους καὶ τῆς ἀπονοίας.* Ib. p. 70, C: *ἀνόητον γὰρ, καὶ μάλα*

L. 8 *sq.* ἔσφηλαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ περὶ τὴν κεφαλὴν ῥαφαί.] «MS. γραφαὶ, vitiose. Celsus VIII, 4: *a suturis deceptum.* Hippocrates Epid. V, 14. Plutarchus De profectu in virtute p. 82. [T. I. p. 315. ed. Wyttenbach.]» Fabricius. — In codice D. scribitur δὴ pro δέ, et ῥαφὰς pro ῥαφαί. utrumque vitiose.

Laudatus Hippocratis locus (Opp. T. II. p. 1150, E. ed. Foes.) de aegroto agit, qui, cum lapidem ad suturas in medium sinciput accepisset, eo vulnere mortuus est. Fassus autem Hippocrates se non animadvertisse, vulneratum sectione indigere, talia scribit: ἔκλεψαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ ἔχουσαι ἐν σφῖσιν ἐωυτῇσι τοῦ βέλεος τὸ σῖνος. q. d. *Opinionem vero meam fefellerunt suturae in se teli noxiam continentes.* Quo Celsus spectavit l. c. (p. 432. ed. Targae), ubi legitur: *A suturis se deceptum esse Hippocrates memoriae prodidit; more scilicet magnorum virorum, et fiduciam magnarum rerum habentium.* Vides in laudando Hippocrate Celsum idem sequi consilium, quod tenet Julianus; nec aliud Plutarcho fuit propositum l. c. — Interea probabile videtur, apud Hippocratem pro ἔκλεψαν ex Juliano scribendum esse ἔσφηλαν. Hoc autem verbum omnes tuentur libri nostri praeter Rigaltianum, qui ἔκλεψαν exhibet.

L. 10. ἐξηπατοῦντο] Perperam ἐξηπαντοῦντο scriptum est in utroque codice meo.

L. 11. Θαυμαστὸν] Sic e praescripto dedi codicis utriusque mei, quum Θαυμαστέον in omnibus legeretur Edd., quae tamen infimo paginae loco recte Θαυμαστὸν exhibent.

L. 12. τὸν Νειλῷον ἢ Διονύσιον] Quum certi nihil haberem, abstinui manum a communi Petavii, Spanhemii, Fabricii lectione. Dehinc tamen poenituit me non scripsisse τὸν Νεῖλον, ejectis omnino verbis ἢ Διονύσιον, quae glossatori deberi cum per se probabile videtur, tum ex incongrua scriptura codicis D: ὁ διονύσιος. Quod autem τὸν Νεῖλον expressum velim, rationibus nitor admodum validis. Ita enim uterque tenet codex meus cum Fabricii MS., quem etiam in Epistolae titulo κατὰ Νείλου repraesentare vidimus p. 435. Accedit, quod τὸν Νεῖλον et in antiquissima vulgatum est editione Rigaltii; qui quidem adnotavit, hanc vocem esse nihili sibi videri, causamque erroris ab homonymia petendam esse, quum vicino loco τὸν Ἠλεῖον occurrat;

ıre legendum suasit: *ἀνδρίζεσθαι τὸν Διονύσιον*. At imme- › suspecta fuit scriptura. Julianus enim in corrupto loco Ad P. Q. Athen. p. 273, D., ubi de quibusdam aetatis suae syco- antis loquitur, *τοῦ Νείλου* meminit; quem eundem, puto, ıesens locus indicat. Illic autem Spanhemius minime proban- s est, qui Versionem a Petavio prudenter renunciatam arte I. p. 503.) ita supplevit, ut Nilum fluvium utcunque intel- ,eret.

Ibid. *ἐξηπατήθη*] Sic recte cum Fabricio scribunt codices ;i. Perperam *ἐξεπατήθη* scriptum est in Juliani Edd.

L. 13. *τὸν Ἠλεῖον Φαίδωνα*] Quem e cohorte Socratica ilosophum iterum Julianus memoravit Ad Themist. p. 264, C. storia, cui praesens locus alludit, id habet argumenti, quod perdito vitae genere Phaedon ad virtutem se recepit. Quum im puer esset egregia forma praeditus, post captam patriam lenone coactus infami se quaestui addixit; deinde vero, hor- nte Socrate, quopiam a divite redemtus est, ac in philosophiae ;ciplinis habitus: unde mox illustris evasit. Auctores sunt Gellius lib II. c. 18. Diogenes Laërtius lib. II. Segm. 105. idas T. III. p. 587. tit.: *Φαίδων Ἠλεῖος*.

L. 15. *ἀνίατον οὐδένα τῇ φιλοσοφίᾳ*] MS. *οὐδὲν ἀνίατον ɑι τῇ φιλοσοφίᾳ.*» Fabricius. — Vulgata scriptura, quae se satis commendatur, codices meos aeque ac omnes Edd. esidio habet.

L. 16. *καθαίρεσθαι βίων*] «Ita MS. rectius quam Editi ν.» Fabricius. — Cujus scriptura probatur a meo codice D. ·bum a Platonicis philosophis frequentatur, quorum funda- ntali sententia *καθαίρεσθαι* primus est perfectionis gradus philosophiam procurandus. Quod placitum optime exponunt ›ricius ad Marinum Prolegg. p. XLVI. sqq. (ed. Boissonade) ıuzerus ad Plotinum De Pulcr. p. CVII. et passim. Eo praeter ɔc locum Julianus pertinet Ad Themist. p. 262, A. ubi occur- : *τὸν νοῦν καθαρθεὶς καὶ τὴν ψυχήν*.

L. 19. *οὐδὲν ἦν θαυμαστὸν*] Pro *ἦν* est *οὖν* in codice D.

Ibid. *εἰ δὲ καὶ*] Hic locus usque ad verbum *πυνθάνου* ıg. sq. Lin. 6.) ante Fabricium desiderabatur. Indicia defe- .s in codicibus non magis adsunt, quam in Edd. Juliani.

Ibid. *τοσούτῳ*] Haud scio, an exciderit *χεῖρον*, vel nomen ıstantivum cum *τοσούτῳ* jungendum.

ἀΰθαδες. Allusionem subesse puto Orat. VII. p. 225, B. ubi est: ἀμαθία, θράσος· ἁπλῶς τὰ τοιαῦτα.

L. 14 *sq.* ἡ διπλῆ κατὰ Πλάτωνα ἄγνοια] Quum in Platonis Alcibiade Priori passim arguatur Alcibiades, ut qui justum ignoret, sed scire se existimet; ejus libri enarratores, Proclus aeque ac Olympiodorus, illud esse διπλῆς ἀγνοίας vel ἀμαθίας creberrime pronunciarunt, ut videre est in Creuzeriano Indice p. 340 col. 1. 2. voc. ἄγνοια διπλῆ. In ipso tamen Platone verba illa hactenus non offendi. Quae vel in locis desunt a Rigaltio positis hujusmodi notula: «Hoc ignorantiae caecitatisque humanae genus notat Plato in Sophista. Ἀγνοίας γοῦν μέγα τί μοι δοκεῖ καὶ χαλεπὸν ἀφωρισμένον ὁρᾷν εἶδος πᾶσι τοῖς ἄλλοις αὐτῆς ἀντίσταθμον μέρεσι. ΘΕ. Ποῖον δή; ΞΕΝ. Τὸν μὴ κατειδότα τι, δοκεῖν εἰδέναι. δι' οὗ κινδυνεύει πάντα, ὅσα διανοίᾳ σφαλλόμεθα, γίγνεσθαι πᾶσι. et quae sequuntur. Idem Alcibiade Pr. pessimum hoc ignorantiae genus esse statuit. Ἐπειδὴ δὲ οὐδ' οἱ εἰδότες, οὐδ' οἱ τῶν μὴ εἰδότων εἰδότες ὅτι οὐκ ἴσασιν· ἢ ἄλλοι λείπονται, ἢ οἱ μὴ εἰδότες, οἰόμενοι δ' εἰδέναι; et paulo post: Αὕτη ἄρα ἡ ἄγνοια τῶν κακῶν αἰτία, καὶ ἡ ἐπονειδιστος ἀμαθία. [cap. 13. p. 120 sq. ed. Biester.]»

L. 16. οἴει πάντων εἶναι σοφώτερος] «MS. οἴει δὲ πάντων εἶναι σοφώτατος.» Fabricius. — Quem Editionum scripturam οἴῃ retinuisse eo magis miror, quod ipse bis in hac Epistola οἴει exhibuit, p. 113. l. 5. et p. 116. sup. Equidem vel sine Fabricii codice meoque J. dedissem οἴει, pro quo perperam εἴῃ scriptum est in codice D. Reliqua Fabriciani Manuscripti lectio nec a codicibus meis, nec ab Edd. probatur.

L. 18. ἐπέδωκε] «MS. ἐπιδέδωκε.» Fabricius.

Pag. 114. L. 1 *sq.* καὶ ταῦτα τῶν ἱκανῶν εἴρηταί σοι πλείω. Δεῖ δὲ ἴσως] «Sic e MS. reposui, nisi quod in illo perperam erat μοὶ pro σοί. In editis legitur: καὶ ταῦτα ἱκανῶς εἴρηταί σοι. Πλείω δεῖ ἴσως etc.» Fabricius. — Cujus lectio tam lucididate commendatur nativa, quam alterius loci propinquitate Ep. XXIV. sub fin., ubi est: καὶ ταῦτα πλείω τῶν ἱκανῶν εἴρηται, Demosthenisque exemplo scribentis De Cor. p. 320, A (ed. Wolf.): καὶ ταῦτα ἡγοῦμαι πλείω τῶν ἱκανῶν εἰρῆσθαι. Codices mei sic, ut ante Fabricium erat editum, priorem exhibent adlatorum verborum partem; at alteram ita depravat D. ut legatur: πλοίω δ' ἴσως. tum J.: πλείω δ' ἴσως.

L. 2. *ἀπολογήσασθαι διά σε καὶ τοῖς ἄλλοις*] Ita Edd. omnes. Codices mei carent particula *καί*. Vitiose tenet cod. D: *ἀπολογίσασθαι διὰ δὲ τοῖς ἄλλοις*. Ex eodem permutationis genere vulgatum est *ἀπελογίσατο* Ad Themist. p. 265, D. ubi cum codice meo scriberem *ἀπελογήσατο*.

L. 4. *Ἐξηπάτηκε καὶ Πλάτωνα*] « Huc referenda Platonis Epistola VII. Vid. etiam Plutarch. lib. Πρὸς Ἡγεμόνα ἀπαίδευτον. » Rigalt.

L. 4 *sq.* *ὁ σὸς ὁμώνυμος*] « Dionysius, Siciliae tyrannus. » Fabricius. — Tradit Diogenes Laërtius in Vita Platonis lib. III. segm. 21., philosophum eum a Dionysio terram et homines potulasse, qui juxta constitutam a se rempublicam viverent; tyrannum pollicitum quidem esse, sed ut promissis staret, tantum abfuisse, ut Platonem in maximum periculum adduxerit.

L. 5. *ἀλλὰ καὶ*] Haec usque ad *πώποτε* (Lin. 7.) solum apud Fabricium extant.

Ibid. *ὁ Ἀθηναῖος Κάλλιππος*] «De illo videsis Plutarchum ed. Francof. T. I.] p. 981. [E] et Timoleonte p. 241 [A]. 277 [A]. Athenaeum XI. p. 508. Suidam in Κάλλιππος [T. II. p. 233. ed. Kuster.] etc. » Fabricius. — Scilicet Platonis discipulus fuerat Atheniensis Callippus, quem interfecere Syracusani, quod tyrannidem adfectaverat. Monente Suida l. c., Callippus is a Plutarcho vocatur *πονηρὸς*, quam vocem et in sequenti Juliani loco habes. Hic tamen ubi verbum adhibet *φασὶ*, refertur ad nescio quos auctores. In Plutarcho certe non occurrit adlata sententia.

L. 7. *ὑπὲρ τούτων*] Ita dedi ex auctoritate MS. a Fabricio laudati. Quem editorem servasse miror olim vulgatam scripturam *ὑπὲρ τούτου*. Ea tum erat apta, quum abesset locus de Callippo. Jam vero Pluralis optime congruit.

L. 8. *τῶν Ἀσκληπιαδῶν ὁ κράτιστος Ἱπποκράτης ἔφη·*] Pro voce *κράτιστος* in MS. legi *ἄριστος* adnotavit Fabricius. Male hactenus in textu deerat, licet in Versione expressum esset, verbum *ἔφη*. quod e praescripto recepi codicis Barocciani et MS. a Fabricio laudati. — De Asclepiadis, quos iterum pro medicis nominavit Julianus Orat. V. p. 178, C., docte Millinus tractavit in *Monum. inéd.* T. II. p. 245.

L. 8 *sq.* *ἔσφηλαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ περὶ τὴν κεφαλὴ ῥαφαί.*] «MS. *γραφαὶ*, vitiose. Celsus VIII, 4: *a suturis decep*tum. Hippocrates Epid. V, 14. Plutarchus De profectu in vi*tute* p. 82. [T. I. p. 315. ed. Wyttenbach.]» Fabricius. — In codice D. scribitur *δὴ* pro *δέ*, et *ῥαφὰς* pro *ῥαφαί*. utrumque vitiose.

Laudatus Hippocratis locus (Opp. T. II. p. 1150, E. ed. Foes.) de aegroto agit, qui, cum lapidem ad suturas in medium sinciput accepisset, eo vulnere mortuus est. Fassus autem Hippocrates se non animadvertisse, vulneratum sectione indigere, talia scribit: *ἔκλεψαν δέ μου τὴν γνώμην αἱ ῥαφαὶ ἔχουσαι ἐν σφίσιν ἐωυτῇσι τοῦ βέλεος τὸ σῖνος.* q. d. *Opinionem vero meam fefellerunt suturae in se teli noxiam continentes.* Quo Celsus spectavit l. c. (p. 432. ed. Targae), ubi legitur: *A suturis se deceptum esse Hippocrates memoriae prodidit; more scilicet magnorum virorum, et fiduciam magnarum rerum habentium.* Vides in laudando Hippocrate Celsum idem sequi consilium, quod tenet Julianus; nec aliud Plutarcho fuit propositum l. c. — Interea probabile videtur, apud Hippocratem pro *ἔκλεψαν* ex Juliano scribendum esse *ἔσφηλαν*. Hoc autem verbum omnes tuentur libri nostri praeter Rigaltianum, qui *ἔκλεψαν* exhibet.

L. 10. *ἐξηπατοῦντο*] Perperam *ἐξηπαντοῦντο* scriptum est in utroque codice meo.

L. 11. *Θαυμαστὸν*] Sic e praescripto dedi codicis utriusque mei, quum *Θαυμαστέον* in omnibus legeretur Edd., quae tamen infimo paginae loco recte *Θαυμαστὸν* exhibent.

L. 12. *τὸν Νειλῷον ἢ Διονύσιον*] Quum certi nihil haberem, abstinui manum a communi Petavii, Spanhemii, Fabricii lectione. Dehinc tamen poenituit me non scripsisse *τὸν Νεῖλον*, ejectis omnino verbis *ἢ Διονύσιον*, quae glossatori deberi cum per se probabile videtur, tum ex incongrua scriptura codicis D: *ὁ διονύσιος*. Quod autem *τὸν Νεῖλον* expressum velim, rationibus nitor admodum validis. Ita enim uterque tenet codex meus cum Fabricii MS., quem etiam in Epistolae titulo *κατὰ Νείλου* repraesentare vidimus p. 435. Accedit, quod *τὸν Νεῖλον* et in antiquissima vulgatum est editione Rigaltii; qui quidem adnotavit, hanc vocem esse nihili sibi videri, causamque erroris ab homonymia petendam esse, quum vicino loco *τὸν Ἡλεῖον* occurrat;

mare legendum suasit: *ἀνδρίζεσθαι τὸν Διονύσιον*. At immerito suspecta fuit scriptura. Julianus enim in corrupto loco Ad P. Q. Athen. p. 273, D., ubi de quibusdam aetatis suae sycophantis loquitur, *τοῦ Νείλου* meminit; quem eundem, puto, praesens locus indicat. Illic autem Spanhemius minime probandus est, qui Versionem a Petavio prudenter renunciatam (Parte I. p. 503.) ita supplevit, ut Nilum fluvium utcunque intelligeret.

Ibid. *ἐξηπατήθη*] Sic recte cum Fabricio scribunt codices mei. Perperam *ἐξεπατήθη* scriptum est in Juliani Edd.

L. 13. *τὸν Ἠλεῖον Φαίδωνα*] Quem e cohorte Socratica philosophum iterum Julianus memoravit Ad Themist. p. 264, C. Historia, cui praesens locus alludit, id habet argumenti, quod perdito vitae genere Phaedon ad virtutem se recepit. Quum enim puer esset egregia forma praeditus, post captam patriam lenone coactus infami se quaestui addixit; deinde vero, hortante Socrate, quopiam a divite redemtus est, ac in philosophiae disciplinis habitus: unde mox illustris evasit. Auctores sunt A. Gellius lib II. c. 18. Diogenes Laërtius lib. II. Segm. 105. Suidas T. III. p. 587. tit.: *Φαίδων Ἠλεῖος*.

L. 15. *ἀνίατον οὐδένα τῇ φιλοσοφίᾳ*] MS. *οὐδὲν ἀνίατον εἶναι τῇ φιλοσοφίᾳ.*» Fabricius. — Vulgata scriptura, quae per se satis commendatur, codices meos aeque ac omnes Edd. praesidio habet.

L. 16. *καθαίρεσθαι βίων*] «Ita MS. rectius quam Editi βίον.» Fabricius. — Cujus scriptura probatur a meo codice D. Verbum a Platonicis philosophis frequentatur, quorum fundamentali sententia *καθαίρεσθαι* primus est perfectionis gradus per philosophiam procurandus. Quod placitum optime exponunt Fabricius ad Marinum Prolegg. p. XLVI. sqq. (ed. Boissonade) Creuzerus ad Plotinum De Pulcr. p. CVII. et passim. Eo praeter hunc locum Julianus pertinet Ad Themist. p. 262, A. ubi occurrit: *τὸν νοῦν καθαρθεὶς καὶ τὴν ψυχήν*.

L. 19. *οὐδὲν ἦν θαυμαστὸν*] Pro *ἦν* est *οὖν* in codice D.

Ibid. *εἰ δὲ καὶ*] Hic locus usque ad verbum *πυνθάνου* Pag. sq. Lin. 6.) ante Fabricium desiderabatur. Indicia defetus in codicibus non magis adsunt, quam in Edd. Juliani.

Ibid. *τοσούτῳ*] Haud scio, an exciderit *χεῖρον*, vel nomen substantivum cum *τοσούτῳ* jungendum.

Pag. 115. *L.* 3. Οὕτω γοῦν] Legendum suspicor Οὔπω γοῦν.

L. 5. Συμμάχου] Cujus mentio non redit in Juliano. terit intelligi Quintus Aurelius Symmachus, praefectus Urbi Ammiano Marcellino celebratus lib. XXVII. c. III. §. 3.

L. 6 *sq.* ἐκεῖνος ὅτι οὔποτε ἂν ἑκὼν εἶναι ψεύσαιτο] apud Fabricium legitur, ante quem illorum loco haec vulgatur verba: ὅτι οὐ ποτ' ἂν ἑκὼν ψεύσαιτο, q. d. *Nec enim, nor, sponte lubenterque turpi mendacio incumbet, qui* etc. lis est locutio Marini p. 9. (p. 4. ed. Boissonade): Οὐδαμοῦ ἑκὼν εἶναι ψεῦδος προσήκατο, Xenophontis Cyrop. lib. V. p. οὔτε ἂν ψεύδοιντο ἑκόντες εἶναι. Satis igitur firmatur Iterum Julianus Ep. LIII. p. 103: ἑκὼν εἶναι. quae caetero Atticis usitata est dicendi formula. Vid. Vigerum De I p. 233. (ed. Zeune). Gregorium Corinthium p. 74. (ed. Scha

L. 7. τὰ πάντα] Solus Fabricius articulo caret.

L. 7. Εἰ δὲ ἀγαναικτεῖς] Haec rursus Fabricio debe usque ad ψευδομαρτυριῶν in fine paginae. Alibi ne signa dem omissionis occurrunt.

L. 11. Καὶ γὰρ εἰ πολλὰ περὶ τῆς φήμης] Cur ad han mae mentionem oratio venerit, ex antecedentibus mihi non liq Obscura quoque grammatica ratio sequentium verborum: τὸ τῆς φήμης οὐ πάντη προσεκτέον αὐτῇ. Quare contex haud undique sanum esse existimo.

L. 12. ὡς ἔστι θεὸς] « Georgius Acropolita c. I: Φ ὡς θεά τις καθ' Ὅμηρον καὶ αὐτή. Non Homeri autem est, sed, ut Theodorus Dusa recte notavit, Hesiodi ve ultimo libri secundi [Ἔργ. καὶ Ἡμ.]: θεὸς νύ τις ἐστὶ αὐτή. *Famae* ara apud Athenienses: Aeschines in Timarch [p. 188, A. ed. Wolf.] et Pausanias Attic. c. 17. Templ Φήμης καὶ Κλήδονος Romae: quod *Ajo Locutio* vertit Xylan apud Plutarchum in Camillo p. 144. Virgilius [Aen.] IV, *Haec passim Dea foeda virûm diffundit in ora.* » Fabricius Tu de φήμης notione et per scriptores usu nihil desider si doctissimum Wyttenbachium adieris Animadvv. in Ju Orationem I. p. 10, A. hoc est p. 150 — 156 ed. Scha *Quia*, scribit ille, *antiquitus res, quarum causae latebant, divinum numen referebantur, factum est, ut rumores, qui n certo auctore ferebantur, divinae causae tribuerentur; ac φή*

etiam ipsa haberetur Dea. Quam multi scriptores ex Hesiodo profecerint, ibidem ostendens Wyttenbachius hunc quidem praeteriit Juliani locum, alterum vero non omisit Orat. IV. p. 154, C.

L. 17. λέγων] Proprio Marte vulgatum correxi λέγω, quod sententiarum nexum tollebat. Itaque reformanda fuit interpretatio latina.

Ibid. πολλὰ μὲν ψευδῶς, πολλὰ δὲ ἀληθῶς ἀγγέλλει] «*Tam ficti praviquè tenax, quam nuncia veri.* Virgil. [Aen. IV, 188].» Fabricius.

L. 1 *sq.* τεττάρων εἶναι ὀβολῶν, τὸ λεγόμενον, ἀξίαν.] Pag. 116. «Hoc est: *quantivis pretii.* Suidas in Τεττάρων ὀβολῶν, hunc Juliani locum laudans.» Fabricius. — A Suida l. c. (T. III. p. 451), ubi hujus Epistolae fragmentum extat inde ab initio nostrae periodi usque ad verba χελώνῃ μνιῶν, τὸ τῆς παροιμίας (L. 5.), praesens sententia cum aliqua lectionis diversitate sic exhibetur: Τὴν παῤῥησίαν τὴν σὴν οἶει τεσσάρων ὀβολῶν εἶναι, τὸ τῆς παροιμίας. Altero tamen Suidae loco sub vocc. Χελώνη μνιῶν (T. III. p. 663.) plane sic, ut edidi, verba nostra leguntur, nisi quod rursus abest vocabulum ἀξίαν. Equidem vulgatam in Juliano scripturam retinui, quam codices mei probant, voce tantum ὀβολῶν in ὀροβολῶν depravata.

Quodsi de proverbii significatu quaeritur, duplex occurrit interpretatio. Scilicet Suidas verba Τεττάρων ὀβολῶν, quibus Kusterus ἄξιον vel addendum, vel subaudiendum esse monuit, usurpari tradit ἐπὶ τῶν πολλῆς τιμῆς ἀξίων, i. e. *de rebus magni pretii:* quemadmodum et inferiori ejusdem loco p. 454. Τετρώβολον per πολυτίμητον explicatur. Contra legitur in Apostolio Cent. XVIII, 35: Τεττάρων ὀβολῶν ἄξιος· ἐπὶ τῶν οὐ πολλῆς τιμῆς ἀξίων, q. d. *in homines non magni pretii.* Contradictionem duorum scriptorum jam animadvertit Adagiorum editor Schottus pronuncians ad prius laudatum Suidae locum ab ipso delibatum Cent. XIII, 44., Apostolii explicationem veri similiorem videri altera, quam tamen ex adhaerenti scriptoris fragmento probari dixeris. Quam in sententiam pedibus eundum est. Absolute spectato dicto, non possum Apostolium non probare, quum alibi quatuor oboli pro vili pretio poni soleant, ut passim in Luciano, v. c Tim. c. 6. [T. I. p. 76 ed. Bipont.) ubi pauper

et aerumnosus ὑπόμισθος dicitur ὀβολῶν τεσσάρων. quae redit sententia his verbis Ib. c. 12. p. 83: ἄθλιοι, τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες: Porro Nav. S. Vot. c. 15. (T. VIII. p. 168 ed. Bipont.), ubi merces exigua, quam vector nautae dabat, dicitur τεττάρων ὀβολῶν: Tum Epist. Sat. c. 21. (T. IX. p. 26 ed. Bipont.), ubi ὀβολοὶ τέσσαρες pro pretio sunt, quo pauper sibi coenam comparet. Sed contrarium debet esse Juliani consilium; inepte enim detrectatori scriberetur: *Tu tuam audaciam nullius esse pretii putas.* Ineptiam interpres quidem vitaverat scribens: *Tuam confidentiam audaciamque puta quatuor obolis, quod vulgo dicitur, dignam.* Verum οἶει, quod omnes exhibent libri, non est *puta*, sed *putas*.

In tali difficultate vel damnandâ erit interpretatio Suidae, quem utique Kusterus ad duplicem locum supra laudatum erroris insimulavit, adagium contra potius *de rebus nullius pretii* valere adfirmans: vel ex incerta conjectura ponendum, obolos quatuor tunc temporis praemium fuisse honoris plenum; quemadmodum in veterum Atheniensium republica duo, deinde tres oboli constituta fuere merces, quae judici dabatur: quo de ritu notarunt interpretes ad Lucianum Bis Accus. c. 12. (T. VII. p. 408 ed. Bipont.) Tum staret explicatio Suidae; locis autem aliis Apostolii sententia valere posset.

L. 2. Οὐκ οἶσθ' ὅτι] Haec et sequentia solum apud Fabricium vulgantur usque ad verba χελώνῃ μυιῶν, τὸ τῆς παροιμίας. (Lin 5.) Defectus nullum indicium in reliquis libris extat. — Vulgatum οἶδ' in οἶσθ' erat corrigendum vel tacente Suida, qui quidem uno supra laudatorum locorum οἶσθα, alteroque οἶσθα δὲ tenet. Idem verbum eodem modo mihi videtur corrigendum in Luciano Contempl. c. 22. (T. III. p. 61 ed. Bipont.), ubi vulgatur: Οὐκ οἶδα, ὦ πορθμεῦ, τί ταῦτα πρὸς τοὺς ἐν ᾅδου. Scriberem: Οὐκ οἶσθα cum interrogationis signo. Cur enim se scire neget Mercurius, qui statim causam adjicit?

L. 3 *sq.* καὶ Ὀδυσσεὺς μὲν αὐτὸν ὁ συνετώτατος ἔπαισε τῷ σκήπτρῳ] In utroque Suidae loco superius indicato praetermittuntur ista verba. Minus recte Fabricius ablegat ad Homerum Iliad. II, 199. Versum potius intellige 265 sq.

L. 4 *sq.* τῷ δὲ Ἀγαμέμνονι τῆς Θερσίτου παῤῥησίας ἧττον ἔμελεν, ἢ χελώνῃ μυιῶν] « Apostolius Cent. XX, Proverb. 66. ubi Juliani etiam verba affert. » Fabricius. — Illa ipsa, quae posui, verba cum apud Apostolium occurrunt l. c. sub titulo Χελώνη μυιῶν., tum sub eodem Suidae titulo T. III. p. 663. Priori quidem loco haud indicatus est auctor fragmenti; sed ad alterum animadvertit Kusterus, ad hanc Epistolam verba pertinere. Quum rursus in Suida (T. III. p. 451. voc. Τεττάρων ὀβολῶν), sicuti supra notatum est, haec extet sententia tanquam longioris fragmenti particula, tribus extra Julianum locis ista verba servantur, leviter quidem variante scriptura. Jam de singulis dicendum discriminibus ex parte textum nostrum juvantibus.

Quum apud Fabricium ad instar Suidae (voc. Τεττάρων ὀβολῶν T. III. p. 451.) vulgatum esset παροινίας, quod quidem ob vicinam vocem παροιμίας auribus ingratissimum erat, equidem ex altero Suidae loco (voc. Χελώνη μυιῶν. T. III. p. 663.), quem et Apostolius sequitur l. c., adoptavi παῤῥησίας. Eosdem auctores sum secutus in scribendo ἧττον, pro vulgato alibi ἔλαττον. quam mutationem paroemiographus commendat infra descriptus. Tandem ἔμελεν, pro quo Fabricius aeque ac Apostolius ἔμελλεν exhibent, vel sine duplici Suidae exemplo scribendum erat. Iterum in Juliano sic emendetur Caes. p. 329, B. ubi vulgo legitur: οὐδὲν ἔμελλε αὐτῷ. Recte vulgatur alibi, v. c. Oratt. VI. p. 201, C. VII. p. 227, C.

Ipsum adagium, quod ad usum suum *Noster* accommodavit, sic expressum occurrit inter Proverbia Metrica vs. 688: Μέλει γὰρ ἧσσον, ἢ χελώναις τῶν μυιῶν. In extantibus antiquitatis monumentis id raro videtur usurpari; nec enim ipsi Paroemiographi, nec eorum Editores ullum indicarunt exemplum praeter hunc locum. In aperto est significatio. Scilicet, ut Erasmi verbis utar in Adagiis p. 334. (tit. *Quam curat testudo muscam*): Testudini nihil nocere possunt muscae propter testam, qua munita est. Ejusdem esse sententiae mihi videtur alterum in Juliano proverbiale dictum Misopog. p. 357, D: μέλει μοι τῶν τοιούτων ἧττον, ἢ τῶν ἐν τοῖς τέλμασι βατράχων. quod e Suida refertur in Adagiis Erasmi p. 352., (tit. *Minus de istis laboro, quam de ranis palustribus*) Schotti p. 480. Cent. IX, 81. facta

quidem a viris doctis nulla scriptorum mentione, qui tali proverbio sint usi. Quare hoc aeque videtur infrequens esse ac illud, quod nostrum occupat locum.

L. 5. *τὸ τῆς παροιμίας*] Sicut inferius p. 117 inf. Retinui Fabricianam scripturam a Suida probatam in loco pluries laudato (voc. *Χελώνη μυιῶν*. T. III. p. 663.), quem et antea bis secutus sum. In altero Suidae loco (voc. *Τεττάρων ὀβολῶν*. T. III. p. 451.) legitur: *τὸ τοῦ λόγου*. quam forte scripturam aliquis induxerit offensus *κακοφωνίᾳ* tum utique tollenda, cum vicinis locis extarent vocabula *παροινίας* et *παροιμίας*. Jam a nobis mutato priori, remanere potuit alterum. Quum in Erasmi Adagiis ista periodus *e Suida* bis adferatur per duplicem scripturam expressa, censendum est, laudatorum supra Suidae locorum priorem ante oculos fuisse Junio p. 362. tit. *Quad ante dignum;* posteriorem Erasmo p. 334. tit. *Quam curat testudo muscam.*

L. 6. *ἑαυτὸν*] Ita Fabricius edidit. Alibi *αὐτὸν*.

L. 8. *Ἀρ' ὅτε — ἐκτοπισθέντων* (*L.* 14.)] Iste locus a libris exulat anterioribus Fabriciano, nemine suspicante defectum. Insunt autem corrupta quaedam.

L. 9 *sq. κατὰ τὴν Εὐριπίδειον Ἠλεκτραν, καὶ τοιαύτας σιγῶ τύχας*] «Euripidis Electra v. 946. 1142.» Fabricius. — Quem non sequi debebat Tourletus. Jam enim a Wyttenbachio monitum erat Ep. Crit. p. 37. [p. 256 ed. Schaefer.], Fabricium ambiguitate citationis esse deceptum; respici quidem Electrae verba, sed non in ejus nominis fabula; potius in Oreste v. 16. ubi talia praeloquitur Electra:

Ἀτρέως δὲ, τὰς γὰρ ἐν μέσῳ σιγῶ τύχας,
Ὁ κλεινὸς, εἰ δὴ κλεινὸς, Ἀγαμέμνων ἔφυ.

Addit vir doctissimus, eadem ab Juliano plenius usurpari Ad Themist. p. 254, B. ubi occurrit: Τὰς γὰρ ἐν μέσῳ σιγῶ τύχας, αἳ etc., et ex eodem Euripidis loco profecisse videri alios, quos excitat. Rursus Euripidem Julianus laudavit Orat. VII. p. 214, B. adlato quidem versu, cujus indicabo sedem in Phoenissis nr. 479. ed. Brunck.

L. 11. *φῂς*] Ita correxi vulgatum *φῆς*.

L. 12. *ἀπηλλάχθαι*] Incommodus Infinitivus. Et sequens est corrupta periodus.

L. 14. Οὐ τοῦτό ἐστιν] Apte sic apud Fabricium. Alibi perperam: Οὐ τούτων ἐστιν.

L. 15. ἀπεχθόμενον] Codex D.: ἀπεχθόμενος.

L. 16 *sq.* πρὸς ἑαυτὸν] « MS. πρὸς σεαυτὸν. » Fabricius. — Communi omnium Editionum scripturae favent codices mei vitiose quidem exhibentes πρὸς ἑαυτοῦ. Loci hujus sententia ducta videtur e consuetudine Platonis; qui passim ejusmodi argumentatione usus est, v. c. Gorg. p. 515, B: τίνα φήσεις ἑλτίω πεποιηκέναι ἄνθρωπον τῇ συνουσίᾳ τῇ σῇ; Lach. p. 187, A: δότε παραδείγματα τίνων ἤδη ἄλλων ἐπιμεληθέντες, οἱ φαύλων καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς ἐποιήσατε. Unde rursus Foster Orat. VII. p. 223, C: τίς δ' αἰτιάσεταί σε τῆς ἑαυτοῦ εἰρακίσκος σωφροσύνης, ὅτι πεποίηκας αὐτὸν ἐξ ἀσώτου σώφρονα, καὶ καλὸν οὐ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὴν ψυχὴν φαίνεσθαι;

L. 17. μετριωτέρους] Codex D: μετριώτερον. vitiose.

L. 18. ὅσοι] Perperam idem codex: ἧσοι.

L. 19. Πέτραι γὰρ πέτραις, καὶ λίθοι λίθοις] Locutio proverbialis esse videtur, etsi a me quidem ejusmodi adagium nec in Paroemiographis, nec alibi repertum est. Eandem sententiam eleganter exposuit *Lafontaine* in Fabula 2. libri III. sub titulo: *Le pot de terre et le pot de fer.*

L. 1. οὐκ ὠφελοῦσι μὲν] Pro μὲν perperam est καὶ μὴ in codice D. Pag. 117.

Ibid. ὁ δ' ἰσχυρότερος] Ita codex uterque meus. Edd. δὲ ἰσχυρότερος.

L. 2. τὸν ἧττονα εὐχερῶς συντρίβει] Sic apud Fabricium. Alibi diverso ordine: συντρίβει τὸν ἧττονα εὐχερῶς.

L. 3. Ἆρα μὴ Λακωνικῶς ταῦτα καὶ συντόμως] Vulgabatur: ἄρα etc. Aliquem fortasse respicit locum e Dionysii litteris, quas pluries attigit. Haud scio, an Suidas, qui complura hujus Epistolae loca descripsit, huc quoque respexerit scribens: Λακωνικῶς ταῦτα καὶ συντόμως λέγω· ἀντὶ τοῦ ἀνδρείως. τοιοῦτοι γὰρ οἱ Λάκωνες. Explicatio tamen non congruit cum sententia Juliani, qui a pervulgato vocabuli usu non magis recedit, quam ubi τὴν Λακωνικὴν βραχυλογίαν ait Ep. II. fin.

L. 4. λαλίστερος διά σε καὶ τῶν Ἀττικῶν ἀποπεφάνθαι ἑπτίγων.] « Notum proverbium; et vitiose MS. Λακωνικῶν,

quod repetitum ex eo, quod praecesserat Λακωνικῶς.» Fabricius. — Quam expressi scriptura tota est in Juliani Edd. et in cod. J.; quum alibi menda hujusmodi reperiantur: apud Fabricium λαλέστερος. et τῆς Ἀττικῶν; in codice D: τοῦ ἀττικοῦ. tum pro ἀποπεφάνθαι Barthus in Adversariorum loco statim laudando, nescimus unde, Indicativum exhibet ἀποπέφαμμαι; qui quidem commodus erat, quum verbum οἶμαι virgulis interclusum ferretur: sed jam a nobis deleta hac interpunctione, bene habet Infinitivus, quem omnes Julianei libri tuentur. Per eandem syntaxin Julianus scripsit Ad S. P. Q. Athen. p. 278, D: διενοούμην ἀποπεφάνθαι κύριος.

Ad interpretationem conversus miror, a Fabricio notum appellari proverbium, quod apud Paroemiographos desideratur. Nec specialiter Atticae, sed in genere tantummodo cicadae garrulitatis nomine celebrantur a scriptoribus, quorum loca collegit Erasmus in Adagiis p. 682. tit. *Cicada vocalior;* ubi quidem addi poterat Lucianus scribens in Pseudol. c. 1. (T. VIII. p. 59. ed. Bipont.): εἰκάζων ἑαυτὸν τῷ τέττιγι ὁ Ἀρχίλοχος, φύσει μὲν λάλῳ ὄντι καὶ ἄνευ τινὸς ἀνάγκης. Neque satisfacit, quod in locum nostrum Barthus notavit Advers. lib. XXXIV. c. I. p. 1547. Postquam enim ex Epistola I. Theophylacti Simocattae verba laudavit hujusmodi de cicada: ὠδικώτερος δὲ τοῖς ᾄσμασι καὶ τὴν φύσιν λαλίστερος ὥρᾳ μεσεμβρίας γνωρίζεται, statim hunc Juliani locum adponit: ἐγὼ μὲν λαλίστερος etc. Duo autem loca nulla intercedit similitudo, nisi quod cicadae loquacitas tribuitur: id quod aliunde dudum constabat. Ex aliis auctoribus nihil adfertur.

L. 5. Ὑπερ δὲ ὧν] Jure Spanhemius e codice Barocciano per Petavium laudato recepit particulam δὲ, quam postea Fabricius immerito neglexit. Firmat illam codex J., quocum facere censendus est codex D. perperam exhibens σὲ.

L. 7. καὶ τί μάλιστα] Quae post haec verba leguntur usque ad ἐλάχιστα, (Lin. sq.) solum apud Fabricium extant, ante quem pessime cohaerebant illa μάλιστα et πειράσομαι, nemine suspicante lacunam. Obvium est, omissionis causam in simili desinentia fuisse vocum μάλιστα et ἐλάχιστα.

L. 11. ὑπὸ τοῦ Μώμου ἐσκῶφθαι τὸ σάνδαλον] «Philostrat. Epist. 21.» Fabricius. — Scilicet ut stridulum ac

strepitu molestum carpebat Momus Veneris sandalium. Philostrati locus cum ejusmodi compluribus de reprehensore Momo tractantibus apud Erasmum enarratur in Adagiis p. 149 sq. tit. *Momo satisfacere: et similia.* — Ratione scripturae monebo, me Fabricianam adoptasse, quum Lexicorum auctoritate probatum sit τὸ *σάνδαλον*. Genere masculino τὸν *σάνδαλον* exaratum est in Juliani Edd. atque codd. meis. Eadem varietas obtinet in Adagiis E Suida Cent. XIII, 84. Apostolii Cent. XIX, 32. Priori scilicet loco vulgatur: Τοῦ Διὸς τὸ *σάνδαλον*. altero: Τοῦ Διὸς τὸν *σάνδαλον*.

L. 14 *sqq.* καταγηράσαι καὶ τοῦ Τιθωνοῦ βαθύτερόν τε, καὶ τοῦ Κινύρου πλουσιώτερον, καὶ τοῦ Σαρδαναπάλου τρυφερώτερον· ὅπως καὶ τὸ τῆς παροιμίας ἐπὶ σοὶ πληρωθῇ, Δὶς παῖδες οἱ γέροντες.] In extenso locum hunc adscripsi, quo luculentius oculis adparerent, quae hinc a Paroemiographis desumta sunt. Scilicet in Adagiis a Schotto vulgatis inconcinne sic occurrit p. 311. (E Vatic. Append. Centuria III. nrr. 88. 89. 90. 91.): Σαρδαναπάλου τρυφηλότερος. καὶ Καταγηράσαις Τιθωνοῦ βαθύτερος. Κινύρου πλουσιωτερος. Δὶς παῖδες γέροντες. tum longe integrius ac ordinatius Ibid. p. 454. (E Suida Cent. VIII, 38.): Καταγηράσαις Τιθωνοῦ βαθύτερον, καὶ τοῦ Κινύρου πλουσιώτερον, καὶ Σαρδαναπάλου τρυφηλότερον, ὅπως τὸ τῆς παροιμίας ἐπί σοι πληρωθῇ· Δὶς παῖδες οἱ γέροντες. Auctor fragmenti, qui doctissimum Schottum latuit, apud Suidam a Kustero detectus est loco duplici, nempe T. II. p. 252. ubi locus sic, ut e Schotti Proverbiorum collectione delibavi, ad litteram expressus occurrit, nec non T. III. p. 287. voc. Σαρδανάπαλος. ubi varietas haec una est, ut pro verbis καὶ τοῦ Κινύρου simpliciter Κινύρου legatur. — Diverso accentu solus codex D. καταγηρᾶσαι scribit. Jam singula dispiciamus adagia.

L. 14. τοῦ Τιθωνοῦ βαθύτερον] Diverso accentu Τιθώνου vulgatur apud Petavium et Fabricium. Secutus sum codices meos, quibus accedit Ed. Spanh. cum Paroemiographis supra adlatis. Optime Fabricius βαθύτερον edidit e MS., quocum Adagiorum scriptores consentiunt. Erat autem in Juliano vulgatum βαρύτερον, (q. d. *gravior*) quod agnoscunt, ut solent, codices mei. Proverbialiter Tithoni senectus de longaevis dici solet, ut praeter Suidam l. c. Zenobius declaravit Cent. VI, 18. quem ad

locum ab editore notantur auctores fabulam enarrantes vel in usum vocantes. Fabulati nempe sunt, ut Erasmi verbis utar in Adagiis tit. *Tithoni senecta* p. 1162; «Tithonum adamatum ab Aurora in coelum fuisse sublatum, atque illius succo perfusum ad tantam pervenisse senectutem, ut tandem optaverit, ut in cicadam verteretur.» Quibus ex Eustathio haec adnotavit H. Stephanus Animadvv. in Adagia Erasmi: *ἡ δὲ παροιμία ἐπὶ δυστυχῶν γερόντων τίθησι Τιθωνοῦ ὄνομα.* Unde magis aperitur optantis invidia. Post haec facile carebimus interprete, quem istiusmodi notula Fabricius indicavit: «De Tithoni senectute Theod. Gorallus ad haec Pedonis Albinovani Elog. 2. v. 119:

Pascitur Aurorae Tithonus nectare conjunx,
Atque ita jam tremulo nulla senectus nocet.»

L. 14 *sq.* *τοῦ Κινύρου πλουσιώτερον*] «De Cinyrae opibus Meursius in Cypro lib. II. c. 9.» Fabricius. — Erat Cinyras, rex Cypriorum, praestantissimus divitiis. De quo praeter scriptores veteres in Erasmi Adagiis laudatos tit. *Cinyrae opes* p. 545. etiam Lucianus memorat, et quidem ad instar *Nostri* conjunctim cum Sardanapalo. Verba sunt Rhet. Praec. c. 11: (T. VII. p. 231. ed. Bipont.) *παναβρόν τινα Σαρδαναπάλου ἢ Κινύραν.*

L. 15. *τοῦ Σαρδαναπάλου τρυφερώτερον*] Ita cum Fabricio libri mei omnes. Quare posthabui scripturam *τρυφηλότερον* a Paroemiographis exhibitam superius adlatis. De pervulgata Sardanapali mollitie videre est ad instar omnium Erasmus in Adagiis p. 1045. tit. *Sardanapalus.*

L. 16. *ἐπὶ σοὶ*] Sic Suidas duplici loco tenet supra laudato. Male Julianei libri omnes, non excepto Fabricio, scribunt *ἐπὶ σοῦ.*

Ibid. *Δὶς παῖδες οἱ γέροντες*] Proverbium a multis usurpatum, quos Schottus indicat ad id ipsum dictum E Suida Cent. V, 73. ubi ob traditum idem proverbium acciri poterant Diogenianus Cent. IV, 18. Prov. Metr. v. 1017. Apostolius Cent. VII, 28. Erasmi Adagia p. 1037. tit. *Bis pueri senes.* Obvia est sententia; nemo nescit, interdum senes aetatis vitio desipiscere, ut in puritiam revolvi videantur. — Quod verbis nostris apud solum Fabricium adhaeret *φασιν*, id arcui tanquam intolerabile scholioque debitum.

L. 17. Ἀλλ' ὁ Θεσπέσιος] Sat longus iste locus ab illis verbis incipiens ac in voce τεκμήρασθαι desinens (p. 120. lin. 12.) ante Fabricium ita decrat, ut omissionis indicium extaret nullum.

L. 1. Ἑρμόλαος] «Vide Curtium VIII, 6. Arrianum IV, 2. Pag. 118. Fabricius. — Scilicet Hermolaus, quum Alexandri jussu verberatus esset, in regis caput conjurationem inivit; qua detecta diram coram Alexandro habuit invectivam, illius crudelem superbiam exagitans.

Ibid. ἢ τοῦτο μὲν] Male scriptum erat ἢ τ. μ.

L. 8. ἡ μία χελιδὼν· οὐ ποιεῖ τὸ ἔαρ] Apud Zenobium Cent. V, 12. E Suida Cent. X, 16. adagium traditur ita scriptum: Μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ. Tum inter Prov. Metr. sic occurrit v. 701: Μία χελιδὼν οὐκ ἔαρ μόνη ποιεῖ. in Erasmi Adagiis p. 321: *Una hirundo non facit ver.* In aperto est sententia. Non sufficit unum testimonium, sed pluribus opus est illi, qui viri boni laude vult frui.

L. 9. Καλλισθένη μὲν ἀπέκτεινε πικρῶς] Quod ab assentatoribus dissenserat adorandum Alexandrum censentibus. Praeter alios, quos Kusterus indicavit ad Suidam voc. Καλλισθένης T. II. p. 233., auctor est Curtius VIII. 5. et 8. sub fin., ubi legimus: *Callisthenes quoque tortus interiit* etc. Non igitur temere πικρῶς ab Juliano dicitur. Caeterum ad Curtium l. l. viri docti ostendunt, inter se dissentire scriptores de Callisthenis nece, quam tamen indignis modis esse patratam omnes conveniunt.

L. 9 *sq.* Κλεῖτος δὲ αὐτοῦ τῆς παροινίας ἔργον ἐγένετο] Cliti ob liberiorem inter pocula sermonem enarrant caedem Curtius VIII, 1. Justinus XII, 6. Rursus apud Julianum Alexandro scelus idem exprobratur Caes. p. 331, C. — Quod dicendi formam attinet, ea jam usus est *Noster* Orat. I. p. 17, C. scribens: τῆς Ἀλεξάνδρου στρατηγίας ἔργον γενόμενοι. quem ad locum Wyttenbachius (p. 176. ed. Schaefer.) locutionem notavit ἔργον γενέσθαι τινός, *ab aliquo confici, interfici*, tanquam usu scriptorum posterioris aetatis tritam.

L. 10. Φιλώτας τε καὶ Παρμενίων] A Curtio prioris caedes describitur l. VI. c. XI. sub fin., alterius l. VII. c. II. §. 27 sqq. Conjunctim utriusque memorat interitum Justinus l. XII. c. V. §. 3. Philotas, ex invidia reus conjurationis, obrutus est saxis;

ejus pater Parmenio, propter regni cupiditatem suspectus regi, obtruncatus est ferro.

L. 11. [*καὶ τὸ Παρμενίωνος παιδίον*]] Incommodis verbis uncos circumdedi, conjiciens illa *τὸ Παρμενίωνος παιδίον* esse scholion ad vocem *Φιλώτας* vel etiam *Ἕκτορα* pertinens, quod ab imperito librario textui fuerit illatum adjectaque copula *καὶ* verbis Juliani adaptatum. Certe non liquet, quisnam talibus verbis indicetur; quum praeter Philotam antea nominatum Hectoremque mox laudandum historiae scriptores nullum agnoscant Parmenionis filium, qui Alexandri culpa perierit. Totum locum mire perverterat Interpres, qui, ne pluribus utar, pro verbis *Φιλώτας τε καὶ Παρμενίων* ista posuit: *deliciae ejus Parmenio.*

L. 12. *Ἕκτορα*] Quem Parmenionis filium appellavit Curtius l. V. c. VIII. §. 7 sq. et e Nilo, quem forte inciderat, evasisse quidem, sed mox exanimatum esse tradidit. Differt aliquantum Juliani memoria. Hic enim Hectoris interitum Alexandro crimini dat, quum, auctore Curtio, causa obitus in Hectoris imprudentia cernatur, per quam in parvo navigio regem adsequi sit conatus, mersaque navi temeritatis poenas dederit.

L. 14. *παιδιὰς*] Aeque cruentum Neronis facinus *παιδιὰ* vocatur a Pseudo — Luciano Ner. c. 10. (T. IX. p. 302. ed. Bipont.) Male vertebatur in Juliano: *voluptates.*

L. 17. *ἔλαττον μετέχεις, ἢ τριχῶν ἰχθύες*] Proverbii speciem prae se ferens locutio, quam apud Adagiorum scriptores frustra quaesivi. Commode referretur ea loco Erasmi: *Impossibilia.*

L. 19. *Οὔ τοι*] «Homer. Iliad. V, 428.» Fabricius. — Verba sunt Jovis ad Venerem. Sequens autem versus, quem adscribere recusat Julianus, ita sonat:

Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.

Pag. 119. *L.* 2. *καὶ γὰρ εὔλογον*] Primo loco male vulgatum erat *κἄν*, quod proprio Marte correxi.

L. 6. *ἀνθ' ὅτου*] Perperam a Fabricio vertebatur: *vicissim*, ut p. 112. inf. Quare sententia puncto claudebatur, quod in signum interrogationis mutavi. Julianus iterum *ἀνθ' ὅτου* scripsit Orat. VI. p. 190, C. ubi pessime vulgatum est: *ἀνθ' ὅλου.*

L. 8 *sq.* *εἴ γὰρ, ὡς γράφεις, θαῤῥαλεώτατος*] E certa conjectura sic emendavi vulgatam scripturam: *εἰ γὰρ ὡς γράφεις θαῤ-*

ῥαλεώτατος. q. d. *siquidem, ut scribis, es audentissimus.* Restat apud Julianum εἰ mutandum in εἶ Ad Themist. p. 266, A.

L. 14. λοιδορεῖσθαι] Vitiose scriptum erat λοιδορῆσθαι.

L. 17. δακνομένου] Familiaris est Juliano metaphoricus verbi usus, cum aliquis vel dicto vel facto uritur. Praeter sequentem paginam, ubi occurrit ἐδεδήγμην, exempla prostant Orat. VIII. p. 242, B. p. 243, C. Ad S. P. Q. Athen p. 270, D. Caes. p. 318, D. Originem tropi Lucianus explicat, vel quisquis auctor sit Philopatridis, in quo scriptum est c. 27. (T. IX. p. 265. ed. Bipont.): ἐδήχθην γὰρ τοῖς παρὰ σοῦ λόγοις, ὡς ὑπὸ συνὸς λυττῶντος.

L. 19. αὐθάδην] Insolentior, puto, Accusativi forma pro αὐθάδη.

L. 2. ὅπερ] An εἴπερ? Pag. 120.

L. 4. τῆς γερουσίας μετέχων] A Tourleto carpitur interpres, qui nimis finite vocem expresserit, quae de *magistratura qualibet* accipi possit. Quum tamen adpareat e pag. sq. l. 7., Romae Dionysium habitasse, utique probabile mihi videtur, *Senatum* intelligi, quem alioqui γερουσίαν ad instar aliorum appellavit Julianus Orat. V. p. 159, D.

L. 8. ἐπιστολίῳ βραχεῖ] En indicium deperditarum litterularum, quas et initio praesentis Epistolae videtur in animo habuisse Julianus, ubi ait: *cum taceres.*

Ibid. ὡς δὲ ἐμμένοντα τοῖς αὐτοῖς] Istis in sequentibus nihil respondet. Haud dubie mutilatus est locus.

L. 9. ἐφώρατα] Corrupta vox. An ἐφώρασα, *deprehendi?*

L. 11. οὐδὲ γρὺ] Locutio proverbialis illustrata in Erasmi Adagiis p. 1726. tit. *Ne gry quidem:* quod postea caput exactiori lima castigavit H. Stephanus Animadvv. in Adagia Erasmi fol. 6. recto; ubi et Julianus excitatur scribens Ad S. P. Q. Athen. p. 273, B.]: οὔτε γρὺ μετέδωκεν αὐτῆς, *ex ea* (scil. haereditate) *mihi ne hilum quidem concessit.* Explicationi sufficiant Aelii Herodiani verba p. 436. (ed. Pierson.): Γρῦ· οὕτως ἔλεγον τὸν ὑπὸ τῷ ὄνυχι τοῦ δακτύλου ῥυπὸν, ἀπὸ δὲ τούτου καὶ πᾶν τὸ βραχύτατον. Caeterum a Suida vocc. Οὐδὲ γρὺ locus noster ex Juliano, missa quidem operis designatione, sic adfertur: Οὐδὲ γρὺ λόγων ἁψάμενος, ὅσα γε εἰκός ἐστι ταῖς ἐπιστολαῖς σου τεκμήρασθαι.

L. 12. Τὸ *γὰρ φροῦδον*] «Φροῦδον est potius *ἀφανὲς, ἐκποδὼν, ἄφαντον*. Vide Hesychium et Harpocrationem.» Fabricius. — Adjectivum *φροῦδος*, ut Atticum, simili modo redditur a Moeride p. 383. per *ἄφαντος, ἀφανής*. a Thoma Mag. p. 902. per *ἀφανής*.

L. 13 *sq. νῦν, ἐπὶ τὰς ἄλλας σου τῆς ἐπιστολῆς ἁμαρτίας. Οὐδεὶς ἂν ἐξελθεῖν*] «Leg. ex Baroc. *νῦν. ἐπεὶ τὰς ἄλλας σοῦ τῆς ἐπιστολῆς ἁμαρτίας οὐδεὶς* etc. Ac pro *ἐξελθεῖν*, forte *διεξελθεῖν*.» Petav. — Cum Spanhemio Fabricioque vulgatam retinui scripturam, quam et codices mei tenent. Malui scilicet in vitio relinquere locum, quam ex incerta conjectura corrigere. Verbum *διεξελθεῖν*, quod omni librorum praesidio caret, opportunitatis nomine parum commendatur; immanis enim hyperbole foret dicere, magno libro pertractari non posse peccata, quae in epistola scribenda commisisset aliquis. Quum igitur verbum a Petavio propositum adoptare noluerim, arcendum quoque fuit ut sententiis incommodum illud *ἐπεὶ*, quod praeter Barocciannm codicem exhibet MS. Fabricii. Solemnis duarum vocum confusio mendum peperit in Julian. Orat. V. p. 168, D. (p. 316. ed. Petav.) ubi vulgatur: *ἐπεὶ τούτοις Ἱλάρια*. Cum codice meo legendum est *ἐπὶ τούτοις*.

L. 14. *ἐν μακρῷ βιβλίῳ*] Sic e MS. Fabricius edidit, quum vulgatum esset *ἐν μακρῷ πάνυ κύκλῳ*, ut est in codd. meis. Placet emendatio, quum *κύκλῳ* vix aptum sit epitheton *μακρῷ*.

L. 16 *sq. ἐξ ἑτοίμου ** φηλοῖς ἥκοντας, ** οὐδὲ τοὺς ἐφεδρεύοντας*] Ita prorsus omnes exhibent Edd. Auxilium expectandum est ex integrioribus codicibus. Hactenus enim collati non solum imperfecti sunt, sed et ipsorum dissensu grave quoddam vulnus indicant. Fabricius adnotavit: «MS. *τοὺς ἐξ..... μου φύσει, οὐδὲ τοὺς ἐφεδρεύοντας.*» Meus codex uterque tenet: *τοὺς ἐξ ἑτοίμου φῆς ἥκοντας οὐδὲ τοὺς ἐφεδρεύοντας*. Quonam modo scriptum sit in Barocciano codice, non satis liquet ex hacce Petavii notula: «Barocc. *ἐξ ἑτοίμου φὴς ἥκοντας*. Ac subinde, *καὶ κατὰ τοῦτο τὸ δέον αἱρουμένους*: nihil ut desit.» Unde Spanhemius in margine simpliciter adposuit: «Baroc. *φὴς*.»

Pag. 121. *L.* 1. *καὶ δὴ τοῦτο τὸ δέον αἱρουμένους*] Sic omnes Edd. et cod. D. Sed cod. J. cum Barocc. et MS. a Fabricio laudato scribit *καὶ κατὰ τοῦτο* etc. Neutra scriptura locum expedit.

Ante Fabricium Epistola finiebatur voce *αἱρουμένους*, in qua codices mei pariter desinunt, insequente puncto majori nulloque mutilationis indicio. Defectum Editorum acumen minime fugisse, colligitur ex asteriscis in Versione subjectis voci *colunt*.

L. 2. *τούτους δεῖν, ἀλλὰ*] His igitur verbis, quae sic *ἀμέσως* antecedentibus annexuit Fabricius, ultimum incipit supplementorum ab illo procuratorum. Inconcinna est sententia, cui medeantur melioribus instructi codicibus.

L. 3. *δεόμενος*] Isti verbo apud Fabricium adhaeret signum *a)*, cui tamen in margine nihil respondet. Facile conjicitur, huic loco virum doctum aliquid, forsitan e MS., adnotare voluisse, sed festinantem oblitum esse propositi.

L. 14. *τῶν ἔμπροσθέν σου βεβιωμένων*] Pro *σου* legendum suspicor *σοι*, quod ad *βεβιωμένων* relatum sententiam efficeret: *vitam tuam ante actam indignantur;* nimirum commate verbis nostris praemisso, et ad *ἄχθονται* subintellecto *ἕνεκα*. Quae constructio verbi *βιόω* non infrequens est, e. g. Julian. Orat. V. fin. *τῶν ἐμοὶ βεβιωμένων*. Demosth. Adv. Androt. p. 428, C: (ed. Wolf.) *οἷα σοι βεβίωται*. et *οἷα τούτῳ βεβίωται*.

L. 15. *Οὔκουν*] Sic emendavi vulgatum *οὐκοῦν*.

EPISTOLA LX.

«Hanc et sequentem Epistolam sua manu descriptas suppeditavit Patricius Junius, bibliothecae Londinensis custos; ex codice Barocciano, qui nunc Oxonii servatur.» Petav. — In codicibus meis id opusculum desideratur. Quod aegre fero, quoniam haud pauca insunt corrupta.

L. 5. *Ἰαμβλίχῳ.*] Similis est inscriptio, nec absimile argumentum Epistolae LIII. Utrum genuinae sint, an suppositiae, dijudices collatis Observationibus ad Ep. XXXIV. p. 308 sq. Pag. 122.

L. 6. *Ἦλθες, καὶ ἐποίησας·*] An verba sunt proverbialia? Cum ignarissimis ignoro.

L. 7. *μὰ ἐμὰν ἂν δ' ἐφύλαξας, ἐμὰν φρένα*] Merito Petavius in margine notaverat: *Haec mendosa sunt.* Omisit notulam Spanhemius; qui tamen hoc solum immutavit, ut *ἐμὰν ἂν δ' ἐφύλαξας* exhiberet, ubi *ἔμαν ἂν δὲ φύλαξας* erat vulgatum. Congruit quidem *ἂν* cum dialecto Dorica, qua vicinis locis *ἐμὰν*

effertur; illa tamen dialectus non est Juliani. Mancus esse videtur locus, in quo nullus adest verborum concentus. Clarissimus quidem Boissonade per litteras mihi significavit, bonam extare hunc in locum emendationem P. Wesselingii in *Observationibus* p. 277. ἐφύλαξας in ἔφλεξας mutantis. Quum autem is liber ad manus mihi non esset, nec unius verbi mutatio periodum sanaret, antiquam lectionem convellere nolui, tutissimum judicans aliorum operae locum commendare, communicato quidem doctissimi viri indicio.

L. 8. *οὔκουν*] Aperta est negatio. Quare Petavii scripturam Spanhemianae praetuli, quae repraesentat *οὐκοῦν*.

L. 9. *τῇ ψυχῇ θεωρῷ*] Conf. Obss. ad Ep. LXXV.

L. 13. *γράμματα κομίσας ἑταῖρος*] Julianus de iisdem cogitasse videtur Jamblichi litteris, quas in Ep. XL. p. 72. med. sibi pervenisse testatus est, et quidem per Sopatrum adlatas. Ibi enim de universa re similem animi affectum patefecit, adeoque verbis usus est *ἀναπηδήσας ἦξα*, quae in fine hujus periodi leguntur. Itaque Sopatrum innueret nomen ἑταῖρος: quod alioquin a *Nostro* frequentari notatum est ad Ep. LXVI. extr.

L. 18. *ἀναπηδήσας ἦξα*] Petavius ediderat ἦξα cum nota marginali: « Leg. ἦιξα. » unde, puto, Spanhemius ἦϊξα vulgavit. Equidem non dubitavi scripturam alteri conformare loco Ep. XL. p. 72. med., ubi cod. et Edd. *ἀναπηδήσας ἦξα* tenent.

Ibid. *πρὶν ὅτι δέοι παρεῖναι*] Sic utraque Editio. Recte Petavius vitium suspicatus est in margine conjiciens: « *for.* ὅ,τι. » quam notulam temere Spanhemius omisit.

Pag. 123. *L.* 6. *τὸν φίλτατον, ὡς φῂς, ἂν ἐμὸν*] Mendosa haud dubie scriptura, quam ex Ed. Spanh. expressi. Antea pro *ἐμὸν* vulgabatur *ἐμὲ*, positisque in Versione asteriscis innuebatur vulnus. Quid sibi velit *ἄν*, in obscuro manet. Num pro *ἂν ἐμὸν* scribendum *ἄνεμον*? quod vix respueret sophisticus fucus.

L. 9. *οἱονεὶ πτηνοῦ δίκην*] Ita passim Julianus, e. g. Epp. XIX. p. 27: *οἱονεὶ μολίβδου δίκην*. XXIV. p. 36: *οἱονεὶ καλύκων δίκην*.

L. 9 *sq.* *οὐρίῳ τε καὶ πομπίμῳ πνεύματι*] Genus dicendi proverbiale. Scriptum est inter Proverbia Metrica vs. 1329: Οὐρίῳ φέρεσθαι πνεύματι. nec sententia differt alterum hoc in Erasmi Adagiis p. 276: Ἐξ *οὐρίας πλεῖν*, i. e. *vento prospero*

navigare, cujus flatus a puppi in velum recta tendit. In his quidem abest adjectivum πόμπιμος, quod non magis apud Lucianum occurrit scribentem in Nav. S. Vot. c. 13. (T. VIII. p. 166. ed. Bipont.): εὖ φερόμενον τὸ σκάφος ῥοίῳ τῆς εὐχῆς τῷ πνεύματι.

L. 12. πῶς ἃ πρῶτον πρὸς τὴν ἐπιστολὴν ἔπαθον] Pro ἃ scriptum erat in utraque Editione ἂν, cui Petavius in margine adnotavit: *Deest ἃ vel ὅ.* Praesenti tamen loco non ferretur ἄν, quod sequenti versu commode junctum reperitur verbo εἴποιμι. Quare non adjecimus illud a Petavio desideratum ἃ, sed id ipsum e vulgato formavimus ἂν, quae incommoda particula videtur in hunc locum ex inferioribus ascendisse verbis πῶς ἂν ἀρκούντως.

L. 14. ποσάκις ἀνέδραμον] Obtemperavi Petavio, qui hunc in modum corrigi jussit ab ipso vulgatam scripturam ἂν ἔδραμον. Immerito Spanhemius, vel omissa Petavii notula marginali, veterem servavit lectionem. Particulae ἂν hic non magis erat locus, quam in vicino versu, quo recte scriptum est ποσάκις ἔδεισα.

L. 17. ἀνέλκων] Desideratur in hac periodo verbum finitum. Quare Petavius in margine conjecit: «*f.* ἀνεῖλκον.» Manum abstinui cum Spanhemio, qui male tamen omisit antecessoris conjecturam adponere. Corrigant, quibus copiam fecerint codices.

L. 2. τὰ ἑξῆς τούτων] Cogitatione supplentur verba superiora πῶς εἴποιμ' ἂν; vel illa πῶς καταμηνύσαιμι; Pag. 124.

L. 6. σεσήμαντο] Pluralem utraque Editio tenet, ubi Singularem expectabam.

L. 7. ἐπέβαλον τοῖς ὀφθαλμοῖς] Id quod προσῆγον τοῖς ὀφθαλμοῖς Ep. XL. p. 72. Conjiciat aliquis ὑπέβαλον. sed non damnanda videtur vulgata scriptura. Similiter Lucianus Tox. c. 20. (T. VI. p. 81. ed. Bipont.): ἐπ' ὀφθαλμῶν λάβε, h. e. *intuere.*

Ibid. τῆς ἱερᾶς ἐκείνης δεξιᾶς] Mox: τὴν ἱερὰν ἐκείνην ἑστίαν. In quibus Juliani morem agnoscimus, qui rebus aeque ac hominibus exornandis epitheton tribuit ἱερός. Exempla habes Ep. VIII. initio: τῆς ἱερᾶς σου ψυχῆς. XXXVII. p. 64: παίδων ἱερῶν μητέρα. LVI. initio: τῆς ἱερᾶς μουσικῆς. ne jam

altera laudetur ad Jamblichum Epistola XL. ubi est: *ἱερὸν γράμμα* p. 71. *τὸν ἱερὸν Σώπατρον* p. 72. Itaque firmari videtur opusculi sinceritas. Jam tamen ante Julianum apud sophistas eadem viguit consuetudo dicendi. Testis sit unicus Lucianus irridendi causa scribens Amor. c. 24. (T. V. p. 285. ed. Bipont.): *τὸν ἱερὸν Πλάτωνα.* qui rursus intelligitur Ibid. c. 31. ubi legitur: *ὥςπερ ὁ ἱερὸς εἶπεν ἀνήρ.* Idem scriptor in Philopseud. c. 29. (T. VII. p. 280. ed. Bipont.) philosophum quendam memorat *τὸν ἀοίδιμον ἐπὶ τῇ σοφίᾳ, τὸν ἱερὸν ἐπονομαζόμενον.*

L. 9. *ἡ καλὴ Σαπφὼ*] Itidem Ep. XXX. p. 51. Rursus *Σαπφὼ ἡ καλὴ* Ep. XIX. p. 27. Hunc ex Juliano locum inter Sapphus fragmenta Volgerus attulit sub numero CXI. docuitque, similia Sapphus verba hoc loco servari Maximi Tyrii Diss. XXIV. p. 297. (ed. Markl.): *τὸν Ἴωκα χαίρειν φησὶν Σωκράτης.* (apud Platonem Jon. T. IV. p. 178. ed. Bipont.),

Πολλά μοι τὰν Πολυάνακτος παῖδα
Χαίρειν,

Σαπφὼ λέγει. Minime video equidem, cur celebrata sit levissima sententia, quae ne verborum quidem delectu insignis est, ni forte mirabile sit ac delectabile illud *πολλά.* Caeteroqui similia scripsit Euripides Phoen. vs. 627. (ed. Brunck.) ubi est: Μῆτερ, ἀλλά μοι σὺ χαῖρε.

L. 12. *ἡμᾶς γε οὐκ ἐπιλείψει χρόνος*] Petavius in margine notavit: «*Vox ἐπιλείψει suspecta.*» Nulla tamen aptior est, quum scriptorum usu consecrata sit formula dicendi: *ἐπιλείψει με ὁ χρόνος* vel *ἡ ἡμέρα.* cujus exempla congessit Wyttenbachius (p. 201. ed. Schaefer.) ad ista Juliani verba Orat. I. p. 34, B: *Ἐπιλείψει με τἀκείνου διηγούμενον ὁ χρόνος.* Ibi praeter locum nostrum addi poterat ex Juliano Orat. I. p. 41, A: *ἐπιλείψει με τούτων ἕκαστον ὁ χρόνος διηγούμενον.* et ex incerto scriptore Suidas voc.: *Ἐπιλείψει με* T. I. p. 819: *ἐπιλείψει με διηγούμενον ἡμέρα.*

L. 13 *sq.* *ἀλλήλων δέ ποθι Ζεὺς δοίη ἱκέσθαι ἐς πατρίδα γαῖαν*] Recte notatur in Petaviano margine: *Deest aliquid, quod ἀλλήλων voci respondeat.* Secus tamen sensisse videtur Spanhemius, ubi, neglecta Petavii notula, punctum majus ante verba nostra ponebat, quae quidem antecedentibus adhaerebant. Id tamen non sufficit explanando loco, qui sine

codicum beneficio vix sanabitur. Interea duplex animadvertimus Homericae vestigium imitationis. Primum enim verba ποθι Ζεὺς δοίη similia sunt istorum Iliad. I, 129: — — αἴ κε ποθι Ζεὺς Δῶσι: VII, 526: αἴ κε πόθι Ζεὺς Δῴη. quam alioquin optandi formulam Julianus plus minusve inflexam frequentat, v. g. Ad Themist. p. 266, D: διδοίη δὲ ὁ Θεός. Ad S. P. Q. Athen. p. 275, C: ὁ Θεὸς δοίη. Orat. IV. p. 157, B: δοίη. scilicet ὁ Θεός. Ibid. C: δοίη δ' ὁ μέγας Ἥλιος. neque dubium mihi videtur, quin δοίη ὁ δαίμων legendum sit Orat. VIII. p. 242, D. ubi Spanhemius οἶδεν ὁ δαίμων expressit, quum in Cod. Petav. ad instar mei codicis hiulce scriptum esset δοί δαίμων. Quod porro loci nostri partem alteram attinet verbis contentam ἱκέσθαι ἐς πατρίδα γαῖαν, in ea usurpationem vernimus Odysseae V, 15. ubi occurrit πατρίδα γαῖαν ἱκέσθαι. Caeteroqui formulam ἐς πατρίδα γαῖαν Homerus frequentat, v. c. Iliad. I, 27. II, 140.

L. 2. ἐνεγκεῖν ἣν βούλομαι] Subintellige ψῆφον. quam vocem Julianus modo expressit, ut Ep. XXXV. p. 61. ubi est: ταύτην τὴν ψῆφον ἐξενεγκεῖν. modo cum verbo τίθημι junxit, v. g. Caes. p. 318, A: τίθεσθαι δὲ τοὺς Θεοὺς τὴν ψῆφον. quem locum ut plenae locutionis exemplum attulit L. Bos in Ellips. Gr. p. 392. (ed. Schaefer.) ubi addi poterant ex eodem opusculo p. 329, D: ὅτῳ θήσονται τὴν ὑπὲρ τῶν πρωτείων οἱ Θεοὶ ψῆφον. p. 335, C: ἔφερον οἱ Θεοὶ λάθρα τὰς ψήφους. Pag. 125.

E. 4. προσφεροίμην] Bene sic edidit Spanhemius e marginali forsan conjectura proficiens Petavii, qui προφεροίμην vulgaverat. Ut antecedenti verbo συνείην, ita huic subauditur τοί. Est autem, ut aliis auctoribus, ita *Nostro* familiare genus dicendi προσφέρεσθαι τινί, *versari cum aliquo.* Sic Orat. II. p. 94, B. Ad S. P. Q. Athen. p. 281, C. Misopog. p. 343, A.

L. 5. ὥσπερ οὖς οἱ μῦθοι διφυεῖς ἀνθρώπους πλάττουσιν ·] Biformes in veterum libris memorantur complures, v. c. Cecrops, Centauri, Minotaurus. Quum tamen iis pars corporum tributa sit bestiarum, aliud quodpiam commentum intelligi arbitror, e quo duorum hominum species in una forma fingebatur. Sententiam illustrat quodammodo Lucianus pariter in amicitiae laude versans Tox. c. 62. (T. VI. p. 128. ed. Bipont.), ubi Mnesippus amicitiam cum Toxari jungens verbis utitur hujus-

modi: *ἀντὶ μιᾶς γλώττης καὶ μιᾶς δεξιᾶς, δύο ἑκάτεροι ἐπικτησάμενοι, καὶ προσέτι γε, καὶ ὀφθαλμοὺς τέτταρας καὶ πόδας τέτταρας καί ὅλως διπλᾶ πάντα.* quae Gesnerus (in Annott. Ib. p. 464.) hausta esse censet e Xenophonte Mem. Socr. II, 4, 7. Adposite ad Juliani mentem pergit Lucianus: *τοιοῦτόν τι γάρ ἐστι συνελθόντες δύο ἢ τρεῖς φίλοι, ὁποῖον τὸν Γηρυόνην οἱ γραφεῖς ἐνδείκνυνται, ἄνθρωπον ἑξάχειρα καὶ τρικέφαλον.* Talis ab Juliano diceretur *τριφυής*.

EPISTOLA LXI.

Haec Epistola, quam e codice Barocciano vulgatam esse Petavius antecedenti praemonuit, in meo reperitur codice M.

L. 12. *Τῷ αὐτῷ.*] Sic Edd., quibus non repugnat codex meus inscribens: *Ἰουλιανὸς αὐτοκράτωρ Ἰαμβλίχῳ φιλοσόφῳ.* Existimavi quidem ad Ep. XXXIV. p. 509., cūnctas ad Jamblichum epistolas a privato adhuc Juliano datas esse; haec tamen, quae caeteroquin argumenti gravitate reliquis antecellit, a Caesare saltem scripta censeri debet, quum in ea de belli laboribus memoratum sit. Cui sententiae non obstat adjectum in codice nomen *αὐτοκράτωρ*. Id enim temere fuerit a librario positum; qui quidem Epistolae XL. absque dignitatis cognomento inscripsit: *Ἰουλιανὸς Ἰαμβλίχῳ*.

L. 14. *ἀνιαροῖς συννενέχθην*] Inverso ordine codex meus tenet *σ. ά.*

Ibid. *ἀλλὰ γὰρ καὶ*] Codex caret particula *γὰρ*, cui vis inest ratiocinationis, ut aequivaleat *scilicet*.

L. 15. *τὸν τοσοῦτον*] E codice articulum adjeci.

L. 16. *τύχαις*] Ita cod. cum Edd. Nullius est pretii, quod in margine Petavii legitur: «*γρ. νόσοις.*» Auctor paulo inferius *νόσων κινδύνους* allegat, ita ut hic locus mentione *νόσων* facile careat.

Pag. 126. *L.* 1. *μηδὲν ἀπείρατον καταλιπεῖν*] Pessime vulgatum erat *μὴ*, pro quo codex meus ad instar Petavii conjecturae *μηδὲν* obtulit.

L. 2. *πολιορκίας*] Ed. Spanh. *πολοιρκίας*. e lapsu typothetae.

L. 4. *τὰς ἐκ Παννονίας*] Vitiose *τὰ* scriptum est in codice meo.

L. 4 *sq.* *τὸν Καλχηδόνιον πορθμὸν*] Primus Editor *Καλχηδόνα* vulgavit cum notula marginali: «*f.* *Καλχηδόνος.*» quam deinde scripturam adoptavit Spanhemius. Codex meus male quidem *Καρχηδόνιον* exhibet, i. e. *Carthaginiensem;* sed inde genovi scribendum esse sicut optimorum librorum auctoritate scripsi Ep. XL. p. 71.

L. 6 *sq.* *οὐδὲν οὕτω λυπηρὸν, οὐδὲ δυσχερὲς ἐμαυτῷ συμβεβηκέναι φαίην ἄν, ἢ ὅτι σε τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγαθὸν*] Haec verba, quae sic in utraque leguntur Editione, breviorem in hunc modum redigit codex: *οὐδὲν οὕτω δυσχερὲς ἡγησάμην. τὸ γὰρ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων ἀγαθὸν* etc.

L. 7 *sq.* *ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον*] Edd. *ἐπὶ τοσούτῳ χρόνῳ.* Praetuli codicis scripturam. Initio legitur sine praepositione: *τὸν τοσοῦτον χρόνον.* Probe autem cum Accusativo jungitur *ἐπὶ*, quando temporis duratio significatur. Praeter alios Julianus Epp. XXX. fin. *ἐπὶ μήκιστον.* XXXIV. p. 56: *ἐπὶ μήκιστον χρόνον.* Plura dabit exempla Hoogeveen ad Vigerum De Idiot. p. 608 sq. (ed. Zeune).

L. 8. *ἀπολιπὸν*] Edd. *ἀπολείπων.* quod ratione temporis incommodum erat. Codicis scriptura, quam adoptavi, refertur ad *τὸ ἀγαθὸν*, neque igitur Julianum, sed Jamblichum indicat.

L. 8 *sq.* *ἀχλύν τινα τοῖς ἐμοῖς ὀφθαλμοῖς*] Homerica locutio; v. c. Iliad V, 127: *Ἀχλὺν δ' αὖ τοι ἀπ' ὀφθαλμῶν ἔλον.* Odyss. XXII, 88: — — *κατ' ὀφθαλμῶν ἔχυτ' ἀχλύς.* Hujusmodi loca rursus spectavit Julianus scribens Fragm. p. 295, D: *τὴν ἐπικειμένην αὐτοῖς* (scil. *ὄμμασιν*) *ἀχλύν.* Ubi Lucianus idem poetae dictum usurpavit Icarom. c. 14 init. (T. VII. p. 20 ed. Bipont.), alios quosdam imitatores Homeri notavit interpres in Annott. Ib. p. 382.

L. 9. *ἔτι*] Deest id adverbium in codice meo.

L. 10. *ἀὴρ εὔδιος*] Sic utraque Editio. Codex meus a prima manu scriptum exhibet *ἀὴρ εὐ ος ἡδίων.*

L. 12. *ἄγαλμα*] Solemnis est Platonicis metaphora, per quam illo nomine vir appellatur quibusvis meritis clarus. Exempla dabit Ruhnkenius ad ipsam hanc Timaei vocem. Similimae palpandi formulae notantur ad Ep. XXXIV. p. 319.

L. 14. *ἀνελπίστως ὀφθεὶς*] Paulo secus Julianus Ad S. P. Q. Athen. p. 285, C: *ἐξ ἀνελπίστων ὀφθέντας.*

L. 15. *δι' ὅσων ἦλθον κινδύνων*] Ita Edd. Codex meus: *δι' ὅσων κινδύνων ἦλθον.*

Ibid. *ἐπ' ἀγκύρας ἱερᾶς ὁρμιζόμενος*] Dicebatur *ἄγκυρα ἱερὰ* omnium ancorarum maxima, quae summis demum periculis in mare jaciebatur; unde scriptores illam sensu metaphorico frequentant, sive ad extrema praesidia confugi significent, sive firmitatem inconcussam pingant. Vid. Proverbia Graecorum E Vatic. Append. Centuria II, 18. IV, 21. E Suid. Centuria XIV, 50. Postremo loco Schottus auctorum exempla consignavit, quae quidem augentur in Erasmi Adagiis p. 560. tit. *Sacram ancoram solvere.* Juliani locus ex adjecto *ὁρμιζόμενος* ostendere videtur, etiam in portu sacram ancoram esse jactam, cujus usus in alto tantum mari furentibusque procellis ab Adagiorum scriptoribus indicatur.

L. 16. *παραψυχὴν τῶν ἀλγεινῶν εὕρωμαι*] Codex: *τῶν ἀλγεινῶν παραψυχὴν εὕροιμι.* Postremum incommode.

L. 18. *καθιστὰς, διανείμῃ*] Cod. *καθιστῶν, διανέμῃ.*

Pag. 127. *L.* 1. *ἐν τῇ κοινωνίᾳ τοῦ λόγου*] Pro vulgato *πάθους*, quod e superiori versu descendisse videtur, optime codex meus dedit *λόγου*.

L. 2. *καὶ γὰρ οὐ παύσομαι*] Sic e codice scripsi, quum pro *γὰρ* vulgatum esset *γράφων*. unde sententia proxime sequens fere superflua reddebatur.

L. 3. *ἀπολείψεως*] Codex articulum praeponit *τῆς.*

L. 3 *sq.* *ἐν τῷ τῶν γραμμάτων θεραπεύων συνθήματι*] Obscure sic vertebatur: *epistolarum illa veluti tessera compensare.* Mihi quidem *tessera* hujus loci non esse videtur; quare *σύνθημα* tali rursus accepi sensu, qualem declaravi ad Ep. XV. p. 225.

L. 6 *sq.* *Σὺ δὲ δέχοιο μὲν εὐμενῶς τὰ παρ' ἡμῶν, καὶ παρέχοις δὲ*] Cod. *σὺ δὲ δέχοιο τὰ παρ' ἡμῶν εὐμενῶς, παρέχοις δὲ* etc.

L. 8. *σημάνῃς καλὸν ἢ γράψῃς*] Ita cum codice meo scripsi, quum in Edd. *σημαίνῃς* et *γράφῃς* legeretur. Vide, ne verba *ἢ γρ.* pro scholio sint habenda verbi *σημάνῃς.*

Ibid. *Ἑρμοῦ λογίου*] Cujus discipulum appellavit eundem Jamblichum Ep. XL. fin. De frequenti apud Julianum illius dei mentione vid. Obss. ad. Ep. XXXIV. p. 319.

L. 9. *τῆς Ἀσκληπιοῦ χειρὸς*] Idem Jamblichus cum Aesculapio collatus est Ep. XXXIV. p. 56. ubi dicitur *Ἀσκληπιοῦ χεῖρα*

παντα χοῦ ζηλῶν. Aptius talia praecedentem exornassent Epistolam, ubi de febri memoratur per Jamblichi litteras pulsa.

Ibid. *παρ' ἡμῶν*] Codex meus: *παρ' ἡμῖν.*

EPISTOLA LXII.

Initio positi asterisci, quas utraque tenet Editio, defectuosum esse scriptum satis indicant: quare supersedi cum Spanhemio inscribere: *Fragmentum Epistolae.* Primus Editor sic inscripserat: *Fragmentum Epistolae nondum editae;* cujus fontem esse codicem Baroccianum in Praefatione docuit. Equidem in codice A. monumentum idem inveni, sed nec auctius, nec imperfectius, quam in Edd. offenderam. Desideratur Epistolae pars prior, quae cum in codice duabus repraesentetur vacuis paginis, ejusdem fere longitudinis fuisse videtur, ac posterior pars, quae superest. Mutilationis causam in eo fuisse conjicio, quod circa religiones liberius disputatum erat, quam ut dicta propagare voluerint christiani librarii.

Si quis objecturus sit, hasce reliquias in editionis calce caeteris adponi debuisse Fragmentis Epistolarum, is jure suo gaudeat; equidem ob unum id opusculum turbari pristinum ordinem nolui, ne quis in evolvendo turbaretur.

Quae per has litteras de honore inculcantur sacerdotibus debito, convenientissima sunt cum illis, quae in universum de sacerdotum dignitate Julianus exposuit in Fragmento Orationis Epistolaeve cujusdam Opp. p. 288 seqq. inprimis p. 296, B.

L. 15. *Τουθ' ὅπερ ὑπάρχει τοῖς ξύλοις*] Initiali littera codex utitur minuscula, quum Edd. majusculam exhibeant. — Jam in hoc initio similitudo quaedam adparet cum Fragm. p. 297, A. ubi pariter ex inanimata re petitur argumentum, quo commendetur erga sacerdotes reverentia. Quaerit enim, an consentaneum sit, ararum despici ministros, quum ipsos *lapides* honoremus, e quibus fabricatae sunt arae.

Ibid. *ἀνθρώποις;*] Codex hanc agnoscit interpunctionem Spanhemii, ante quem per punctum minus distinguebatur. Scite tamen in margine monuerat Petavius: *Haec per interrogationem legenda sunt.*

Pag. 128. *L.* 1. *τῆς λειτουργίας αὐτὸν εἰρξαντες*] Male codex *αὐτῆς*. Totam hanc sententiam aliis quidem verbis expressam habes in Fragm. p. 297, A.

L. 6. *ἦν περ ἠκίσω*] Primo loco perperam est *ἦν* in Ed. Spanh. Aeque male Petavius *ἠκίσω* dedit absque jota subscripta. Codex utroque loco rectum tenet.

L. 7. *ᾧ καὶ Θώκων ἐχρῆν ἐξανίστασθαι*] Optimorum et scriptorum locutio *Θώκων* sive *Θάκων ἐξανίστασθαι* vel *ὑπανίστασθαι τινὶ*, cujus exempla collegit Boissonade ad Philostr. Her. p. 563. ubi Scholiasta *Θάκων* explicuit per *Θρόνων*. Simpliciter *ἐξανίστασθαι*, h. e. *honoris causa surgere*, dixit Julianus Caes. p 308, B. ubi tamen ex antecedentibus *Θρόνων* facile subintelligitur: *ὑπεξανίστασθαι* habet Lucianus Conv. S. Lap. c. 7. (T. IX. p. 51. ed. Bipont.)

Ibid. *τὸ αἰσχρὸν ἁπάντων*] Ad Genitivum supplendum est *ἕνεκα*, sicut in Juliano passim, e. g. Ep. XVIII. p. 25: *ἐκεῖνον μὲν, εἰ καὶ τῆς τέχνης ἐπαινῶ, τῆς γνώμης οὐκ ἄγαμαι.* Orat. II. p. 50, D: *τὸν Πιττακὸν ἐπαινῶν τοῦ λόγου.* Misopog. p. 346, D: *μακαρίζω μὲν ὑμᾶς τῆς εὐδαιμονίας.* Interpres male posuerat: *Est id ex omnibus longe turpissimum.*

L. 10. *λάθρα καὶ ἐν τῷ οἴκῳ*] Similiter in Misopog. p. 343, B: *οἴκοι καὶ λάθρα.*

L. 11. *διά σε τέτυπται δὲ ὁ ἱερεύς.*] Spanhemii secutus sum interpunctionem, quam et codex tuetur. Petavius nullo quidem signo verba haec ab antecedentibus sejunxerat; in Versione autem, quam immerito servavit Spanhemius, perinde locum expresserat, ac si distinctionis signum post *διά σε* agnovisset. Sic enim hactenus vertebatur: *idque ut non publice propter me, at clanculum domique per te impune faciunt. Interim Sacerdos vapulat.* Haec autem ratio quantumvis speciosa sit propter oppositionem, quae inter verba *δι' ἐμὲ* et *διά σε* adesse debere videtur, neutiquam admitti poterat. Nam *διά σε* non valet *per te;* nec in graeco textu reperiuntur verba *impune faciunt.*

Ibid. *οὐ γὰρ ἂν ἦλθεν*] In codice deest particula potentialis.

L. 12. *ὁ παρ ὑμῖν ἀρχιερεὺς*] De quonam loco viroque cogitetur, aeque obscurum est. In extantibus Juliani scriptis omnino duo nominantur *ἀρχιερεῖς*, quorum alteri inscribitur Epistola XLIX. alteri Epistola LXIII.

Ibid. *νὴ Δία*] Codex: *μὰ Δία.*

L. 13. *τοῦ Διδυμαίου δεσπότου*] Didymaeum cognominatum fuisse Apollinem est pervulgatum. Oraculum, quod Didymis erat, una cum causa denominationis ab Luciano memoratur de Astrol. c. 23. (T. V. p. 227. ed. Bipont.) verbis hujusmodi: *ἐν Διδύμοις δὲ μαντεῖον τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐμοὶ δοκέει, καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἠρίων Διδύμων ὀνομάζεται.* Julianus iterum Fragm. p. 297, C. *Θεοῦ τοῦ Διδυμαίου* meminit, propter quem ibi Petavius Parte II. p. 303. ablegavit ad Strabonem [lib. IV.], Plinium Hist. Nat. V, 29. med., ubi plura dant Interpp.] nec non Lucianum libro laudato.

Quod locus noster adjicit *δεσπότου*, pro quo vitiose *δεσπότου* tenet Ed. Spanh., id ex more fit Juliani alios quoque deos ita nuncupantis, e. g. Orat. V. p. 174, C: *τοῖς δεσπόταις Θεοῖς.* Apud Cyrill. lib. VI. p. 198, C: *φιλάνθρωπος ἡμῶν δεσπότης καὶ πατὴρ Ζεύς.* Caes. p. 311, C: *τῷ δεσπότῃ Διΐ.* p. 314, A: *Ἥλιος δὲ, ὁ ἐμὸς δεσπότης.* Orat. VII. p. 222, B: *τὸν ἐμὸν δεσπότην Ἥλιον.* Ep. LIX. p. 117: *τῆς δεσποίνης Ἀδραστείας.* Solem et ab aliis auctoribus illo nomine donari Spanhemius ostendit in gallica Caesarum Juliani versione p. 54. (*Preuves les Remarques*). Haud igitur certissima est Valckenarii sententia negantis ad Eurip. Hippol. vs. 88, a Graecis deos esse libenter *δεσπότας* appellatos.

L. 14. *ἐπάκουσον*] Sic Edd. Codex *μετάκουσον* habet, quod verbum a Lexicis abest. Ex analogia valeret: *audi vicissim*, vel *audi pro illis Homericis.*

L. 17. *Ὅσσοι ἐς ἀρητῆρας ἀτασθαλίῃσι*] Cod. *ἀτασθαλίοισι.* Versus isti sine ullo scripturae discrimine rursus adferuntur in fragm. p. 297, C. D., ubi pariter oraculum esse dicuntur *Θεοῦ οὗ Διδυμαίου.* Num et alibi legantur ignoro.

L. 5. *τοὺς ὑβρίζοντας*] In Ed. Spanh. desideratur articulus, quem bene codex tenet cum Ed. Petav. Pag. 129.

L. 6. *εἶναι* [*φησὶ*] *τοῖς Θεοῖς*] Ita [*φησὶ*] Spanhemius inseruit, quum in margine monuisset Petavius: «*Deest verbum.*» Deest et in codice meo.

L. 7. *τυπτήσας*] Haec verbi forma non redit in Juliano. Futurum quidem *τυπτήσειν* ut Atticum notavit Moeris p. 77; *τυπτήσει*, Thomas Mag. p. 860.

Ibid. ἱερόσυλος ἂν εἴη] Codex apte dedit εἰη, pro quo perperam ἔτι legitur in Edd.

L. 8. μέγας ἀρχιερεὺς] Rursus in Fragm. p. 298, D. et in Misopog. p. 362, B. Julianus de hac ipsius dignitate memoravit, qua maxime delectabatur, si fides habenda Libanio Orat. Paneg. Jul. Imp. Cos. T. II. p. 245, B. C. (ed. Morell.) Gregorio Nazianzeno Adv. Jul. Orat. IV. p. 121. (ed. Bill.) Quod additur κατὰ μὲν τὰ πάτρια, minus bene vertebatur: *patriorum sacrorum:* est usitata scriptoribus locutio, v. c. Julian. Orat. V. p. 159, D. Epictet. Ench. c. 31. Constat, munus Pontificis Maximi jam ab initio Romani Imperii fuisse junctum cum Augusti dignitate. Quo de ritu praestantissima legitur Dissertatio *De la Bastii* in Mem. Acad. Hist. T. XV. sub titulo: *Sur le souverain Pontificat des Empereurs Romains.*

L. 10. μηδὲν ἐνοχλεῖν] Ita rursus Orat. I. p. 46, C. Ea vero constructio verbi cum Accusativo rei tam fere rara videtur esse, quam frequens est ejusdem verbi usus cum casu personae, τινὶ non magis quam τινά. Dubitari tamen nequit, quin ἐνοχλεῖν τι, quod proprie *molestare rem* sonat, sententiam habeat: *intempestive* vel *praeter debitum rem tractare.*

L. 11. φανείης ἄξιος] Commode sic Spanhemius explevit lacunam, quae hoc modo significabatur apud Petavium, φαν * ἄξιος, adposita conjectura: «*f.* φανείης.» Emendationi favet codex meus, in quo cum tanto fere hiatu, quantum explerent quatuor litterae, scriptum est φαν ἄξιος. Occasione data monebo, fide codicis mei scribendum esse φανείης Orat. VIII. p. 252, C. ubi male vulgatur: πᾶσι δὲ φανεὶς φίλος.

L. 15. ἔμοι γε φαίνεται καλῶς] Hanc scripturam Spanhemius induxit, quum Petavius in margine conjecisset: «*f.* φαίνεται.» Ediderat autem Petavius hiulce φα * * καλῶς. unde parum discrepat codicis mei scriptura φ καλως. Congruit integrata lectio cum *Nostri* dicendi more, cui familiaris est formula ἔμοι γε φαίνεται, v. c. Oratt. I. p. 19, D. IV. p. 141, C. Ad Themist. p. 260, C.

L. 16 *sq.* εὐχῶν εἶναι διακόνους ἡμᾶς. Ὅθεν, οἶμαι,] Ad Infinitivum εἶναι supplendum puto δεῖ. quod verbum in variis scriptoribus aliquando subintelligi constat. Dicit Julianus, deprecationem (h. e. εὐχὰς) Pontificis Maximi officium potius

esse, quam imprecationem (h. e. ἀράς). Cujus interpretationis copiam nobis fecit codicis scriptura ἡμᾶς, pro qua tenent Edd. ἡμῶν. unde sententia fiebat inextricabilis, quae molestias Editoribus creavit. Videlicet Petavius, defectum suspicatus, post vitiosum illud ἡμῶν asteriscos injecit: quod sane prudentius erat factum, quam quod sequens praestitit Editor. Spanhemius enim sublatis asteriscis verba substituit uncis inclusa [τοὺς ἱερέας], quae de suo dedisse videtur; tum voces ὅθεν οἶμαι, nullo praeposito nec interjecto distinctionis signo, ad praecedentia referebat, ut inelegans ejus ostendit Versio hujusmodi: *Et alioqui precum esse nostrarum administros sacerdotes, quandoquidem novi; tua id gratia tecum a Diis postulo, ut cum assiduus in iis exorandis fueris,* eorum veniam impetres etc. Ut verba ὅθεν οἶμαι protasi adjungeret, nemo tam scaevus esse potuit praeter illum, qui eadem valere putabat *quandoquidem novi.* Solet οἶμαι sic intercalari, ut fere sit expletiva particula, quae tamen a nonnullis per *scilicet* explicatur. Julianus per similem syntaxin scripsit Misopog. p. 358, D: Ὅθεν, οἶμαι, συμβαίνει etc. Orat. VIII. p. 244, B: Ὅθεν, οἶμαι, καὶ λόγον παρέσχε etc. Qui quidem λόγος a Plutarcho traditus est T. IX. p. 183. ed. Reiske.

EPISTOLA LXIII.

Haec Epistola, quae in Edd. Juliani ultima est, apud Martinium Petaviumque frequentissimis lacunis ita foedata repraesentabatur, ut auctoris consilium assequi, nedum sententias interpretari minime liceret. Felici casu Spanhemio contigit, longe plurimos hiatus ope cujusdam codicis explere, quem Romae sibi a Leone Allatio suppeditatum esse declaravit in Praefatione p. XLIII.; ubi alterius praeterea meminit codicis chartacei, quem in Isaaci Vossii bibliotheca versatus sit, et in quo cum aliis Julianeis Epistolis haec quoque reperta sit. Is autem codex, eodem admonente viro doctissimo, differebat ab alioqui laudato codice Vossiano, qui quidem easdem obtulerat lacunas, quae vulgatum antea textum deformabant. Opera sua Spanhemius interpretationem adjecit latinam, quam tanti viri gloria non satis dignam esse censuit Interpres gallicus.

Quantumvis conspicua sint Editionis Spanhemianae de hac Epistola merita, firmum est judicium Wyttenbachii pronunciantis in Ep. Crit. p. 38, (p. 256. ed. Schaefer.) *non pauca restare emendanda.* Cui vel hodie subscribendum est. Quanquam enim aliquot loca non mediocriter depravata correxi, supersunt tamen obscura complura, quae nonnisi meliorum codicum auxilio dilucidabuntur. Unicus mihi has litteras exhibuit codex A., sed iisdem plerumque lacunis imminutas, quibus Editiones laborant Spanhemianae anteriores. Itaque nulla hoc volumine prodiit Epistola, quae tot referta sit impedimentis. Futuri editoris in gratiam non defugi, codicis mei hiatus ita repraesentare, ut uniuscujusque modus, quantum fieri licuit, accurate monstraretur: id quod ab editoribus neglectum est per unum duosve asteriscos hiatum explentibus quemlibet, nihilque monentibus de quantitate defectus, quem ipsis obtulerant codices.

L. 5. Ἰουλιανὸς [Καῖσαρ] Θεοδώρῳ ἀρχιερεῖ.] Duo priora nomina desunt apud Martinium et Petavium, sed in codice non minus, quam in Ed. Spanh. leguntur, deficientibus quidem uncis. Hos ego circumdandos esse duxi vocabulo, quod nusquam in Juliano pro Imperatore ponitur, ut in simili occasione jam notavi ad Ep. X. tit. Si opus esset adjectu nomen dignitatis, apte scriberetur *αὐτοκράτωρ* ad instar Epistolae XLIX, quae pariter *ἀρχιερεῖ* inscribitur. Ejus porro Epistolae notabilis est consensus cum hujus nostrae posteriori parte fere dimidia, qua comparatio fit inter Gentilium Christianorumque religionem. — De Theodori rebus nihil omnino compertum habemus.

L. 7. ὅτι σοι καὶ πλέον] Ante Spanhemium vulgabatur ὃ σοι etc. cui lectioni Petavius conjecturam adposuit: «*f.* ὅσῳ.» Codex meus hiulce tenet ὃ σοι etc.

L. 8. καθηγεμὼν] Intelligi Maximum philosophum, qui *Nostrum* mysteriis consecravit, conjectura est Bleterii.

L. 9. οὐ μικρὰ] Subintelligitur nescio quod nomen substantivum; forsan ἔργα, ita ut μικρὰ pro Plurali acciperetur in neutro genere posito. Rursus ita loquitur Julianus Orat. VI. p. 195, B. ubi occurrit: Ἆρα σοι μικρὰ φαίνεται ἀνὴρ

ἄπολις, ἄοικος, πατρίδος ἐστερημένος.

Quo de versu redeunte Ad Themist. p. 256, D. videndus est Aelianus Var. Hist. III, 29. Diogenes Laërtius VI, 38.

Ibid. καὶ μέμνησαι δήπου] Censet Bleterius, istiusmodi erbis Julianum ad visa quaedam alludere, quae sibi Theodoro ue tum oblata sint, cum per Maximum inaugurarentur. Sed uî congruit, quod mox dicetur, Julianum faciem nondum idisse Theodori?

L. 10. διατρίβων ἔτι ἐς τὴν ἑσπέραν] Ante Spanhemium ulce vulgabatur διατρίβων ** τὴν ἑσπέραν. Imperfectius in odice meo sic exhibetur: διατρίβ τὴν ἑσπέραν.

L. 11. καί τοι συμβαίνειν ἔχον ἐκεῖνο καλῶς] Locus haud ubie corruptus, in quo diversam scripturam innuunt Mart. et 'etav. tenentes: καὶ ποι ** ἔχον καλῶς. quibuscum codex onvenit, nisi quod καί per accentum acutum exhibet.

L. 12. τὸ σοῦ γὰρ εἶδος οὐδὲ εἶδον] Sic Ed. Spanh. sola. 'eteriores Edd. ad instar codicis mei scribunt: τὸ, οὐ γὰρ ἐ ὐδὲ εἶδον. quasi dictum aliquod allegaretur proverbiale.

L. 14. λόγος] Non *sermo* verti debuisse mihi videtur, sed *atio;* quo sensu dicitur: *rationem alicujus habere* p. 119. Nihil nterea mutavi, quum incerta sit et obscura tota sententia.

L. 1. ὡςπεροῦν ἄξιον] Ita cum codice scripsi. Edd. ὥςπερ Pag. ν ἄξιον. Quae varietas in Juliano redit Orat. II. p. 56, D. 131. ibi vulgatum probo.

Ibid. μεταχειρίσαιο] Perperam in codice μεταχειρίσαιτο.

L. 2. ἐνταῦθα] H. e. *in hac vita.* Quod non intellexerat panhemius vertens: *inde.* Tu confer. Obss. ad Ep. LVIII. p. 429.

Ibid. ἐλπίδα δὲ ἀγαθὴν] Ἐλπὶς ἀγαθὴ vel καλὴ scriptoribus isitata est locutio, qua *spes* notatur *futurae beatitudinis ex ecti conscientia orta.* Vid. Wyttenbachium Ep. Crit. p. 32 sq. p. 252. ed. Schaefer.) cujus e farragine laudemus Julianum)rat. VII. [non VIII.] p. 233, D. Fragm. p. 298, D. Caes. . 336, C.

L. 3. Οὐ γὰρ δὴ καὶ ἡμεῖς ἐσμεν] Haud absimilia sunt erba Ciceronis De Amic. c. III: *Neque enim assentior iis, qui aec nuper disserere coeperunt, cum corporibus simul animos nterire.* Verbum προαπόλλυσθαι allusionem prodit ad Epicueos, quorum e placitis hoc refert Plutarchus Adv. Epic. . 1003: προαπόλωλεν ἡ ψυχὴ τοῦ σώματος.

L. 5. οὓς δὴ καὶ] Particula δὴ solus caret Spanhemius.

L. 7. περὶ τῶν τοιούτων] Item articulus τῶν apud Spanemium solum exulat.

L. 9. *ἐστιν ὃ φημί*] Loco illo, quem occupat *ὃ*, parva est lacuna tam in codice, quam in antiquissimis Edd. Conjecerat Petavius in margine: «*f. ὃ φημι*» unde fortasse profecit Spanhemius.

L. 10 *sq.* *ἁπάντων, ἀρχόμενος τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων ἱερέων, καὶ ἀπονέμων τι τὸ πρέπον ἑκάστῳ. Ἐπιείκεια μὲν*] Sic apte Spanhemius edidit, ante quem is locus, inspersis quidem asteriscis, misere hiabat. Scriptum autem erat, ut est in codice meo: *ἁπάντων τὴν πόλιν, ἐε καὶ ἀπονε τι τὸ πρέπον ἑκάστῳ. είκεια μὲν* etc. Unde liquet, aliam ab Spanhemiana lectionem olim extitisse. Petavius in margine duo vocabula conjecturis tentaverat hujusmodi: «*f. ἱερῶν.*» «*f. ἐπιείκεια.*»

L. 11. *Ἐπιείκεια*] Huic et sequentibus Nominativis deest verbum finitum, quale foret *πρέπει*.

L. 12. *φιλανθρωπία*] Cujus ante omnia studium aeque sacerdotibus commendatur in Fragm. p. 289, A. ubi legitur: *Ἀσκητέα* (Cod. *ἀσκητέον*) *τοίνυν πρὸ πάντων ἡ φιλανθρωπία.*

L. 13. *ἀξίους αὐτῶν*] Codex: *ἀξί αὐτῶν*, ut Editiones Spanhemianam antecedentes.

L. 15. *μετ' ἐμβριθείας*] Sic Edd. omnes. Codex: *μετὰ ἐμβριθείας.*

L. 17. *αὐτίκα μάλα σὺν τοῖς ἄλλοις εἴσῃ·*] Pessime libri omnes *εἰσὶ* repraesentant, unde vertebatur absurde: *quam primum ea cum aliis deprehenduntur.* Non dubitavi *εἴσῃ* scribere monitus a Wyttenbachio Ep. Crit. p. 38. (p. 256 ed. Schaefer.), qui in praestantissimae conjecturae praesidium similes advocavit locutiones ex Luciano Dial. Deor. p. 257. [nr. XIII. T. II. p. 40 ed. Bipont.]: *αὐτίκα μάλα εἴσῃ, ὡς οὐ πολύ σε ὀνήσει ἡ ἀθανασία.* Vit. Auct. p. 567. [c. 36. T. III. p. 113. ed. Bipont.]: *εἴσῃ αὐτίκα μάλα.* Quibus exemplis addam ex eodem scriptore Rhet. Praec. c. 13. (T. VII. p. 233 ed. Bipont.): *αὐτίκα μάλα εἴσῃ.* cum adfinibus hisce formulis: Pisc. S. Reviv. c. 15. (T. III. p. 133. ed. Bipont.): *Εἴσῃ αὐτίκα.* Catap. S. Tyr. c. 26. (Ib. p. 208): *αὐτίκα εἴσῃ.* c. 13. (Ib. p. 191): *αὐτίκα μάλα ὄψει.* Pisc. S. Reviv. c. 47. (T. III. p. 165 ed. Bipont.): *ὄψει αὐτίκα μάλα.* Tum ex ipso Juliano laudabo Caes. p. 316, D: *εἰσόμεθα δὲ αὐτίκα μάλα.* Orat. II. p. 94, A: *αὐτίκα μάλα ξυνήσετε.*

Promittit igitur Pontifex Maximus, ampliora mox Theodoro se missurum esse mandata, quibus universa sit complexurus, quaecunque circa sacra sint praecipienda. Id autem debitum Julianus, mea quidem sententia, per scriptum solvit illud, quod sub titulo: FRAGMENTUM ORATIONIS EPISTOLAEVE CUJUSDAM JULIANI IMPERATORIS extat inter Opera T. I. p. 288—305. Ibi enim copiose docet, quid sacerdotes tam in explendo munere, quam extra ministerium deceat, inprimis p. 302 sq. Non ad Orationum, sed ad Epistolarum genus illud pertinere monumentum ex ipsius indole patet p. 298, C. 304, B. ubi sermo ad certum quendam convertitur, ac diserte habet: *πρὸς σὲ γράφω*. Accedit quod inibi p. 298, B. C. Julianus testatur, se viro, cui scribit, munus tradidisse ex commendatione *τοῦ καθηγεμόνος*. id quod hac Epistola post initium ratione Theodori proditum est: tum quod eodem Fragmenti loco docemur, ejus viri, cui scribitur, fuisse jurisdictionem *οὐκ ἐν ταῖς πόλεσι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἄγροις*. quemadmodum Theodorus in hac Epistola p. 131. med. praeficitur sacerdotibus *τῆς χώρας καὶ τῶν πόλεων*. Idem propositum, quod nostro loco nunciatum et in Fragmento perfectum est, in animo habuisse videtur Julianus Ep. XXVII. p. 46. ubi, reprehenso quodam sacrificandi ritu, talia praedicit: *τοῦτο μὲν οὖν ἴσως τεύξεται τῆς ἁρμοζούσης ἐπιμελείας αὐτίκα*. Petavius quidem in Juliani libellum *Ad Themistium* commentans p. 291. obiter autumavit, esse Fragmentum illud ex epistola quadam ad Arsacium Pontificem data, cui scilicet inscribitur Epistola XLIX: sed non dubito, quin mecum sensisset acutissimus Editor, si ipsi lux affulsisset ex hac Epistola tunc temporis obscurissima.

L. 18. *ἐποθέσθαι σοι*] Pronomen a Spanhemio inductum probatur a codice meo.

L. 3. *ὡς ἔπος εἰπεῖν*] Perperam vertebatur: *ut dici solet.* Minime refertur hoc loco proverbium; est autem quibusvis auctoribus usitata dicendi formula, quae vel apud Vigerum p. 201. (ed. Zeune) exaequatur verbis: *ut summatim dicam.* Praeter hanc Epistolam ea locutione Julianus usus est Oratt. IV. p. 155, A. VI. p. 186, A. p. 202, C. Ad S. P. Q. Athen. p. 281, B. Plura dabunt Creuzerus et ab eo laudati viri docti ad Plotinum De Pulcr. p. 145. Pag. 132.

L. 4. *χρῆναι ἄν*] Particulam *ἄν* inseruit Spanhemius, quum antea nullum extaret indicium defectus. Codex autem hiatum offert, quantum expleret illa particula.

L. 6. *οὐ γὰρ ἦσαν*] Ita Spanh. In reliquis tamen libris hiulce: *οὐ γὰρ ἦσαν*.

L. 7. *διαφθαρῆναι*] Praeter Editionem Spanhem. hiulce *διαφ αι*.

L. 8. *ἀφ' Ἑστίας ἐπιμεληθῆναι*] Ante Spanhemium vulgabatur, ut est in codice meo: *ἀφε ἐπιμεληθῆναι*. Locutio proverbialis *ἀφ' Ἑστίας* ab Apostolio refertur Cent. V, 20. et a Zenobio Cent. I, 40. qui eam valere tradunt in illos, qui rem aliquam a principio ordiuntur; quum sacra operantibus solemne fuerit, a Vesta initium facere. Quum porro Latini Larem non minus, quam Vestam appellent Graecorum Ἑστίαν, idem proverbium sub titulo: *Ab ipso Lare* positum occurrit in Erasmi Adagiis p. 26. ubi scriptorum optimorum, qui proverbio sunt usi, loca colliguntur, omisso quidem *Nostro*. Cujus tamen exemplum aliqua dignum videtur attentione; quum in eo non, ut alibi fit, cum verbo *ἄρχεσθαι* formula juncta sit *ἀφ' Ἑστίας*. Existimare videtur Julianus, *prae omnibus* allaborandum esse, ut patriis institutis auctoritas concilietur. Auctius illam dicendi formulam ita Proclus affert Comment. in Platonis Alcibiadem Pr. post initium: *ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἑστίας καὶ πρωτίστης πηγῆς*. ubi Creuzerus consulendum ait Wyttenbachium ad Plutarch. De Ser. Num. Vind. p. 22. et Scholiastam ad Platonis Euthyphr. p. 2 sq. ed. Ruhnken.

L. 10. *πᾶσαν δὲ εὐλάβειαν*] Locus vocabuli *πᾶσαν* in omnibus libris patet, excepta Spanhemii Editione.

Ibid. *εἰς τοὺς κρείττονας*] Sic integre codex cum Ed. Spanh. Priores Edd. praepositione carent *εἰς*, exhibito quidem nullo hiatu. — Quod dii vocantur *οἱ κρείττονες*, id e more fit Juliani non solum, e. g. Oratt. V. p. 178, B. VII. p. 225, D., sed optimorum scriptorum. Vid. Wernsdorf ad Himer. p. 88. Boissonade ad Eunap. p. 192. Singularis quidem numerus apud *Nostrum* frequentior est. Conf. Obss. p. 278 sq.

L. 11. *ἀκαθάρτου τρυφῆς, ἀεὶ μὲν ὠδυράμην*] Ita Spanhemius, ante quem editum erat, ut est in codice meo: *ἀκαθάρ του τρυφ ἀεὶ* etc. Quae lectionis delineatio probat,

aliquam adhuc vocem desiderari. Praeter Editionem Spanh. omnes libri post *μὲν* addunt *οὖν*, quo facile caremus. Id initio sententiae jam aderat.

L. 12. *τοὺς μὲν δυσσεβείας σχολῇ*] Commode quidem *δυσσεβείας* edidit Spanhemius; sed in codice sicut in Editionibus Mart. et Petav. lacunose repraesentatur: *τοὺς μὲν εὐσεβείας σχολῇ*. unde adparet, epitheton adfuisse, quod in contrarium sensum vertebat vocem *εὐσεβείας*. Utriusque nominis usum exposuimus p. 190.

L. 12 *sq.* *προϛέχοντας*] Quum commoda sit forma tam a codice, quam ab Editionibus Mart. et Petav. suppeditata, posthabui scripturam *προϛχόντας* apud solum Spanhemium obviam. Nihil autem incitavit, ut ex Bleterii conjectura scriberem *προέχοντας*. quod verbum invita, puto, Minerva significare vult *antistites*, s. *principes doctores*.

L. 13 *sq.* *ἀποθνήσκειν*] Eo verbo Spanhemius lacunam explevit, quam in codice non minus, quam in veterioribus Edd. inveni.

L. 14. *ἀνέχεσθαι δὲ πᾶσαν*] Ita codex cum Ed. Spanh. Male priores Edd. medio loco tenent *καί*.

L. 14 *sq.* *ὑείων ὅπως μὴ γεύσαιντο, μηδὲ πνικτοῦ, μήτ' ἄρα τοῦ ἀποθλιβέντος*] Pro hac Spanhemii lectione vulgabatur olim, ut est in codice meo: *ὑείων ὅπως μὴ γεύσαιντο, μηδὲ τοῦ μὴ παρα ἀποθλιβέντος*. unde diversam olim extitisse scripturam non persuadeor, quum facile *μὴ παρα* corruptum fuerit ex *μήτ' ἄρα*. Quod sententiam attinet, ea de Christianis aeque ac Judaeis accipienda videtur, etsi mirari subit, a docto scriptore non distingui utrorumque ritus. Abstinentia a carne suilla pertinet ad Judaeos vi legis Deuteron. XIV, 8. nec exprobrari potest Christianis, quos ipse Julianus ap. Cyrill. l. VII. p. 238. ideo redarguit, quod ab Hebraeorum cibis in lege vetitis abstinendi more discesserint; qua tum occasione Cyrillus Christianos ob id defendit, *quod suilla carne vescantur*. Πνικτοῦ autem fugam non vidi Judaeis praescriptam, ni forte haec ad generaliorem revocanda sit legem Deuteron. XII, 22. qua *sanguine cum carne vesci* vetatur: quae quidem opinio veri specie non careret, quum constet, antiquis gentibus in deliciis fuisse carnes, in quibus exacta diligentia sanguis asservatus erat, ut ita cum eo

qua mox notabitur. Placuit nobis, hoc scriptum ad instar caeterorum numerali signo donare. Ne autem usitata turbaretur numerorum series, illud e pristino loco semotum in fine collocavimus ejus Epistolarum fasciculi, quo comprehensum circumferebatur.

Quo rectius Juliani consilium intelligas, ex Observationibus nostris p. 211 sq. memineris, adeo sumtuosas fuisse senatorum functiones, ut plus oneris quam gratiae haberent.

L. 11. Πρὸς ἰατρούς.] Hanc inscriptionem assumsi e codice H. tanquam optime convenientem opusculo, quod Epistolae magis, quam Legis formam habet. Inscribunt autem omnes Edd.: Ἰουλιανοῦ νόμος περὶ τῶν ἰατρῶν. Juliani Lex de Medicis. quemadmodum et alter codex meus exhibet.

«Ipsissima sanctio Juliani extat in Codice Theodosiano lib. XIII. tit. III. *De medicis et professoribus*, Lege IV. edita Mamertino et Nevita Coss., qui est annus Christi 360.» Petav.

L. 15 *sq.* τὰ τῶν ἐπισυμβαινόντων ἀῤῥωστημάτων ἐπανορθοῦται] Sic Edd. omnes. Codex Baroc. pro adscriptis verbis haec tenet: ἵνα τὰ ἀῤῥωστήματα ἐπανορθῶνται. nec aliter codex Voss., nisi quod ἐπανορθοῦται exhibet. Vulgatam lectionem agnoscunt mei codices hoc solo discrimine, quod articulus τὰ negligitur in H. scribiturque τὸ in A. Pluralis tamen in ejusmodi syntaxi longe frequentissimus est Juliano, cujus loca reperies notata p. 204. Addam, in Orat. II. p. 59, B. ubi vulgatur: ἐπρώχθη τὸ τῆς μάχης, fide quatuor a me collatorum codicum esse τὰ legendum.

L. 16. Ὅθεν] Scriptum est καὶ γὰρ in Edd., pessimeque ὁ γὰρ in cod. A. Cum codicibus H. et Baroc. dedi Ὅθεν. quae solemnis est *Nostro* conjunctio, quum in publicis Edictis ab expositione causarum ad conclusionem transit. Exempla prostant in clausulis Epistolarum VII. XXVI. LI.

Pag. 134. *L.* 1. λειτουργημάτων] Vocabulum esse rarioris usus dicitur ab H. Stephano in Thes. Quam sententiam utique mihi probavit Julianus. Illo enim nomine praeterea semel utitur Ep. XXXV. p. 59., quum admodum frequentet vulgarem formam λειτουργία, v. c. Epp. XLIX. p. 90. 91. LXII. p. 128. Oratt. II. p. 92, A. VII. p. 234, C. Fragm. p. 298, C. 302, C. 303, A. Misopog. p. 368, A. 371, A.

L. 2. *ἀνενοχλήτους*] Cod. H: *ἀνενοχλήτως*. minus bene. (Interpres gallicus p. 431.)

EPISTOLA LXV.

Haec atque duae proxime sequentes Epistolae caeteris nunc demum adjectae sunt ex Muratorii *Anecdotis Graecis*; quem librum in Praefatione recensui sub numero 7.) Illo ex opere Fabricius easdem retulit Epistolas in Bibl. Gr. T. VII. p. 84 sqq. praetermissis quidem optimis Muratorii Notis, quas eo libentius adposui, quo rarior est ille liber.

Praesens Epistola, quae ad instar duarum sequentium a Parisinis codicibus exulat, in Monacensi codice reperitur: ut ex Hardtii colligimus indicio hujusmodi: «Titul. Ἰουλιανὸς πρὸς δῆμον. Init. Εἰ μὲν εἰς τὸ θέατρον.» Olim inter Libanii Epistolas hanc e suis codicibus vulgavit Wolfius loco 1120. p. 579. adjecta notula: *Non magis video, quid sibi velit hic Libanius, quam intelligo, qua occassione ab ipso scripta sit haec Epistola.*

L. 5. Πρὸς δῆμον εὐφημήσαντα] Apud Muratorium istis antecedunt verba Τοῦ αὐτοῦ. quae *Nostrum* indicant. Praemissa enim est Epistola hujus editionis LVIII. cujus in titulo comparet nomen Ἰουλιανός. Apud Libanium l. c. inscribitur: Τῷ δήμῳ εὐφημήσαντι. — De ratione et argumento hujusce scripti talia primus Editor monuit:

«Edictum potius, quam epistola Juliani haec videatur. Populo videlicet praecipit, ut sibi theatrum quanquam latenter ingredienti plaudant, nequaquam vero templum intranti; plausus enim in templo Superos tantum decent. Alius tamen possit esse sensus, si pro: *acclamate, agite et transferte*, legamus: *acclamatis, agitis et transfertis.* Tum enim significat, populum a Juliano corripi, quod se in theatrum clam ingredientem acclamationibus exciperent, silentium vero in templo agerent. Qui sensus a manuscripto codice probari videtur, in cujus fine habetur οὐ χρήζουσιν, h. e. *non amant;* quasi dicat: cur plausus vestros ad numina transfertis, quae hujuscemodi acclamationibus minime delectantur, aut indigent? Nihilominus prior sententia magis titulo consona videtur; quippe haec ad

populum dicuntur non silentem in templo, sed acclamationibus faustis Juliano gratulantem: quod versutus Apostata se improbare significabat, ut gloriam potius Deorum, quam suam quaerere videretur. Quare sustuli illud *οὐ* ex *χρήζουσιν.*» Haec Muratorius. — Cujus prior interpretatio unice vera est, licet et Wolfius alterum sensum expresserit in Libanio l. c. Quum enim Imperator *ad populum* verba facit, non tam ejus acta narrat, quam ei agenda praecipit. Nec alteram interpretandi viam tentasset Muratorius, si Julianei loci meminisset Misopog. p. 344, B. C. unde discimus, Antiocheno populo morem fuisse, ut Julianum in templis aeque ac theatris acciperent cum plausibus atque clamore; quem deinde morem improbat Julianus, in templis agendum esse silentium docens. Aptissima huic Edicto leguntur ibi verba: *συνδραμόντες δὲ δι' ἐμὲ* (cod. A: *παρ' ἐμὲ*), *πολλῆς ἀκοσμίας ἀναπίμπλανται τὰ ἱερά.* quae causam involvunt, cur acclamationibus abstinendum esset.

Ibid. *ἐν τῷ Τυχαίῳ.*] «Templum Fortunae dicatum, seu Τύχης *νεὼς*, Tychaeum, fuit. Tale templum Constantinopoli exstructum aut a Byzante aut ab aliis tradit Hesychius Milesius et Zosimus lib. II. p. 587. [c. 31. §. 4. p. 155 ed. Reitemeier]. Clarissimus tamen Du-Fresnius in Constantinop. Christiana lib. II. c. 9. non Fortunae templum, sed simulacrum duntaxat Constantinopoli excitatum arbitratur. Cui consentire vix possum, tum quod hinc discamus, Tychaei nomine templum aliquod esse accipiendum, quum infra Τὰ *ἱερὰ* h. e. *sacra* ibidem fieri atque a populo acclamationes dari Julianus affirmat; tum etiam quod Socrates Hist. Eccl. lib. III. c. XI. scribat, Julianum hostias immolantem *Fortunae* in basilica, in qua ejusdem *Fortunae* seu Τύχης positum erat simulacrum, a Mari episcopo Chalcedonensi objurgatum fuisse. Accipe hujus verba: *Θυσίαν δὲ ἐπετέλει τῇ τοῦ Κωνσταντίνου πόλεως Τύχῃ δημοσίᾳ ἐν τῇ βασιλικῇ, ἔνθα καὶ τὸ τῆς Τύχης ἵδρυται ἄγαλμα. Hostias vero publice immolavit Constantinopolitanae urbis Fortunae in ea basilica, in qua locatum est ejusdem Fortunae simulacrum.* Eadem repetunt Nicephorus Callisti lib. X. cap. 20. et Suidas voc. Μάρης [T. II. p. 496 ed. Kuster]. Hanc quidem Τύχην pro *Genio*, non pro *Fortuna*, Valesius ac Du-Fresnius accipiendam sunt arbitrati, ideoque Tychaea interpretantur *templa*

geniis publicis posita. At dum concedant, Tychaeum fuisse templum, ego reliqua non moror.» Haec Muratorius. — Haud dubie τὸ Τύχαιον templum significat, idque, mea sententia, *Fortunae*, non *Genio* dicatum. An tale templum Constantinopoli fuerit extructum necne, eo minus nostra refert explorare, quod Antiochiae scimus extitisse Fortunae templum, in quo sacrificans adfuit ipse Julianus. Locus enim est in ejus Misopogone p. 346, B: Ἔθυσεν ὁ Καῖσαρ ἐν τῷ τοῦ Διὸς ἄπαξ, εἶτα ἐν τῷ τῆς Τύχης. Paulo post: εἶτα ἡ πάγκοινος ἑορτὴ, καὶ ὁ Καῖσαρ εἰς τὸ τῆς Τύχης ἔρχεται τέμενος. Itaque τὸ Τύχαιον idem fuerit, quod alibi τὸ τῆς Τύχης τέμενος appellatur; et quamvis probabile sit, ut aliorum numinum, ita Fortunae complura per orbem Romanum sacra fuisse templa, proclivis tamen est conjectura, non aliud intelligi Tychaeum, quam illud ipsum Antiochiae conditum, et in ea urbe datum esse hoc Edictum ad instar alterius numero LII. signati. Caeterum a Τυχαίῳ non differre videtur Ἀγαθῆς Τύχης νεὼς a Suida memoratus T. I. p. 16. adjectis quidem paucis hujusmodi verbis: οὐκ ἄδηλον τὸ σημαινόμενον. q. d. *haud obscurum est, quid hoc significet.* Extabat autem ἀγαθῆς τύχης νεὼς Athenis prope Prytaneum, ut videre est apud Meursium Fortun. Attic. I. c. 8. p. 53.

L. 6. Εἰ μὲν εἰς τὸ θέατρον] Raro quidem Julianus invisit theatra, sicut ex ipso discimus Misopog. p. 339, C. ubi est: εἴργω τῶν θεάτρων ἐμαυτόν. sed invisit tamen. In eodem libro p. 368, C. mentio fit de scriptoris praesentia in Antiochensium theatro; qua pariter occasione de obstrepente populi clamore memoratur, ob diversam tamen causam edito, nimirum ut Imperator de annonae caritate certior fieret. Caeterum insigne vanitatis specimen edit Imperator philosophus, ubi populum quasi concitat, ut ipsi latenter in theatrum ingresso acclament. Itaque fides accedit Ammiano Marcellino lib. XXV. c. IV. §. 18. ubi *Vulgi plausibus laetus* appellatur Julianus.

Ibid. εὐφημεῖτε] Suidas: Εὐφήμει· καλὰ λάλει, ἢ ἐπαίνει.

L. 9. χρήζουσιν.] Huic verbo particulam negativam in codice praeire, Muratorius ad inscriptionem docuit. Itidem οὐ χρήζουσιν apud Wolfium occurrit in Libanio l. c. vertiturque congruenter: *Etenim Dii plausibus non indigent.*

EPISTOLA LXVI.

Haec Epistola, quam ad instar antecedentis e Muratorio desumsi, codice Monacensi continetur, e quo talia refert Hardtius: «Titul. Ζωγράφῳ. Init. Εἰ μὲν μὴ εἶχον.» Obscuritas, qua involuta jacet, textui debetur corrupto forteque mutilato. Mox idem sensisse videbis Muratorium.

L. 12. Πρὸς ζωγράφον.] Apud Muratorium istis praemittuntur verba Τοῦ αὐτοῦ. sicut in titulo praecedentis Epistolae.

L. 13. Εἰ μὲν μὴ εἶχον] «Epistola haec Delio natatore indiget. Aut aliquid desiderari, aut aliqua verba corrupta heic esse censeo. Fortasse pro εἶχον in duobus locis legendum est εἰκὼν, et tunc iste sensus extundi posset: *Si icon, qua me gratificatus es, mea non esset, venia sane te dignum putarem: sin autem mea esset, mihique aliqua ex parte responderet, Deos ferrem* etc. Juliani effigiem pictor quidam delinearat, sed fortassis inconcinne formaque Juliano aut minime respondente, aut alia, quam ipse vellet. Hinc illum Imperator objurgat.» Muratorius. — Vel admissa scriptura εἰκὼν, cui tamen repugnat codex Mon., a commoda sententia longe abessemus. Illa enim, quam extundi posse Muratorius ait, tam a contextus ratione, quam a perspicuitatis lege immensum quantum recedit. Deperditum esse mihi videtur Epistolae principium; quae enim nunc incipiunt verba Εἰ μὲν μὴ εἶχον, subjectum poscunt, quod antea debebat expressum esse.

L. 14. τοὺς θεοὺς ἐφερόμην.] «Quid porro sibi *Deos ferrem, imo potius Dii me ferrent*, libenter me non assequi fateor. Id noverat pictor unus. Attamen dicam, Julianum fortasse una cum Diis, sed ineleganter pictum fuisse, aut etiam non Imperatoris sive philosophi, sed numinis specie. Auctor est Sozomenus [lib. V. c. 17.], Juliani viventis imaginem pingi consuevisse una cum Jove, Marte et Mercurio, ut idem honor sibi ac Diis haberetur; quod etiam testatur Nazianzenus [Orat. III. p. 83 sq.]. Aliunde etiam intelligere possumus, Julianum sub alicujus numinis vultu se pingi fecisse, ut olim Domitianus, Commodus aliique praestitere. Hinc aliqua lux affulgeat.» Muratorius. — Qui de suo dedit: *imo potius Dii me ferrent.* Haec enim in graeco textu non comparent.

L. 15. ἑταῖρε] Suidas ea sub voce tradit, Juliano familiare uisse, sic appellare sodales. Extant utique loca probantia Epp. XVIII. fin. XL. p. 72. LIII. p. 104. LX. p. 122. Oratt. VI. . 181, C. 198, A. VIII. init. Ad Themist. p. 259, C. Quod pud Suidam additur, morem istum ex imitatione Platonis ducum esse, non magis asseram, quam negem. Certe non solus Plato praeluxit. Constanter in Homero ἑταίροι vocantur Ulyssis ocii; neque minus in Luciani Dialogis illud frequentatur vocaulum. Caeterum is dicendi usus in Juliano praeterea notatus est Gregorio Nazianzeno, cujus verba non de scripto quidem, sed oce edito sermone talia sunt Orat. IV. p. 120, D. (ed. Bill.): στι δὲ οὓς καὶ τραπέζῃ φιλοφρονούμενος, καὶ πολὺ τὸ Ἑταῖρε, ροπίνων etc., q. d. *quosdam etiam mensa comiter accipiens, ac ultum illud Sodalis propinans* etc.

EPISTOLA [LXVII.]

Haec pariter ac duae praecedentes e Muratorii Anecdotis Graeis a nobis decerpta, nec in Parisinis codicibus inventa est. Monacensis interea codex eandem exhibet, ut ex hisce Hardtii erbis adparet: «Titul. Ἀρσάκῃ. Init. Ἐπείχθητι πρὸς τὴν τῶν.»

Minime credendum est, ab Juliano profectas esse litteras rrogantiam spirantes, qualem indignissimi nebulones prae se errent; ne hoc morer, quod praeter Juliani morem insultatur emoriae Constantii. Sozomeni locus in prima Muratorii nota elibandus Epistolae veritatem non satis arguit. Inde hoc tanummodo constat, quinto saeculo circumlatum esse Juliani ad rsacem epistolam, quam ipse quidem Sozomenus pro vera habeat. Id quod non impedit, quo minus spurium esse censeatur occe scriptum, sive sit idem cum illo, quod Sozomenus videat, sive differat. Imo vero diversitas inde conjicitur, quod in raesentibus litteris non omnia leguntur illa, quae Sozomenus llegavit. Jam animadvertit Bleterius in *Vie de Julien* l. V. p. 361., Constantium nequaquam ut *impium* perstringi, neque scriptorem *blasphemiis* uti, quod utrumque fieri Sozomenus innuit: unde vir loctus arguit, aut mutilatum esse hoc monumentum, aut ab illo liversum, quod innotuit Sozomeno; praeterea suspicatus Epistolam ob id, quod in ea calamitates praedicuntur, quibus Ar-

saces post extinctum Julianum vere fuit obrutus. Recentissimus interpres Tourletus in similem abiit sententiam, ubi hanc Epistolam, quam Juliano quidem tribuit, inferiori aetate falsificatam esse censuit. Equidem totum foetum ut impurum damno. Scripserit aliquis fraudator, qui e Sozomeno didicerat, Julianum similis argumenti litteras ad Arsacem dedisse. Quisquis autem fuerit auctor, non imperitus erat styli Juliani. Nonnullis enim utitur vocabulis et locutionibus, quae plus minusve sunt ei scriptori familiaria, v. c. *ἐπείχθητι* (Ep. XXIII. sub fin.) — *τὴν δεξιὰν* (Ep. LX. p. 124.) — *τὸν μακαρίτην* (vid. Obss. p. 258.) — *γενναίως οἴσω* (vid. Obss. ad Ep. LIII. prope finem). Sed admiscentur alia quaedam apud Julianum inaudita; cujus generis haec sunt: *προτανενόντων ἡμῖν τῶν θεῶν. ἡ ἐνεγκαμένη. Αὔγουστον. οὐρανίων θεῶν.* Graculum agnoscis pavonis exornantem se pennis.

Jam accipe, quae primus Editor de invento suo laetatus adscripsit:

«Perierat hoc egregium monumentum, quo teste ad Juliani Parabatae impietatem et jactantiam prodendam usi sunt veteres historici. En quae habet Sozomenus [lib. VI. c. 1.]; cui sane haec Epistola ignota non fuit: *Ἀρσακίῳ δὲ, τῷ Ἀρμενίων ἡγουμένῳ συμμαχόντι Ῥωμαίοις, ἔγραψε συμμίξαι περὶ τὴν πολεμίαν ἀπαυθαδειασάμενός τε πέραν τοῦ μετρίου ἐν τῇ ἐπιστολῇ, καὶ αὐτὸν μὲν ἐξάρας ὡς ἐπιτήδειον πρὸς ἡγεμονίαν καὶ φίλον οἷς ἐνόμιζε θεοῖς, Κωνσταντίῳ τε, ὃν διεδέξατο, ὡς ἀνάνδρῳ καὶ ἀσεβεῖ λοιδορησάμενος, ὑβριστικῶς μάλα ἠπείλησεν αὐτῷ· καὶ ἐπεὶ Χριστιανὸν ὄντα ἐπυνθάνετο, ἐπιτείνων τὴν ὕβριν, ἢ βλασφημεῖν ἃ μὴ θέμις σπουδάζων εἰς τὸν Χριστὸν (τοῦτο γὰρ εἰώθει παρ' ἕκαστα τολμᾶν) ἀπεκόμπασεν ὑποδηλῶν, ὡς οὐκ ἐπαμύνοι ὃν ἡγεῖται θεὸν ὀλιγωροῦντι τῶν προστεταγμένων.* Quae ita Henricus Valesius latine reddit: *Scripsit praeterea Arsaci, Armeniorum regi et socio Romanorum, ut juxta fines Persarum ipsi occurreret. Qua in epistola postquam ultra modum gloriatus esset ac se quidem ipse extulisset tanquam imperio idoneum et Diis, quos colebat, acceptum, Constantium vero decessorem suum ut ignavum et impium vituperasset, contumeliosis admodum verbis eminatus est. Et quoniam eum Christianum esse acceperat, contumeliam exagerans aut in Christum impia loqui gestiens (id enim subinde praesumere solebat) cum fastu et jactantia ei denunciavit,*

Deum illum, quem colebat, nequaquam ipsi opem laturum esse, si imperia facere neglexisset. Haec eadem a Sozomeno mutuatus est Nicephorus Callisti lib. X. cap. 34. quae tanquam Epistolae hujus argumentum inservire possunt, quanquam (ut vera fatear) nonnulla heic desiderari videantur, quae Sozomenus legerat. Certum nihilominus est, vel eodem Sozomeno docente, innotescere tempus, quo haec Julianus scripsit, annum videlicet Christi 363. quo expeditionem in Persas Apostata suscepit suae vitae functissimam.» MURATORIUS.

L. 3. Ἀρσάκῃ Ἀρμενίων Σατράπῃ.] Apud Muratorium praemittitur: Τοῦ αὐτοῦ. non aliter ac in antecedentium duarum inscriptionibus. — Ratione nominis proprii sic monemur a primo Editore: Pag. 135.

«Scribendum fuerit Ἀρσακίῳ. Hujusmodi enim declinatione infra usurpatur nomen hoc, ubi legitur Ἀρσάκιε, *Arsacie.* Neque aliter illud Sozomenus effert [loco supra descripto]. Ipse Julianus Epistolam XLIX. in editione Spanhemiana scribit alteri Ἀρσακίῳ, pontifici Galatiae. Arsaces autem hic Armeniorum σατράπης, *Satrapa,* a Juliano, a Sozomeno vero τῶν Ἀρμενίων ἡγούμενος, h. e. *Armeniorum praeses* appellatur. Revera attamen Arsacem regis titulo Armeniae vixisse, fidem facit eorum temporum aequalis Ammianus Marcellinus lib. XXIV. et XXV. [potius lib. XXIII. et XXIV.] Quumque is Romanorum fidissimus esset socius, ejusque idcirco opem bellum in Persas ducturus poscebat Julianus. *Solum,* inquit laudatus Historicus lib. XXIV. [imo lib. XXIII. c. II. §. 2.], *Arsacem monuerat Armeniae regem, ut collectis copiis validis jubenda operiretur, quo tendere, quid deberet urgere, propere cogniturus.* At opem imploratam Julianus haudquaquam impetrasse videtur, eodem Ammiano haec tradente [lib. XXIV. c. VII. fin.]: *Accedebat aliud haud exiguum malum, quod nec adminicula, quae praestolabamur cum Arsace et nostris ducibus, adparebant, ob causas impedita praedictas.*» Haec MURATORIUS. — Ni forte titulus, qualem habemus, a recentiori praeque Pseudo-Juliano docta manu conditus sit, opinor equidem, imperitiam deceptoris in causa fuisse, cur in Epistolae principio compellatus sit Ἀρσάκιε, qui Ἀρσάκης in ejusdem inscriptione vocatus erat. Stulte confudit impostor duo nomina, quorum alterum e Sozomeno l. l., alterum aliunde cognoverat;

quare diversam duobus locis scripturam religiose servavi. Notabo tamen, illud nomen, quod inscriptio repraesentat, unice sententiae convenire, neque igitur ex altero loco corrigendum esse. Licet enim Julianus de tali Principe nusquam memoraverit, minime tamen dubium est, quin Ἀρσάκης is appellatus fuerit, quem intelligere debemus. Ita non solum ab Ammiano Marcellino l. c. vocatur ille, quem sibi socium conciliaverat Julianus; sed etiam ita vocari debebat successor antiqui Parthorum imperii conditoris. Verba sunt Justini lib. XLI. c. VI. §. 8: *Tertius Parthis rex Priapatius fuit, sed et ipse Arsaces dictus. Nam, sicuti supra dictum est, omnes reges suos hoc nomine, sicuti Romani Caesares, Augustosque, cognominavere.* Quem scriptorem Ammianus Marcellinus confirmat lib. XXIII. c. VI. §. 5. ne alios excitem ad eum locum a Lindenbrogio laudatos. Itaque verisimile est, Sozomenum vel proprio errore abreptum, vel librariorum culpa vitiatum esse, ubi tenet Ἀρσακίῳ. Caeterum Arsacis nomen semel amplius inserviisse videtur artificibus fallaciarum. Sic incommode memoratur Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος apud Lucianum Dial. Mort. XXVII, 2. (T. II. p. 223. ed. Bipont.); ubi doctissimus Hemsterhusius arbitratur (Ib. p. 534.), minime de antiquo Parthici regni conditore cogitandum, sed rem ab Luciano fabulose confictam esse. Rursus in eodem scriptore Icaromen. c. 15. (T. VII. p. 23. ed. Bipont.) laudatus Ἀρσάκης incognitus est Interpreti.

L. 4. Ἐπείχθητι — — θᾶττον ἢ λόγος] Id quod apud Julianum Ep. XXIII. p. 32: παρὰ δύναμιν ἐπείχθητι. Comparandi formula speciem habet proverbii, quo tamen carent Paroemiographi. Muratorii liber idem, qui has litteras nobis exhibuit, iterum in Firmi Episcopi Epistola XXXV. sic offert: θᾶττον ἢ λόγος παρ' ἡμᾶς ἀφικόμενος. Fundus locutionis esse poterit in Homeri *verbis alatis;* de quibus notavimus p. 239.

L. 7. ἐπὶ τῆς Παρθυαίων] «Cur inimicam gentem modo Persas, modo Parthos Julianus appellat? Ea ratio est, quod, quum olim Parthi, antiquo Arsace duce (unde Arsacidarum progenies) Persidem occupassent, provincia haec seu regnum a victoribus cognomentum accepit. Quare Plinius de Perside scribens [Hist. Nat. lib. VI. c. XXV. med.], illàm in Parthorum jam pridem translatam nomen affirmat; quod et ejus explicator Solinus

cap. LIV. Polyh. repetit. Ammianus quoque Marcellinus, Juliani aequalis, ita lib. XXIII. [cap. VI. §. 2.] loquitur: *Hoc regnum* (scilicet Persidis) *quondam exiguum multisque antea nominibus appellatum, cum apud Babylona Magnum fata rapuissent Alexandrum, in vocabulum Parthi concessit Arsacis.* Quare nihil mirum, si et Juliani aevo Parthorum appellatio genti Persicae communis foret. Certe ipsemet Apostata Caesar pluribus in locis Parthorum Persarumque nomina confudit, ut videre est in ejus Oratione I. monueruntque Petavius [Editionis Parte II. p. 249.] ac Spanhemius [Editionis Volumine II. p. 123. 149. 169.] in Notis ad eandem. Similia apud Ammianum, imo et apud veteres poëtas animadvertere liceat. Quibus perspectis, nova lux iis accedit, quae in Adnotationibus ad Nat. XI. s. Paulini Tomo I. Anecdotorum dixi, ubi S. Matthaei corpus in Parthia tumulatum dicitur, quum ab aliis scriptoribus in Perside collocatur.» Muratorius. — In tali scriptore, qualem tractamus, operae pretium non est laborare, cur Parthi et Persae confundantur; falsarios enim falli consentaneum videtur. Jam inquirere non vacat, utrum aliquando Julianus duas gentes confuderit. Monere tamen libet, id non constanter ab eo scriptore factum esse, dummodo factum sit. Perspecte duas distinguit nationes Orat. II. p. 63, A. ubi de illis, quos antea Parthos appellavit, ita loquitur: *διασώζουσι γὰρ καὶ ἀπομιμοῦνται τὰ Περσικὰ, οὐκ ἀξιοῦντες, ἐμοὶ δοκεῖ, Παρθναῖοι νομίζεσθαι, Περσαὶ δὲ εἶναι προσποιούμενοι.* q. d. *Hi enim Persarum instituta imitantur ac servant; quod, ut opinor, Parthi videri nolunt, sed Persas se esse simulant.*

Ibid. *εὐοδίας*] «Legitur in manuscripto codice *εὐορίας*, quam vocem emendandam esse duxi.» Muratorius. — Merito vir doctus codicis improbavit scripturam, quae sane nihili erat; an feliciter emendaverit, dubito. Fabricius in Bibl. Gr. T. VII., ubi tres a Muratorio primum editas Epistolas repeti jam diximus ad num. LXV., secutus quidem est Editoris primi scripturam, sed secus vertit: *si Parthis res feliciter successerit.* Qua laudata interpretatione Hardtius, praeter consuetudinem, e Monacensi codice scripturam enotavit *ἐνορίας*. qua significari dicit *ex Parthorum territorio;* simul adfirmans, illud vocabulum saepius apud Graecos in isto sensu occurrere. Neque tamen hoc mihi quidem satisfacit. Vide ne legendum sit *Ἐνοδίας*. ex imitatione quapiam Epistolae XX. fin.

L. 9. ἡμῖν] Sic postulante sensu scripsi pro vulgato ὑμῖν. Interpretem verum non fugerat.

L. 10. ἐπὶ τὴν ἐνεγκαμένην] Cogitatione videtur addendum ἡμᾶς γῆν. i. e. *ad terram, quae nos tulit.*

L. 12. Κωνσταντῖνον] « Quid erga Arsacem Armeniosve Constantinus Magnus egerit, et cur heic a Juliano memoretur, mihi non satis constat. Armeniae populis, (quod scio) regem Constantinus olim dederat, eo usus jure, quod in eam provinciam, Diocletiano regnante, romanis Imperatoribus parum fuerat. Cujus rei auctorem habeo Aurelium Victorem in Epitome Histor. [cap. XLI.], ubi haec tradit: *Hannibalianus, Delmatii Caesaris consanguineus, Armeniam nationesque circumsocias regendas habuit.* Quod idem ab anonymo scriptore apud Valesium in Notis ad Ammianum [lib. XIV. c. I. §. 2.] confirmatur. Regio autem titulo Ponticas regiones et Armeniam ab Hannibalione administratas, nonnullorum numismatum beneficio discimus, in quibus legitur FL. CL. HANNIBALIONI REGI. Vide Du-Fresnium in Fam. Aug. Byzant. et Anonymum de gestis Constantini. Heic igitur beneficia in Armenios a Constantino collata forsitan significantur. » Muratorius.

L. 12 *sq.* εὖ γεγονότων] Male scriptum erat εὐγεγονότων.

L. 14. τοῦ ἁβροτάτου καὶ πολυετοῦς] «En quam male Constantium habeat ambitiosus Julianus. Illum ἁβρότατον καὶ πολυετῆ, videlicet *mollissimum, ignavissimum* ac *annosum* appellat. Mihi tamen illud πολυετῆ suspectum nimis absonumque videtur. Quei enim Constantium senem atque annosum dicat Julianus, quum ex eruditorum calculo non ultra annos sexaginta quatuor aut summum sexaginta quinque vitam ille produxerit? Accedit, quod Sozomenus Epistolae, ut supra vidimus, mentionen faciens ait, Apostatam Constantio ὡς ἀνάνδρῳ καὶ ἀσεβεῖ, *ut ignavo ac impio* insultasse. Ubi quod est ad alterum epithetum, nihil simile heic vides. Nihilominus quicunque *annosum* retinere velit, ita Constantium appellatum censeat, ut aut ejus imbecillitas notetur, aut plus, quam par esset, regnasse dicatur.» Muratorius.

Ibid. Κωνσταντίου] « Hoc in loco aquam mihi haerere lubenter fateor. Non enim assequi possum, quid sibi velint τὰς εὖ γεγονότων περιουσίας, *nobilium facultates*, in Arsacem alie-

que Barbaros, ut hic dicitur, a Constantio effusae. Nescio an praesidium ab ipsomet Juliano sit expectandum; etenim is auctor est in Oratione I. [p. 18, D.], quae est in Constantii Imperatoris laudem, Armenios post Magni Constantini supremum diem e Romanorum fide ac societate defecisse. Ἀρμένιοι, inquit, παλαιοὶ σύμμαχοι στασιάζοντες, καὶ μοῖρα σφῶν οὐ φαύλη Πέρσαις προσθέμενοι, τὴν ὅμορον σφίσι λῃσταῖς κατατρέχοντες etc. *Armenii veteres socii res novas moliebantur, et non minima sui parte ad Persas defecerant, nostrique imperii limites latrociniis vexabant* etc. Narrationem Julianus prosequitur, atque ubi in eosdem populos susceptam a Constantio Augusto expeditionem retulit, mitissime quoque gentem illam habitam fuisse addit [p. 20, D.]: Ἀρμενίων δὲ οἱ προσθέμενοι τοῖς πολεμίοις εὐθὺς μετέστησαν, σοῦ τοὺς μὲν αἰτίους τῆς φυγῆς τῷ τῆς χώρας ἐκείνης ἄρχοντι παρ' ἡμᾶς ἐξαγαγόντος· τοῖς φυγοῦσι δὲ τὴν εἰς τὴν οἰκείαν κάθοδον ἀδεᾶ παρασκευάσαντος. id est: *Ex Armeniis vero qui se ad hostes adjunxerant, ad te illico reversi sunt; quum et eos, a quibus is, qui provinciae imperabat, fugere compulsus fuerat, ad nos adduxisses, et iis, qui fugerant, tutum in patriam ac sine fraude reditum comparasses.* Haec Julianus; e quibus, ni fallor, percipi potest, Arsacem, qui tunc provinciae imperabat, ab Armenia fugere compulsum apud Constantium se recepisse, atque ab isto rursus in regni possessionem immissum. Ita fortasse beneficia sunt, quae Arsaci Constantius praestitit. Nihilominus obscurum videri mihi hunc locum non dissimulo; et aliquot forte verbis mendum inest. Non deerunt etiam, qui non beneficia, sed injurias a Constantino et Constantio populis Armeniis illatas heic memorari suspicentur. Eadem mihi primum fuit opinio.» Muratorius. — A me longe absit, ut in conciliandis inepti deceptoris alucinationibus operam perdam. Hoc tantum monebo, quod a Muratorio taceri miror; desiderari verbum quodpiam in Participio positum. In graeco enim textu non adest, quod in Versione commode legitur: *pro nihilo ducens.*

L. 15. *νῦν μοι*] Muratorius edidit *νῦν σοι* cum hac notula: «Legebatur in manuscripto codice *νῦν μοι*. Hanc igitur emendationem sensus sibi poscere videbatur.» Acute, quum vicino loco scriberetur *συνόϊσον*. Sed ea voce jam e certis rationibus

in melius mutata, manifestum est, unice commodam esse manuscripti codicis lectionem, quam adoptavi. Probat eam codex Monacensis, cujus enarrator Hardtius temere Muratorium reprehendit, quod hanc spreverit lectionem. Nequaquam enim μοι tolerari debuerat ab eo, qui proximo loco legebat εὐνόϊσον. — Nullius est pretii νῦν με, quam scripturam arbitratu suo Fabricius l. l. exhibet, licet recte teneat ἐννόησον.

Ibid. τὸν Ἰουλιανὸν, τὸν ἀρχιερέα] « En militem gloriosum, en superbos titulos, quibus se perfidus christianae religionis desertor efferebat, quique a Sozomeno in supra adlatis verbis innuuntur. Potissimum vero *Pontificis Maximi* titulo gloriabatur Julianus, quem, ubi rerum potitus est, una cum gentilitatis studio, re ac nomine resuscitare conatus est, ut se in superstitionis cultu primas obtinere ostenderet. In Epistola LXII. [p. 129.] ambitiose similia profert. Ἐγὼ, inquit, ἐπειδή πέρ εἰμι κατὰ μὲν τὰ πάτρια μέγας ἀρχιερεὺς etc. » Muratorius.

L. 16. Ἄρεως θεραπευτὴν] Imitatio Homeri Iliad. II., 110. ubi est: θεράποντες Ἄρηος.

Ibid. ἐννόησον] Muratorius εὐνόϊσον vulgavit, vertitque: *benevolum facito.* Sed an graecum sit illud verbum, dubito. Quare lubens assumsi scripturam, quam e codice Monacensi Hardtius indicavit anteaque Fabricius, unde nescio, vulgaverat l. c. Idem Fabricius ex ignoto rursus fonte notavit: « MS. εὐνόησον. » Quod quidem verbum constructioni loci repugnat. Est contra probe dictum μοὶ ἐννόησον. Simillimo modo Lucianus scripsit Alex. c. 16. (T. V. p. 79. ed. Bipont.): μοὶ ἐπινόησον. Ibid. c. 4. p. 67: ἐπινόησόν μοι, *cogita mihi.* De Astrol. c. 10. (Ibid. p. 220): μέμνησό μοι, *memento mihi.* Pronomen in ejusmodi formulis pleonastice inseritur, vel si malis, aliquam familiaritatem addit sermoni. Julianus Ep. LXXVI.: Ἔρρωσό μοι.

L. 17. Φραγκῶν] « In MS. habebatur Φραγκτῶν. Juliani res in Gallia gestas, ejusque in Francos victoriam brevibus ab Eutropio accipe lib X. [cap. VII.]: *Ab eo modicis copiis apud Argentoratum, Galliae urbem, ingentes Alamannorum copiae exstinctae sunt, rex nobilissimus captus, Galliae restitutae. Multa postea per eundem Julianum egregia adversus barbaros gesta sunt;*

submotique ultra Rhenum Germani, et finibus suis Romanum imperium restitutum. Qui Eutropio Alamanni et Germani dicuntur, Juliano sunt Franci, qui a Galliae populis eo tempore diversi sunt. Si plura hac de re quaeris, ipsum Julianum consule in Epistola seu libello Ad S. P. Q. Athen. [p. 279 sq.], ubi gloriam sibi in bello partam, imo vitam suam, oratione multa exponit. Vide et Ammianum.» MURATORIUS. — Scribendi rationem Editor eam elegit, quae passim in scriptoribus exhibetur, e. g. Zosimo, Suida. Sed ubi Julianus de gente illa memoravit Orat. I. p. 34, D. [p. 41 med. Schaeferianae Ed.], Φράγγοι scriptum est cum in omnibus Edd., tum in tribus, quos contuli, codicibus Parisinis. Ibi Franci cum Saxonibus dicuntur *omnium bellicosissimae nationum, quae ultra Rhenum et Occidentis mare habitant.* Quare haud inepte Franci laudantur, ubi superbia pingi debet Juliani. Francos, *quos Attuarios vocant*, ab Juliano Caesare devictos memorat laudatus Ammianus Marcellinus lib. XX. c. X.

L. 18. Ἰταλῶν] Labitur impostor. Italia non vidit expeditiones Juliani; nedum ab eo liberationem experta sit.

Ibid. Εἰ δὲ ἕτερόν τι βουλεύσαιο] Hisce respondent paulo remotiora verba: ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν. Intermedias sententias ob majorem perspicuitatem uncis circumsepsi. Verba praesentis loci male vertebantur: Quod si *aliud* forte *cogitaveris*.

L. 2. ἐχθρὸν γάρ τινα] «Aut a delicatulo quodam ea, quae in Christum sanctamque religionem nostram Julianus hac in epistola evomuerat, deleta sunt; aut, quum *publicae utilitatis hostem quendam latitare apud Arsacem* inquit, Christum his verbis impius Imperator significare voluit. Certe, ut supra Sozomenus docuit, ab hisce conviciis non abstinuit apostata ad Arsacem scribens; nunciatum quippe illi fuerat, regem hunc, ejurata falsorum numinum superstitione, christianae fidei dedisse nomen.» MURATORIUS. Pag. 136.

L. 3 *sq.* καὶ τέως μὲν τοῦτο ὑπερτίθεναι] Quid est τοῦτο, quod ab Arsace differri dicitur? An deditio hostis illius, quem domi abscondebat? Totus locus absurditate insignis est.

L. 4 *sq.* ἀρκεῖ γὰρ ἡμῖν] Ut Particulae sua constet vis causalis, necesse est, ut exstrinsecus aliquam sententiam arcessas, qua hians expleatur oratio. Commode supplebis σὺ

leve, tantum in singulis locutionibus cum stylo Juliani concordantiam referunt, ut Julianum se ipsum exscripsisse minus existimem, quam servum aliquod imitatorum pecus fucum nobis facere voluisse.

L. 15. Σωσιπάτρῳ] «An Sopatro, Jamblichi *κηδεστῇ*? cujus frequens in Juliani Epistolis memoria.» Fabricius. — Quem temere sequitur Tourletus adfirmans, procul dubio Sopatrum intelligendum esse, praesentemque Epistolam ab illa non differre, quam Julianus *per educatorem suorum liberorum* Sopatro misisse testatus sit in Ep. XL. Minime tamen Sopatro, sed Jamblicho illa occasione scriptum esse cognoscet quisquis laudatum locum inspexerit p. 72. lin. 6 sqq. Julianus ad Sopatrum litteras quidem dedit, ut ex eadem Epistola discitur p. 72. lin. 3. inf.: sed quod ibi memoratur argumentum a praesentibus litteris alienum est. Itaque servavi nomen in Juliani quidem rebus inauditum.

L. 16. Ἔστι τις ἡδονῆς ἀφορμὴ πλείων, ὅταν] Adumbrari videtur initium Epistolae LVII: Ἔστι καὶ μικροῦ γράμματος ἡδονὴ μείζων, ὅταν.

Ibid. ἐξῇ] Tam hoc, quam extremo Epistolae loco vulgabatur ἐξῆν. Utrobique correxi secutus doctissimum Boissonade in *Notices des Manuscrits* Tomo X. Parte II. p. 240. ubi notavit verborum desinentiam η vel ηι saepius in ην migrasse, et vice versa.

L. 17 *sq.* τὸ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἴνδαλμα] Scripsit Julianus in simili nexu Ep. XL. p. 72: τὸ τῆς σῆς εἰκόνος ἴνδαλμα. Suidas Ἰνδάλματα reddit: ὁμοιώματα, ἀπεικονίσματα. Vocabulum usitatum est Platonicis recentioribus. Vid. Creuzeri Indicem ad *Initia Philos. ac Theol. Platonicae* p. 571. In sententia morem agnosces Juliani ex Obss. p. 191. inf.

Pag. 137. *L.* 1. τὸν γὰρ τροφέα τῶν ἐμαυτοῦ παίδων Ἀντίοχον] Absque proprio nomine τοῦ τροφέως τῶν ἐμαυτοῦ παιδίων meminit Julianus Ep. XL. p. 72. quem ad locum utcunque difficultatem expedivimus historicam. Nomen *Antiochi* nusquam in Juliani scriptis rebusve deprehenditur, nulloque negotio fictum fuerit a fraudatore. Qui caeteroquin Juliani vestigiis tam presse insistit, ut eadem occasione, qua ille, τὸν τροφέα memoret, cui nempe traditae sint litterae ad familiarem perferendae.

L. 4. Εἰ δέ τι καί σοι μέλει τῶν σῶν ἐραστῶν] Sic Julianus Ep. XL. p. 75: Εἰ δὲ μέλει τί σοι τῶν ἐραστῶν τῶν σῶν.

L. 5. ἐξῇ] Vid. Obss. ad *L.* 16. sup. Loci hujus Versio sic a nobis emendari debebat: *ostendes eo, quod in scribendis rebus, quas scribere licuerit, minime deficies.*

In fine hujus Epistolae pro puncto colon erat positum. Quod nescio, utrum operarum errori tribuendum sit, an Editoris praescripto significaturi nonnulla deesse.

EPISTOLA LXIX.

Hujus Epistolae, quae meis non continetur codicibus, sententiae complures adeo sunt inconcinnae, ut interpolatus videatur mihi contextus. Quaedam leguntur utique convenientissima Juliano. Confer Obss. ad antecedentem Epistolam init.

L. 11. Φιλίππῳ] «Hic videtur, ad quem plures extant Libanii Epistolae testantis, quas a Philippo accepisset litteras, *non atramento, sed pegaseo liquore exaratas esse.*» Fabricius. — Laudatus Libanii locus extat Epp. lib. I. nr. 81. inter Latinas. In Juliani reliquiis non amplius mentio fit Philippi, qui ex longo tamen tempore familiaris illi erat, si fides habenda praesentibus litteris.

L. 12. *sq.* καὶ νομίζω πλέον ἢ ἅπαξ] In his excidisse videtur particula negativa. Repugnant enim sequentia.

L. 15. τῷ μακαρίτῃ Κωνσταντίῳ] Vid. Obss. p. 258.

Ibid. λυκοφιλία] Hoc vocabulum in H. Stephani Thesauro refertur ex Platon. Ep. 3. ubi est: τὴν ἐμὴν καὶ σὴν λυκοφιλίαν καὶ ἀκοινωνίαν. Haud dubie Julianus *diffidentiam* exprimere voluit, quae ipsum Constantiumque intercesserat. Lupis diffidimus ob imminentia ex iis mala; homines igitur illorum similes minime sunt idonei colendae amicitiae. Pindarus inimicitiam pingens lupi nomen in usum vocavit Pyth. II., 155. ubi legitur:

— — φίλον εἴη
φιλεῖν· ποτὶ δ' ἐχθρὸν ἄ-
τ' ἐχθρὸς ἐὼν, λύκοιο δίκαν ὑποθεύσομαι.

L. 16. ἐφυλαττόμην] Vitiose vulgabatur ἐφυλαντόμην.

Ibid. ὑπὲρ τὰς Ἄλπεις ἐπιστεῖλαι] Scilicet e Gallia, ubi Julianus proximum tempus degebat, e quo salutatus erat Augu-

stus. Huic loco congruenter scripsit Ad S. P. Q. Athen. p. 277, C., se prae metu Constantii familiares ipsum invisuros prohibuisse, similibus usus verbis: *ὀκνῶν δὲ ἐκείνοις τε καὶ ἐμαυτῷ γενέσθαι συμφορῶν αἴτιος.*

L. 18. *τοῦτο — τὸ γράφειν*] Iterum Ep. LIX. p. 119: *τοῦτο τὸ γράφειν.* Id quod foret *τ. τὸ γράμμα* vel *γραφόμενον.*

Pag. 138. *L.* 1. *μέν τοι*] An *μέν τι?*

L. 5. *μάλιστα μὲν δι' ὁμοιότητος*] Pervulgata sententia, quam a majoribus acceptam Plato tradit in Gorgia scribens p. 510, B: *φίλος μοι δοκεῖ ἕκαστος ἑκάστῳ εἶναι φύσει οἷόν τε μάλιστα, ὅνπερ οἱ παλαιοί τε καὶ σοφοὶ λέγουσιν, ὁ ὅμοιος τῷ ὁμοίῳ.* Aristoteles Ethic. Nic. l. VIII. c. VIII. §. 5: *ἡ δὲ ἰσότης καὶ ὁμοιότης, φιλότης.* Plura dabit Erasmus in Adagiis tit. *Simile gaudet simili*, p. 1643.

L. 10. *λαλίστερος*] Iterum sibimet Julianus *λαλίστερος* videtur Ep. LIX. p. 117. Utroque loco *λαλέστερος* a Fabricio vulgatum erat. Suidas: *Λαλίστερον· ἀδολεσχέστερον, φλυαρώτερον.*

Ibid. *Πυθαγόρειον*] Suppletur *ἔθος.* Pythagoraeorum taciturnitas in proverbium abiit, quoniam auditoribus Pythagorae silentium indictum erat quinque pauciorumve, ut alii volant, annorum. Vid. Erasmi Adagia p. 1729. tit. *Taciturnior Pythagoraeis.* In Proverbiis Graecorum (ed. Schott.) sic occurrit E Suida Cent. XII, 74: *Σιωπηλότερος ἔσομαι καὶ τῶν Πυθαγόρᾳ τελεσθέντων.* quem locum nemo, quod sciam, ex Juliano derivavit Orat. VIII. p. 251, C. ubi legitur: *σιωπηλότερος ὢν καὶ τῶν Πυθαγόρᾳ τελεσθέντων.*

L. 11. *τὰ σύμβολα*] Nimirum, ut statim aperit, phialam argenteam ac numisma aureum. Itaque *σύμβολον tesseram* significat eamque, pro re nata, *hospitalem.* Tesserae, docente H. Stephano in Thes. T. I. p. 104., non solum publice a civitatibus dabantur quibusdam hominibus sibi amicis, ut hospitaliter et amice acciperentur in oppidis foederatis; sed et privatus usus tesserarum fuit, secundum quem tessera dabatur hospitibus dimidiata, quam quicunque attulisset ad hospitem, continuo agnosci hospitioque accipi posset tanquam amicus et vetus hospes.

L. 12. *χρυσοῦ νόμισμα*] Itidem Julianus Ep. XIX. p. 27. *χρυσοῦ νομίσματος* meminit ab Hecebolo missi, pro quo argentum ipse remiserit.

L. 1. *εἰ μή τι δαιμόνιον γένοιτο κώλυμα*] Xenophon omisso Substantivo scripsit *Ἀπομν.* l. I. c. III. §. 5: *εἰ μή τι δαιμόνιον εἴη*, h. e. *nisi divinitus aliquod objiciatur impedimentum.* *Τὶ δαιμόνιον κώλυμα* legitur apud Platonem Alcib. I. post init., indeque apud Olympiodorum Comment. p. 15. (ed. Creuzer.) Pag. 139.

L. 1 *sq.* *καὶ τοῦτο δὲ αὐτὸ τοῖς θεοῖς εὐχόμεθα*] Satis incommode haec sunt posita. Licet enim proclive sit, de impedimento itineris accipere verba *τοῦτο δὲ αὐτὸ*, sententia tamen postulat, ut illa superioribus referantur in spem propinqui occursus nunciatis.

EPISTOLA LXX.

Nec haec occurrit in codicibus meis. Quum nihil contineat suspecti, genuinam ejus originem non impugnabo. Caeterum est unica, quam Constantinopoli datam esse scriptor indicarit.

L. 5. *Εὐθηρίῳ*] «Ad hunc Eutherium tres habeo Libanii epistolas manu scriptas.» Fabricius. — In Libanii Epistolarum editione Wolfiana, quae paucos annos post Fabricianum opus exiit, adsunt complures ad Eutherium epistolae. Qui poterit idem ac ille fuisse, quem summa cum laude memorat Ammianus Marcellinus l. XVI. c. VII. tanquam cubiculi praepositum in aula Juliani.

L. 6. *Ζῶμεν ὑπὸ τῶν θεῶν σωθέντες*] Similiter Ep. XIII. post init.: *Ζῶμεν διὰ τοὺς θεούς.* Cogitavit de insidiis, quas attigit Ep. XXXVIII. p. 69. In ejusdem Epistolae fine declaravit, se Diis obtulisse *χαριστήρια*: quae hoc loco per amicum vult offerri.

L. 8. *τοῦ κοινοῦ τῶν Ἑλλήνων*] Ethnicos idolorum cultores intellige.» Fabricius. — Alibi *τὸ Ἑλληνικόν.* Vid. Obss. p. 359. Sententiam habes similem Ad S. P. Q. Athen. p. 286, D. ubi se sacrificasse tradit *ὑπέρ τε τῆς ἐμαυτοῦ σωτηρίας, καὶ πολὺ πλέον ὑπὲρ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραγίας.*

EPISTOLA LXXI.

Haec etiam a codicibus meis exulat. Pro aliis apud judices intercedere, non alienum ab Juliani moribus fuisse colligitur ex Epp. XXXV. LXXII. Ad Themist. p. 259, C. D.

L. 13. Πατριάρχῃ.] «Judaeorum Patriarchae Juli, quem *αἰδεσιμώτατον* appellat, mentio in Juliani Epistola XXV. [p. 42.]» Fabricius. — Nihil autem ostendit, an idem ille sit intelligendus necne.

L. 14. Ἀμωγίλης] Quae prorsus ignota mulier. Neque conjicitur, quidnam occasionem dederit, ut ei patrocinaretur Julianus.

Ibid. *δεύτερα ταῦτα*] Praesentes igitur litterulae videntur ab Imperatore datae esse; prior autem epistola, quae non extat, tunc temporis scripta fuerit, ubi Caesar adhuc erat Julianus. Quam rem innuunt verba *διὰ τὸ δύνασθαι τοὺς κακῶς ποιοῦντας*.

EPISTOLA LXXII.

Pag. 140. Codices mei hac rursus Epistola carent.

L. 3. Διογένει] «Philosophus hic Atheniensis, ad quem Epistolae Libanii.» Fabricius. — Conf. Obss. p. 335.

L. 5 *sq.* *οἷον ἂν πατὴρ πρὸς παῖδα χαλεπήνειεν*] Fortassis in animo habuit Homerum opposito quidem sensu scribentem Iliad. IX, 481: — *ὡσεί τε πατὴρ δν παῖδα φιλήσῃ*. Odyss. XVII, 111: — *ἐφίλει, ὡσεί τε πατὴρ ἑὸν υἷα*.

L. 6. *μέσον*] Ita nude posito vocabulo *μέσος* eadem est vis ac pleniori locutioni *μέσος δικαστὴς*, quam habes e. g. apud Aristotelem Eth. Nic. V, 4, 7. Thucydidem IV, 83.

L. 8. *εἶξον τῇ φύσει*] Rursus in Juliano Fragm. p. 295, B: *εἶξαι τῇ φύσει*. Contrariam locutionem notavimus p. 236.

L. 11. *εἴτε δὴ*] Nisi pro *δὴ* legatur *δεῖ*, hoc certe subintelligendum est verbum ad Infinitivos *νικῆσαι* et *πιστεῦσαι*.

EPISTOLA LXXIII.

In codicibus meis haec quoque desideratur. Insunt complura stylum Juliani referentia, quae pro regundo lectoris de sinceritate judicio diligenter enotavi.

Pag. 141. *L.* 4. Πρίσκῳ] «Parenti Anatolii Praefecti.» Fabricius. — Intelligit Anatolium ab Juliano laudatum Orat. VII. p. 223, B. *Priscus*, Juliano familiarissimus et ab eo laudatus philosophus Ep. III. init., cum aliunde, tum ex Eunapio notus est. Miror unicam hanc ad illum extare Epistolam. Codex quidem Baroccianus eidem inscribit Epistolam XLIV.

L. 5. Ἀρχέλαον] Qui an idem fuerit, cui Libanius aliquot inscripsit epistolas, incertum est.

L. 6. ἐπιστολὰς] Talibus litteris hodie caremus. Non complures Epistolas, sed unam duntaxat, intelligi per linguae usum licet. Scribit Thomas Magister a viris doctis probatus p. 354: Καὶ ἐπιστολὴ, καὶ ἐπιστολαὶ πληθυντικῶς, ῥητορικόν. Julianus praeterea numerum pluralem usurpavit Epp. V. XLIV. quibus aeque locis una poterit intelligi Epistola.

L. 7. σύνθημα] Per id vocabulum tam hoc loco, quam initio sequentis Epistolae tessera significatur, cujus beneficio viatores usum nanciscebantur cursus publici; de quo notatum est ad Ep. XII. p. 219. Ejus interpretationis minus copiam faciunt Lexica, quam Lydus De Magistratibus Reip. Rom. lib. II. c. XI. p. 112. ubi est: ὧν ἕνεκα πολλοὶ, ποριζόμενοι παρὰ τῆς ἀρχῆς τὰ λεγόμενα συνθήματα, τῷ δημοσίῳ κέχρηνται δρόμῳ.

Ibid. πλείονα χρόνον] Incommoda verba, quae praeter rectum vertuntur: *in longius tempus*; quasi scriptum esset εἰς vel ἐπὶ πλείονα χρόνον. Vix fallemur suspicando, circa locum istum aliquid excidisse. Connexione destituuntur duae sententiae.

L. 8. σὺν θεῷ.] Hinc statuit Tourletus, Epistolam ante scriptam fuisse, quam Julianus Deorum cultum palam sequeretur; alioquin enim, putat, pluralis numerus adhibitus esset. Sed in pervulgata hac dicendi formula scriptores graeci singularem numerum aeque libenter ac pluralem usurparunt. Exempla prostant apud Vigerum De Idiot. p. 622 sq. (ed. Zeune): quibus ob Singularem addam Sophoclem Oedip. Tyr. v. 146. Ajac. v. 382. Iterum Julianus τὴν τοῦ θεοῦ προμήθειαν dixit Ep. XLIV. p. 83. ubi Sol intelligitur; quem aeque hac Epistola significari docet inferior ejus locus.

L. 9. τῶν Γαλατῶν ἀμουσίαν] Quum Γαλάται communis sit *Galatarum* vel Gallograecorum, qui in Asia minori habitabant, atque *Gallorum* denominatio, jure suo *Galatarum* expresserat Interpres. Alterum tamen sensum praetuli, quoniam perspicue *Gallorum* ruditatem alibi notavit Julianus, v. c. Misopog. p. 350, C. ubi est: τοῖς ἀναισθήτοις Γαλάταις. Ep. XXIX. p. 50, ubi occurrit: Γαλλικὴ καὶ βάρβαρος Μοῦσα. Forsitan haec ipsa, in qua versamur, Epistola ad instar alterius modo laudatae scripta fuit in Gallia, quam Caesar incolebat Julianus.

L. 10. *ὅπως ἂν ᾖ τῷ θεῷ φίλον*] Pro *ἂν* perperam *ἐὰν* erat vulgatum. Ejusmodi locutiones frequentat Julianus, e. g. Orat. IV. p. 157, B: *ἐφ' ὅσον αὐτῷ* (scil. *τῷ θεῷ*) *φίλον*. Ad S. P. Q. Athen. p. 287, B: *ὅ, τι ἂν ᾖ τοῖς θεοῖς φίλον*. Orat. VII. p. 237, A: *ὅπη ἐκείνῃ* (scil. *Ἀφροδίτῃ*) *φίλον*. ubi totus locus e Platone descriptus est Phileb. p. 154 ed. Grynaei. (Basil. 1534.) Porro Misopog. p. 352, D: *ὅπῃ τοῖς θεοῖς φίλον*. Quo in usu Plato praeiverat, e. g. Phaed. §. 2. (ed. Fischer.): *ὅπῃ τῷ θεῷ φίλον*. Crit. §. 2. init. (ed. Biester.): *εἰ ταύτῃ τοῖς θεοῖς φίλον, ταύτῃ ἔστω*. Quod Socratis effatum ut philosopho dignissimum ab Epicteto passim usurpatur, e. g. Enchir. fin., ubi videndus Heyne.

L. 11. *τὸν πάντων ἀγαθῶν ἐμοὶ αἴτιον*] Intelligitur Sol, per quem aeque juravit Ep. XIII. ubi confer notata p. 221.

L. 13. *Τὸ δὲ ὑμῖν ὅταν εἴπω, τοὺς ἀληθινούς φημι φιλοσόφους*] An Demosthenis erat memor scribentis in Orat. De Cor. p. 325, B. (ed. Wolf.): *τὸ δ' ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τὴν πόλιν λέγω.*?

L. 11. *Πρόνοια*] Majusculam induxi litteram, quam rursus Juliano darem Orat. I. p. 40, B. (p. 47 ed. Schaefer.) ubi vulgatur: *ὦ πάντα ἀγαθὴ πρόνοια*. Diserte *Πρόνοια* numinibus accensetur ab Juliano Oratt. IV. p. 149, C. VII. p. 220, A. quibus quidem locis *Πρόνοια Ἀθηνᾶ* vocatur, cujus exponuntur theologumena. Conf. Suidas vocc. *Πρόνοια Ἀθηνᾶ*. Duplicem vocabuli potestatem, qua illud proprii pariter ac appellativi nominis officio fungitur, animo conceperat Proclus Comment. in Platonis Alcib. Pr. p. 125. (ed. Creuzer.), ubi Socratis *πρόνοια* cum numine *Προνοίᾳ* confertur. Aptissimum ibi editor locum adposuit Galeni Comment. in Prognost. Hippocr. p. 118 ed. Basil.

L. 16. *ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ φιλικώτατε.*] Quam familiaria sint Juliano verba, cognosces ex Obss. ad Ep. III. fin. Quod post illa nonnihil adjicitur, id praeter morem fit *Nostri*.

Ibid. *Τὴν ἱερὰν Ἱππίαν*] De qua nusquam alibi memoratur. Haud scio, an ista sententia fuerit ab aliena manu assuta. Hic omnino locus est unicus, quo amici familiam salvere jusserit Julianus, qui nec ipsius uxorem Helenam usquam induxit. Satis tamen scriptoris hujus stylum sapit epitheton; quod qui-

dem a Fabricio per *castam* reddebatur, sed solemni *Nostri* more praestantiam innuit cujusvis generis. Vid. Obss. ad Ep. LX. p. 461 sq.

EPISTOLA [LXXIV.]

Absurdas hasce litteras nemo sanus judicabit esse Juliani. Is enim pro vitandis publicae vecturae incommodis minime coactus esset pedibus uti suis; vel, si delectationis gratia pedestre fecisset iter, nunciaturus a puerili temperasset ostentatione, quae nugarum insulsissimum venatorem prodit. Jam olim de scripti veritate dubitatum esse, codices maximam partem innuunt. Quum enim quatuor sint, eorum unicus G. litteras istas probatis Juliani Epistolis intermixtas exhibet. In codice vero H. eaedem litterae loco positae sunt a veris Juliani Epistolis remotissimo, nempe folio 74. Tum in codice K. folio 13. sociatae reperiuntur cum Epistola prae omnibus manifeste spuria, quae hac in editione numero signatur [LXXVII.] Denique codex 967, quo nihil omnino Juliani continetur, hoc solum ejus sub nomine sistit opusculum in folio 299.

L. 3. *Λιβανίῳ Σοφιστῇ καὶ Κουαίστωρι.*] Scriptor ante oculos habuit inscriptionem Epistolae XXVII. Vulgatam a Fabricio lectionem accedit codex 967. nisi quod nomen praemittit Ἰουλιανὸς, et *κοαίστωρι* scribit: qua de varietate notatum est p. 282. Reliqui codices tam ab illis exemplaribus, quam inter se discrepant. Inscribit nempe H. ut aliis locis: *Ἰουλιανὸς Λιβανίῳ.* tum K. insolito hoc modo: *Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Λιβάνιον.* tandem G. corrupte sic: *Λιβανίῳ σοφιστῇ καὶ κοιαίστωρι, Ἰουλιανῷ Εὐστάθιος φιλόσοφος.* An forte postremo membro verum servatur? P. 265. 142.

L. 4. *ἡμῖν μελλῆσαν*] Retinui vulgatam scripturam. Exhibent codices HK: *ἡμῶν.* GH: *μελῆσαν.* codex 967: *μελῆσας.*

L. 5. *τρέμειν καὶ δεδιέναι*] Passim a bonis scriptoribus jungi memini duo haec verba, inverso quidem ordine posita et in Participium flexa, ut sit *δεδιὼς καὶ τρέμων.* Ita Julian. Orat. I. p. 26, C. Demosth. De Cor. p. 350, B. (ed. Wolf.) Liban. Decl. XXXII. p. 734, C. (ed. Morell.)

L. 6 *sq. ἡμιόνοις ἀκοστήσασι καθ' Ὅμηρον*] Apud Homerum Iliad. VI, 507. XV, 263, quo Fabricius ablegavit, *ἀκο-*

στήσας non quidem de mulis, sed de equo valet. Versus est hujusmodi: Ὡς δ' ὅτε τις στατὸς ἵππος, *ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ*, etc. Homerus autem non commisit, ut ignaviam tribueret *ἀκοστήσαντι*. Petulans potius animal atque luxurians describitur; id quod rerum naturae congruit. Ἀκοστήσας enim, auctore Suida, significat: *κριθιάσας*, *hordeo pastus*.

Caeterum in quatuor meis codicibus scriptum est *ἀκοστώσαις*, quae forma flexa videtur a verbo *ἀκοστάω* vel *ἀκοστόω*, quod in Lexicis non comparet.

L. 7. *δι' ἀργίαν καὶ πλησμονὴν*] Ita libri omnes praeter codicem G., qui corrupte tenet: *δι' ἀρανγί τε καὶ πλησμονὴν*, adjecta notula marginali: «for. *ἀργίαν τε.*»

L. 8. *καὶ ψόφον μαστίγων*] Bene sic dedere codices G. et 967. Vulgatum erat, ut est in caeteris codicibus: *καὶ ψόφου καὶ μαστίγων*.

L. 9. *περίεστί μοι*] Cod. G: *περιέστη μοι*. vitiose.

L. 10 *sq.* *τῇ ὥρᾳ μεταξὺ*] I. e. hora interjecta vel subcesiva. Planius ac elegantius intermedio loco positum esset adverbium, ut apud Demosthenem In Phil. I, p. 19, A. (ed. Wolf.) et alibi: *τὸν μεταξὺ χρόνον*.

L. 11. *τὸν πόνον διαναπαύοντι*] Sic e consensu codicum emendavi, quum vulgatum esset: *διαναπαύοντι τὸν τόπον*.

Ibid. *ἵν' ἄν μοι φανείη*] Vulgo: *ἵνα ἄν μοι φανείη*. Secutus sum tres codices. Male scribit cod. 967: *ἵνα μοι φανείη*.

L. 12. *ἀμφιλαφὴς ὑπὸ πλατάνοις*] Utrumque nomen ex ipso ductum est Platonis dialogo postea laudato. In Phaedro enim disputans Socrates ad platanum assidet, de qua scriptum est p. 338, A: *ἥ τε γὰρ πλάτανος αὕτη, μάλα ἀμφιλαφής*. Lucianus quoque Socratis illam platanum attigit Amor. c. 31. (T. V. p. 292. ed. Bipont.) De Dom. c. 4. (T. VIII. p. 94. ed. Bipont.): quorum posterior locorum, ad instar nostri, mentionem injicit *Φαίδρου τοῦ Μυῤῥινουσίου*. quocum nempe confabulatus sit Socrates. — Epitheton *ἀμφιλαφὴς*, quod platanis et alibi tribuitur, e. g. Apollon. Rhod. lib. II. v. 735. Aristaen. Epp. I, 3., docte illustratur a Spanhemio ad Callimachum Hymn. in Cer. v. 27. (T. II. p. 769. ed. Ernesti), Ruhnkenio ad Timaeum p. 27. qui nec Julianei loci obliti sunt Orat. III. p. 113, A. ubi occurrit: *μάλα ἀμφιλαφέσι καὶ κατασκίοις τοῖς δένδρεσι*.

L. 13. *τὸν Φαῖδρον ἔχοντι ἐν χερσὶ τὸν Μυῤῥινούσιον*] «Ex Myrrhinunte, Atticae.» Fabricius. — In codice H. male scriptum est *μυῤῥυνούσιον*, pessimeque in codice G: *τὸν Φαῖδρον ἐν χερσὶν ἔχοντι ἢ τὸν μυῤῥινούσιον*. Reliqui duo codices vulgatam agnoscunt lectionem.

Ibid. *ἢ ἕτερόν τινα*] Sic dedi e codice G. Reliqui cum Fabricio male tenent: *ἢ ἑτερά τινα*.

L. 14. *ὦ φίλη κεφαλὴ*] Conf. Obss. ad Ep. XLVI. p. 589. — Solus codex G. cum additamento scribit: *ὦ φίλη καὶ ἱερὰ κεφαλή*. Sicuti Basilium alloquitur Gregorius Nazianzenus Orat. XX. sub fin. Etiam extra compellationem *θεία κεφαλὴ* legitur apud Julianum Orat. VII. p. 212, A. hac sententia: *τῆς θείας πολλά ποτε κατεψεύσατο κεφαλῆς*. quam Interpres prave reddidit: *multa contra Deorum honorem mentitus est.* Potius verba *τῆς θείας κεφαλῆς* Diogenem Cynicum innuunt ante nominatum; quare vertendum erat: *multa in sacrum illud caput mentitus est.*

L. 15. *ἐλευθέρου*] Codices HK: *ἐλευθέρας*.

L. 16. *κοινώσασθαί τε*] Codex G: *κοινώσασθαί σοι*.

EPISTOLA LXXV.

Haec epistola, quae meis a codicibus exulat, adeo futilis est, ut an Juliani sit, addubitare liceat. Otiosi sophistae poterit esse lucubratio. Locutiones tamen usurpantur, quas ad instar bonorum auctorum Julianus frequentavit; unde liquet, fraudatorem, si extitit, non ex toto rudem fuisse.

Nescio, utrum forte an opera consulta Fabricius omiserit, huic et sequentibus duabus Epistolis numeralia praefigere signa, quum antecedentes ornasset numeris 1—7. Conjicio tamen, ejus rei causam esse, quod istae tres e codicibus erutae sint ab iis diversis, qui praecedentes praestiterant septem Epistolas. Porro animadverti, praesenti aeque ac antecedenti duabusque sequentibus deesse scriptoris nomen, quod antea repraesentabatur in titulis. Ea tamen res ad regundum de sinceritate judicium parvi esse videtur momenti, quum Epistola proxime sequens omni veritatis specie gaudeat.

L. 3. *Εὐκλείδῃ φιλοσόφῳ.*] De quo nihil aliunde mihi quidem innotuit. Pag. 143.

L. 5. *τῆς ψυχῆς ὀφθαλμοῖς*] Frequentata multis ecclesiasticis aeque ac aliis scriptoribus locutio, de qua plura dabunt Wyttenbachius ad Plutarchum De Ser. Num. Vind. p. 94. Creuzerus ad Plotinum De Pulcr. p. 378. Boissonade ad Marinum p. 93. Notabo ex Juliano Orat. V. p. 163, A.: *τὰ ὄμματα τῆς ψυχῆς.*

L. 6. *ἀεί σοι συνεῖναι*] Optative haec expressit Julianus Ep. LX. fin. ubi est: *συνείην ἀεί.*

L. 12. *τὸν ἵππον εἰς πεδίον ἄξεις*] Ante haec verba incommodam delevi particulam *καί*. Proverbium ex optimis refertur scriptoribus in Erasmi Adagiis p. 1517. tit. *In planitiem equum.* Enunciatur autem hoc modo: *Ἐς πεδίον τὸν ἵππον.* ac tum usurpari traditur, cum quis ad id provocatur, in quo plurimum valet et quo vel maxime gaudet. Equus enim in campo tanquam in sua est arena. Ejusdem tenoris illud est: *Ἱππέας εἰς πεδίον προκαλῇ.* quod in Proverbiis Graecorum ponitur E Suid. Cent. VIII, 1. et in Apostolio Cent. X, 56. qui quidem vicinis locis exhibet similia hujusmodi: *Ἵππους εἰς λεῖον πεδίον. Ἵππους εἰς πεδίον διδάσκεις τρέχειν.*

L. 14. *μὴ κατοκνήσῃς*] Similiter Julianus ad respondendum impellit Epp. XL. p. 75. LVII. sub fin., ubi est: *μὴ κατόκνει.*

L. 16. *ὅσῳ σε φυλάττω τῇ θήρᾳ τῶν καλῶν*] Vereor, ne vitiata sit alicubi scriptura. Ratione vicinorum verborum *οὐ μόνον ἀδικεῖν* expectatur ejusmodi sententia: *quatenus a pulcrorum rerum venatione te retineo;* sed in graecis talia non magis agnosco, quam ab Interprete expressa. Is autem non incommode, sed contra textus praescriptum inseruit *minime*, quum verba redderet *οὐ μόνον ἀδικεῖν.* — Locutio *θήρα τῶν καλῶν* imitationem refert elegantissimorum scriptorum, qui venatoria vocabula de vero pulcroque investigando frequentant. Sic et ab Juliano philosophiam *θηρεύσαντες* Graeci dicuntur Orat. VII. p. 252, B, tum Ad Themist. p. 266, C: *τὴν ἡδονὴν θηρεύων.* Misopog. p. 363, D: *δόξαν θηρεύων.* Plura dabunt Wyttenbachius Ep. Crit. p. 259. (ed. Schaefer.) Boissonade ad Philostr. Her. p. 418. Astius ad Platon. Rempubl. IV, 9. p. 492. et ad libros De Legibus II, 2. p. 97.

L. 17. *ξύμπαν ὁμοῦ τὸ Ἑλληνικὸν*] Prorsus iisdem verbis usus est Julianus Ep. XXXIV. p. 54. similibusque his Ep. XL.

. 74: *παντὸς, ὡς εἰπεῖν, τοῦ Ἑλληνικοῦ.* quem ad locum nonihil annotavimus p. 359 sq.

L. 1. *ὥςπερ σκύλακα γενναῖον*] Hanc etiam comparationem, Pag. tsi diverso nexu, habes apud Julianum Orat. II. p. 86, D. ubi 144. ilites ait esse *καθάπερ σκύλακας εὐφυεῖς.* quae quidem ex imiıtione Platonis provenisse docet Ruhnkenius ad Timaeum p. 67.

L. 2. *βήματι*] « Al. *λήμματι.* » Fabricius.

EPISTOLA LXXVI.

Haec Epistola, quae apud Fabricium absque defectus indicio esinit in verbis *εἰ πέπεικας με* (Lin. 10.), reliqua parte cujusiam codicis beneficio suppleta est a Wolfio ad Libanii Epistom DCLXX. not. 17. p. 321. nec minus integra nobis oblata est i codice M. Eam tanquam Juliani laudavit Thomas Mag. p. 92. ɔi occurrit: *Ἰουλιανὸς ἐν ἐπιστολῇ· ἀποδέδωκας Ἀριστοφάνει ἐς ἀμοιβάς.* quem ad locum Oudendorpius Epistolae sedem in ɔere Wolfiano recte designavit. Libanii responsum ad has litras tam in editione Wolfii extat loco citato p. 320., quam in udato meo codice proxime post id, in quo versamur, opuscum. Itaque satis adstructa videtur sinceritas hujus monumenti, ɔet id apud Fabricium in suspecta societate prodierit, et in ɔdice meo locum invaserit a caeteris Juliani Epistolis remoım, nempe fol. 197.

L. 7. *Λιβανίῳ*] Sic apud Fabricium vulgatur. Codices aum Wolfianus aeque ac meus explicite inscribunt: *Ἰουλιανὸς ὑτοκράτωρ Λιβανίῳ τῷ σοφιστῇ χαίρειν.* quo modo codex idem ıeus inscriptionem exhibuit Epistolae I. Legem secutus sum, uam mihi praescripseram ad Ep. II. tit.

L. 8. *Ἀποδέδωκας*] Ita libri mei omnes cum Thoma Mag. l. Apud quem ex uno codice notatum est *ἀπέδωκας.* Qua tique forma Libanius initio Responsi utitur, ubi est: *σὺ δὲ πέδωκας ἐμοὶ* etc.

Ibid. *Ἀριστοφάνει*] « Aristophanem Corinthium intellige, lenandri filium, Praefectum Aegypti; pro quo Libanii Oratio VII.] extat Tom. II. p. 210. edit. Morellianae. » Fabricius. — ıristophanes ille sub Imperatore Constantio mulcta damnatus rat numaria, quonam a judice nescio. Reus autem factus erat,

quod astrologos consuluisset. Juliani epistola quadam obscuritate laborat, quoniam accurata factorum scientia caremus, nedum exitum causae compertum habeamus. Caeterum Aristophanem Imperatori Juliano maxime devotum fuisse, liquide prodit e Libanii ad Aristophanem Epistola, quae Juliani obitum conqueritur.

L. 12. *ἡ Παύλου συκοφαντία*] « Pauli hujus, qui delatoribus Aristophanis apud Constantium Imp. adfuit, mentio in eadem Libanii Oratione p. 222, D. » Fabricius. — Item Julianus Ad S. P. Q. Athen. p. 282, C. inter alios *συκοφάντας* meminit *Pauli*, qui quidem a praesentis loci viro non diversus fuerit. Idem ab Ammiano Marcellino lib. XIV. c. V. §. 6. *tartareus ille delator* appellatur; atque deinde lib. XXII. c. III. §. 11. imperante Juliano vivus exustus esse traditur.

Ibid. τοῦ δεῖνος] « Constantii Imp. » Fabricius. — Quae sane veri similior est conjectura, quam haec Tourleti versio: *le jugement du public.*

L. 13. *Ἐκεῖνα μὲν γὰρ*] E codice meo dedi *μὲν*, quum incommode vulgatum esset *τε*.

L. 14. *δράσασιν*] Apud Fabricium vitiose *δράσεσιν*.

L. 16. *εἰ μή τι σφάλωμαι*] Ita cum codice meo scripsi, quum utroque libro edito scriptum esset *εἰ μήτε σφάλλομαι*. Similiter Ep. XL. p. 75. edidi: *εἰ μὴ σφάλωμαι*. Conjunctivus autem post *εἰ μὴ*, praesertim in Aoristo secundo positus, non infrequens est apud scriptores. Vid. Creuzerus ad Olympiodorum Comment. in Platonis Alcibiadem Pr. p. 6. not. 14. et p. 92. not. 10.

Ibid. ἀγαπηθήσονται.] Sic bene dedit codex meus pro vulgato *ἀγαπήσονται*.

L. 17. *μᾶλλον δὲ μεταπέπεικας*] Haec verba partem illam incipiunt, quam ignoravit Fabricius.

Pag. 145. *L.* 2 *sq. καὶ φιλαληθεῖ ῥητόρων*] Sic in codice meo scriptum occurrit. Is autem in margine tenet a prima manu: *γρ. καὶ ἀληθείας ῥήτορι*.

L. 3. *τὸ ἐπὶ τούτοις*] Primo loco Wolfius perperam exhibet *τῷ*. neque secus in contextu scriptum est codicis mei, qui tamen superne meliorem infercit scripturam. Deinde codex idem tenet *ἐπὶ τούτοις*. Primitivam scripturam confirmat exemplar Wolfianum.

L. 4. *μετατίθεμεν αὐτῷ*] Sic apud Wolfium. Codex meus: *μετατίθεμεν αὐτῷ*.
ου

L. 6. *Σύν τε δύ' ἐρχομένω*] Proverbium ex Homero ductum Iliad. X, 224. ubi Diomedes exploratum iturus, quid agant Trojani, comitem sibi dari postulat causans:

Σύν τε δύ' ἐρχομένω, καί τε πρὸ ὃ τοῦ ἐνόησεν,
Ὅππως κέρδος εἴη.

I. e. *Si duo conjuncti veniant, hic prior illo videt, quomodo commodum sit.* Non integrum locum, sed initium tantummodo audavit Julianus ad instar Platonis aliorumque scriptorum ab Erasmo citatorum in Adagiis p. 234. tit. *Duobus pariter euntibus.* Quibus quidem addi poterat Aristoteles Eth. Nic. lib. VIII. c. I. 2. (ed. Zell.) Monetur ea sententia, si duo conjuncti negotium aliquod suscipiant, cuncta melius procedere.

Ibid. *ἐγὼ καὶ σὺ*] Sic uterque liber exhibet. Ubi eadem verba comparent in Juliano Orat. VII. p. 234, C., ibi fide codicis mei scriberem *ἐγώ τε καὶ σὺ*, quem ad modum *ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς* vulgatur in Misopog. 352, C.

L. 8. *ἀδόλως*] Ita legendum esse bene monuit Wolfius, qui quidem e codice posuerat *ἀδόλους*, ut et in codice meo scriptum reperi. Similis confusionis exemplum jam occurrebat Ep. XIV. fin.

L. 10. *οὐ γράφειν, ἀλλὰ διαλέγεσθαι*] Redit eadem sententia Ep. XXXVIII. p. 69: *Ταῦτα μὲν οὖν ἴσως οὐ γράφειν, ἀλλὰ φράζειν χρή.*

L. 11. *Ἐῤῥωσό μοι, ἀδελφὲ ποθεινότατε καὶ προσφιλέστατε.*] Talibus verbis et aliae finiuntur Juliani epistolae. Vid. Obss. p. 180. In codicibus tamen Wolfiano pariter ac meo stantibus adhaerent aliquot sententiae, quae vulgo sub peculiaris Epistolae forma circumferuntur signatae numero XIV. ubi jam ejus rei mentionem feci p. 222. Contra librorum auctoritatem suo more Tourletus commisit p. 411, ut illam decimam quartam praesenti Epistolae tanquam ejus initium praeponeret.

Libanii responsum, de quo supra memoratum est, lectori obtrudere nolui. Nihil enim gravitatis habet, plurimum vero sophistici fuci.

EPISTOLA [LXXVII.]

Suppositiam esse hanc Epistolam adeo manifestum est, ut satis mirari non possim, ejus veritati ne verbo quidem oblocutum esse Fabricium. Quae hinc elucent, intolerabilis arrogantia prorsusque ridicula jactatio, non minus ab indole Juliani sunt alienae, quam ab ejus stylo vocabula quaedam abhorrent monstruosa, quae nonnisi ab insulsissimo nebulone poterant effingi. Quid enim sonat *ποικιλοκαρόμορφοι* vel *εὐμορφοποικιλοκαθαρόμορφοι*, vel quocunque demum modo legendum sit? quid vero *Σαγάδαρες*, vel *Ἀγαδήρες*, similive quid? Jam proximis ab Juliani obitu temporibus, quibus Christianorum odium in fidei desertorem liberrime grassabatur, confictas existimo has litteras ab homine pie doloso, qui memoriam Imperatoris hujus infamari cupiverit. Per decursum autem saeculorum insigni videtur celebritate gavisum esse hoc scriptum, tanquam quod supra modum esse multiplicatum ostendunt lectiones unoquoque versu mirum in modum variantes.

Non defuere, qui falsitatem hujus opusculi agnoscerent. Olim anonymus in codice Basilii manuscripto, sicut in Editione mox laudanda refertur, spectata hac non minus, quam ad hanc responsoria Basilii epistola, talia monuit e regione tituli: *οὔτε τῷ ἤθει, οὔτε τῷ χαρακτῆρι, οὔτε μὴν τῇ λέξει τῆς ἑρμηνείας δοκοῦσι μοι προσήκειν αἱ δυὸ αὗται ἐπιστολαὶ τοῖς ἀνδράσιν, οἷς ἀνάκεινται.* h. e. *nec instituto, nec ingenio, nec dicendi genere mihi videntur duae illae Epistolae viris illis, quibus adscriptae sunt, convenire.* Bleterius quoque pronunciavit in *Vie de Julien* lib. IV. p. 224., mutuas Juliani et Basilii litteras utroque viro esse indignas, ideoque nusquam ab ipso in usum vocari. Recentissimus denique Juliani interpres Tourletus existimavit, Imperatorem hunc Basilio tale quid scripsisse, quale haec Epistola contineat; eam vero hunc in modum alteratam esse. Jam ad indicandos pergam libros, quos praeter Fabricianum adhibui recensendo textui foetus impurissimi.

Vulgo cum Basilii Magni Epistolis haec circumfertur, ut vel Fabriciana prodit inscriptio hujusmodi: *Epistola ad Basilium Magnum, inter Basilianas* CCVII. *auctior editis.* Equidem optime sum usus Basilii editione cura Monachorum ordinis S. Benedicti,

e congregatione S. Mauri, praestitam; quam quidem intelligas, quoties laudari videris *Bened.* Ejus igitur editionis Tomus III. p. 122. sub numero XL. praesentes exhibet litteras non minus integras, quam apud Fabricium habes. Hic igitur praedicans: *auctior editis*, illam non inspexerat Basilii editionem, anno quidem ipsius libro priorem; unde sequitur, lectiones, quas ex *Editis* hinc inde Fabricius adnotavit, non illi novae, sed anterioribus Basilii editionibus esse tribuendas a me quidem non collatis. Declarat autem Bened., hujus Epistolae contextum *adeo in libris editis mancum et corruptum esse repertum, ut totum ex antiquis codicibus describi oporuerit.* Convenso ad manuscriptos libros occurrebant mihi sex Parisienses, quos non sine taedio contuli. Videlicet usu nostro tritis codicibus HKM. accessere tres, qui verorum Juliani scriptorum nihil continent. Signantur ii numeris 1310. 1603. 1031: quibus in his Observationibus litterae respondent *a. b. c.* Primus, folia continens 81. et saeculo XVI. exaratus, hanc Epistolam exhibet pagina 9. Secundus, folia continens 444. saeculoque XV. scriptus, eandem offert in folio 161. Tertius, folia habens 400. et ineunte saeculo XVI. ortus, idem praestat folio 358. Ex eo, quod isti tres codices unicum hoc sub Juliani nomine scriptum tradunt, ejus origo satis jam suspecta fit. Neque autem tacebo, supra mandatos codices HKM. quodam modo copiam facere, de hujus Epistolae veritate dubitandi. Scilicet extra nexum cum Julianeis ponunt codices HM., alter in folio 72. alter in folio 213. Tum idem H. cum tertio codice K. praesentibus litteris comitem dat Epistolam [LXXIV.], quae manifeste spuria mihi quidem videtur. Praeter memoratos codices in Monacensi quoque servantur hae litterae, prout ostenderit Hardtii notata: «Titul. Βασιλείῳ. Init. Τὸ ἐμφυτον ἐκ παιδόθεν.»

Ε. 17. Ἰουλιανὸς Βασιλείῳ.] Hanc inscriptionem e Bened. assumsi, quum apud Fabricium esset nulla praeter latinam illam superiori loco delibatam. Variant codices mei. Nimirum inscribitur in HKc. ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου πρὸς τὸν μέγαν Βασίλειον. Porro in *a* Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης τῷ μεγάλῳ Βασιλείῳ. Tum in M: Ἰουλιανὸς πρὸς τὸν μέγαν Βασίλειον. Tandem in *b.* minus plene: Ἰουλιανοῦ. Cognomentum, quod per plurimos codices Juliani nomini sociatum vides,

invidiam prodit, qua ducti sunt impuri hujusce foetus patroni. Quanquam enim haud pauca protulit aetas Julianum infamantia cognomenta, (quorum duo tritissima copulavit Suidas scribens: Ἰουλιανὸς ὁ παραβάτης καὶ ἀποστάτης,) tamen equidem in scriptis codicibus, qui hujus Imperatoris opera tradunt, ejus generis nullum usquam inveni, si unicum excepero codicem K., qui παραβάτου nomen semel repraesentat in titulo Epistolae [LXXIV.] pariter spuriae. Quod autem eodem additamento codices duo Responsum ad hanc Epistolam onerant, ut in Observationum fine monstrabitur, id consentaneum est nec pro novo testimonio numerandum.

L. 18. Τὸ ἔμφυτόν μοι] Deest μοι in codicibus *a. b.*

Ibid. ἐκ παιδόθεν] Praeeunte codice M. in duas voces discerpsi vulgatum ἐκπαιδόθεν. Neutra autem scriptura sermonem refert bene graecum. Probe Julianus ἐκ παίδων dixit Oratt. I. p. 15, D. IV. p. 130, C. ἐκ παιδαρίου, Ep. IX. init. Caes. p. 324, D. Misopog. p. 340, D.

Ibid. μέχρι] Apud solum Fabricium μέχριγε. (sic).

L. 19. ἐπιδεικνύμενος] Solus Fabricius: ἐπιδεικνύμενον.

Pag. 146. *L.* 1. ἐκομισάμην] Bened. et cod. *c*: ἐκομίσαμεν. male.

Ibid. τοὺς οἰκοῦντας τὴν ὑφ' ἥλιον.] Fabricius: ὑφήλιον. vitiose. Diverso ordine codex *c*: τοὺς τὴν ὑφ' ἥλιον οἰκοῦντας. Codex M: τοὺς κατοικοῦντας τὴν ὑφ' ἥλιον. Supplendum esse γῆν, in oculos occurrit.

L. 2. μέχρις ὁρίων ὠκεανοῦ ποταμοῦ] E Bened. scripsi μέχρις pro μέχρι. Tum e codice M. adjeci ποταμοῦ. quam vocem et in ipsorum aliquot codicibus inveniri testantur Editores Bened. Fraudator, mea quidem sententia, talem flosculum ex Homero adspersit, quem ab Juliano frequenter adumbrari noverat. Poëtae loca sunt Iliad XIV, 245. XVIII, 606. Odyss. XI, 638.— Caeterum codex M. e scholio, puto, verbis nostris praemittit haec: οἱ κατοικοῦντες.

Ibid. κομίζον] Mendose κομίζων in codicibus M*b*.

L. 3. Σαγάδαρες] Ita codex M. cum Bened., cujus Editor adfirmat, eam scripturam ex antiquissimis quibusque codicibus expressam esse, quum olim vulgatum esset οἱ Ἀγαδήρες. Quam utique scripturam ex Editis adnotavit Fabricius, ipse quidem e MS. Mediceo vulgans Σαγάδηρες. et ex alio codice laudans: οἱ

Δαγαρεῖς. Mei codices diverse tenent; nimirum *a:* γάδαρες. *b:* σαδάγαρες. *c:* σαγδάρες. HK: οἱ ἀγαύαρες. Quae omnia contemtu potius, quam examine digna sunt. Nunquam enim ejusmodi nomine gens innotuit. Referente tamen Tourleto, a priscis nonnullis Geographis, quos quidem non appellat, fluvius memoratur *Agarus* e Sarmatia Paludem influens Maeotida, nec non *Saganum*, hodie *Sagan*, quod nomen oppido aeque ac Principatui convenit in antiqua Silesia sito.

L. 3 *sq.* οἱ περὶ τὸν Δάνουβιν ἐκτραφέντες] Ad fidem Bened. codicumque meorum omnium omisi vocem ποταμὸν, quam solus Fabricius post Δάνουβιν addit. In reliquis verbis plus minusve dissentiunt libri. Tenet enim Bened. cum codicibus HK *b.* παρὰ pro περὶ. Tum cod. *a:* δάννουβιν. cod. *c:* δανούβην. cod. M: δανούβιον κατοικοῦντες. cod. *b:* δανούβιον. Tale autem Danubii nomen in graeco sermone barbare sonat. Recte fluvius ille vocatur Ἴστρος apud Julianum Orat. III. p. 107, B. Caes. p. 326, C. Ad S. P. Q. Athen. p. 279, D.

L. 4. καὶ Γόττοι ποικιλοκαρόμορφοι] Fabricianam hanc servavi scripturam ut aliquanto minus portentosam ea, quam reliqui libri tenent. Proxime accedit codex M. scribens ad instar alterius codicis a Fabricio laudati: οἱ γοττοποικιλοκαϑαρόμορφοι. Contra longissime distat Bened. cum codicibus meis HK *b c.* sic exhibens: καὶ εὐμορφοποικιλοκαϑαρόμορφοι. quod vertitur: *pulchrivaripuriformas.* Unde exclusa una syllaba tenet codex *a:* καὶ εὐμορφοποικιλοκαρόμορφοι. Sunt et aliae scribendi rationes. Nimirum in Bened. duobus e codicibus, et apud Fabricium ex uno codice notatur: εὐμορφοποικιλοκανϑαρόμορφοι. Tum ex Editis Fabricius laudat: καὶ εὐμορφοποικιλοκαϑαρόμορφοι. Ut verborum formatio petulantiam, ita sententia inscitiam prodit impostoris. Gothi enim inter illos nusquam relati sunt populos, quibuscum negotium erat Juliano. Qui potius eos *sprevit*, auctore Ammiano Marcellino lib. XXII. c. VII. §. 8. Caeterum quod in Fabricii Versione *Getae* legebatur, errori debetur olim vulgari.

L. 5. ϑέα ὁμοιοειδὴς ἀνϑρώπων,] Male Fabricius ὁμοειδὴς exhibet. Meliorem scripturam dedere Bened. et quinque codices HK *a b c.* Sextus codex M. pro verbis illis tenet ὁμοιότης ἀνϑρώπων. Pro ϑέα legitur ϑέαμα in HK. tum ex uno codice Fabricii laudatur: ἀνϑρώποις.

Ibid. *ἀγριαίνουσα*] «Editi: *ὑπερβαίνουσα*» Fabricius. — Libri mei omnes in vulgata lectione conveniunt.

L. 5 *sq.* *οὗτοι καὶ αὐτοὶ κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν προκυλινδοῦνται*] Tria priora vocabula desunt in cod. M: secundum et tertium in Bened. et codd. *a b c.* Extremum verbum, quod Fabricius loco posuit vulgatae olim scripturae *προςκυλινδοῦνται*, probatur a meis codicibus HKM *a.* duobusque aliis in Bened. laudatis. Textus autem Editionis Bened. fide quatuor codicum exhibet *προκαλινδοῦνται.* quod meus agnoscit codex *b.* Duplex scriptura sic offertur in codice *c*: *προκαλινδοῦνται.* Constat, utramque formam in scriptoribus occurrere.

L. 7. *ὑπισχνούμενοι ποιεῖν ἐκεῖνα, ἅπερ τῇ ἐμῇ ἁρμόζει βασιλείᾳ.*] Codices *a b c* post primum verbum adjiciunt *μοι.* Codices HK. totum locum ita scribunt: *ὑπισχνούμενοι ἐκεῖνα ποιοῦντες, ἃ πάντα τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ ἁρμόζει.* pauloque secus codex M: *ἐκεῖνα μοι ὑπισχνούμενοι, ἅπερ ἁρμόττει τῇ ἐμῇ βασιλείᾳ.* Bened. cum Fabricio consentit, nisi quod pro verbo *ἁρμόζει* interpretamentum tenet *πρέπει*, sicut mei codices *a b c.*

L. 8. *Οὐχὶ δὲ ἐν τούτῳ*] Tota haec et proxima sententia, quae verbo finitur *ὑποτελεῖς*, absque defectus indicio praetermittitur in codicibus HKM.

Ibid. *ἀλλὰ δεῖ με*] Medio loco perperam *δὲ* scriptum est in codice *b.*

L. 9. *τῆς Περσῶν*] Ita cum Fabricio codices *b c.* Subintelligitur *γῆς.* Eodem modo locus inferior habet *τὴν Ἰνδῶν καὶ τὴν Σαρακηνῶν.* Sine ellipsi scriptum est *τῶν Περσῶν* in Bened. et in cod. *a.* Caeterum immerito Tourletus Persarum offenditur nomine, quod alienum esse putat a stylo Juliani, qui Parthos appellare soleat gentem tunc temporis Mediae vicinisque provinciis imperantem. Interpretem totius Juliani fugere non debebat, eum scriptorem in Ep. XXV. versus finem *τὸν τῶν Περσῶν πόλεμον* vocasse bellum tunc imminens, nec non in Misopog. p. 344, B. *τὰ Περσῶν βέλη* dixisse tela gentis ejus, cui bellum illaturus erat. Conf. Obss. ad Ep. LXVII.

Ibid. *τὸν Σάπωριν*] Omisso quidem articulo, quem plurimi libri tuentur, ita nomen proprium exhibetur in Bened. et in meo codice *c*; nec aliter in Suida legitur T. III. p. 283: *Σάπωρις, ὁ τῶν Περσῶν βασιλεύς.* Codex *a.* tenet *τὸν σαπώρην.* quae scri-

ptura vulgatur in Zosimo l. III. c. VIII. §. 3. (ed. Reitemeier.) Quum vero praeter unum illum codicem omnes libri mei terminationem *ιν* agnoscant, adeo ut in Fabricii textu habeas *τὸν Σάπφορiν*, et in ejusdem Notis: « Al. *Σάβωριν, Σάπαριν.* », posthabendam esse duxi formam in *ην* desinentem, quae forte tamen verior est. Per eam enim virum eundem *Σαβώρην* appellant Agathias, Theophanes, Sozomenus aliique, teste Valesio ad Ammianum Marcellinum lib. XXIV. c. II. §. 9. Quod nova variatione *σαβόριον* scribitur in meo codice *b*, id vitiosissimum est. Caeterum ex historia satis notus est ille Sapor, rex Persarum, qui temporibus Constantii et Juliani plurimas incursiones fecit in Romani imperii fines.

Codex M., quo praetermitti nonnulla jam indicavi, haec nostra quidem et aliquot vicina verba continet, sed in locum inferiorem detrusa post illas voces: *ἐπὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον.* Quibus nempe sic additur, ut fere praesenti loco legimus: *τοῦ καταλαβεῖν με καὶ τροπήσασθαι σάβαριν τὸν ἀπόγονον Δαρείου γεγονότα.*

L. 10. *τὸν ἀπόγονον*] Ita quotquot vidi libri. Notatur in Bened. « Quidam codices *τὸν ἀπὸ γένους.* »

L. 11. *ὑποτελής μοι*] Ibidem ex uno codice notatum est: *ὑποτελής μου.*

Ibid. ἐνταῦθα] « Al. *ἐν ταυτῷ.* » Fabricius. — Utique sic inveni scriptum in Bened. meoque codice *b*. Reliqui vero codices mei Fabricianam probant scripturam, cui favet etiam illud *ἐνθαῦτα*, quod ex uno codice laudatur in Bened.

Ibid. τὴν Ἰνδῶν καὶ τὴν Σαρακηνῶν] Sic omnes libri praeter Fabricium, qui solus exhibet: *τὴν Ἰνδῶν ἅμα καὶ Σαρακηνῶν.*

L. 12. *ἄχρις οὗ καὶ αὐτοὶ πάντες*] Ita Fabricius. Reliqui: *ἄχρις οὗτοι πάντες.*

L. 13. *βασιλείας γίνωνται τῆς ἐμῆς ὑπόφοροι*] Vox *βασιλείας* apud solum Fabricium aderat. Bened. cum codicibus meis *a b.* sic tenet: *τῆς ἐμῆς γίνωνται ὑπόφοροι.* Tum vitiose cod. *c: τὴν ἐμὴν γένονται.* cum interlineari scriptura *τῆς ἐμῆς.*

L. 13 *sq.* *Ἀλλ' αὐτὸς ἐπέκεινα*] Post omissionem, quam supra notavi ad *L.* 8, hoc loco pergunt codices HK. ita quidem exhibentes: *αὐτὸς δὲ ἐπέκεινα.*

L. 14. *πεφρόνηκας*] Solus Fabricius habet *πεφρόντικας*. adnotata quidem ex *Editis* altera lectione, quam e praescripto reliquorum librorum adoptavi. In codice M. supra verbo nostro scriptum est *κατα*.

Ibid. *εὐλάβειαν μὲν λέγων*] Tam in codicibus HK., quam apud Fabricium occurrebat particula *μὲν*, quae alibi male desideratur.

L. 15. *ἀναίδειαν δὲ προβαλλόμενος*] Sic utraque Editio cum codicibus HK *a*. Verum cod. M: *καὶ ἀναίδειαν προβαλλόμενος*. Codex *b*: *ἀναίδειαν δὴ προβαλόμενος*. Tum codex in Bened. laudatus in margine fert adscriptum: *περιβαλλόμενος*. quod utique verbum in contextu sic repraesentat codex meus *c*: *προ περιβαλλόμενος*.

L. 16. *ὡς ἀνάξιόν με τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας γεγονέναι.*] Sic integre Fabricius edidit. Bened. et codices mei HK *b*. omittunt *ὡς*. Articulus *τῶν* exulat a codd. HK *c*. Magis discrepant codices M *a*. quorum prior exhibet: *ὡς ἀνάξιον ὄντα τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας*. alter vero: *ἀνάξιόν με εἶναι τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας*.

L. 17. *Κωνσταντίνου*] Sic Fabricius edidit adjecta notula hujusmodi: « MSS. *Κωνστα* — — — Editi *Κωνσταντίου*. » Miror, in Bened. servatam esse vocem *Κωνσταντίου*. quum in uno codice reperissent Editores *Κωνσταντίνου*. Persuasum equidem habeo, provocari ad illum, qui maxima celebritate fruebatur apud Christianos. Codices minime prosunt, si unum exceperis modo laudatum. Reliqui ab editore Bened. tenere dicuntur *Κώνστα*. quaemadmodum e suis MSS. enotasse vidimus Fabricium, nisi quod is per lineolas inopiam significavit, utrum e praescripto codicum, an lubitu suo nescio. Mihi similiter occurrebat *Κώνστα* in codicibus M *b*; tum *Κῶνστα* in codice *c*. qui quidem ita corrupte totum locum exhibet: *ὡς Κῶνστα τοῦ κρατίστου οὐ γέγονα*. Porro *Κώνσταντος* inveni scriptum in codicibus HK *a*. quorum duo priores etiam in vicinis verbis variant ita tenentes: *ἢ οὐκ οἶδας, ὅτι Κώνσταντος τοῦ κρατίστου ἀπόγονος τυγχάνω*; Solemnis est illorum nominum confusio, quoniam per compendium scripturae saepissime repraesentabantur. Exemplum permutationis jam aderat Ep. XXVI. p. 280.

L. 18. *οὕτω γνωσθέντων ἡμῖν*] Sic Bened. et codd. mei *b c*. Nec aliter voluisse Fabricium, qui quidem *ὑμῖν* exhibet, illius ostendit Versio. In aliis libris ita variat scriptura, ut pro tribus illis verbis codices HK. teneant *λεχθέντων μοι*. codex M: *οὕτως μοι διαφημιασθέντων*. quod verbum in *διαφημισθέντων* emendandum foret. Porro Bened. pro voce *γνωσθέντων* ex uno codice memorat in notula: *λεχθέντων*. adjecta interpretatione: *quamvis haec de te dixerim*. Cod. *a*. pro *ἡμῖν* habet *ἡμεῖς*.

Ibid. σου ἕνεκα] Bened. *σου εἵνεκα*. Cod. *c*: *οὗ ἕνεκα*.

L. 18 *sq. οὐδὲ τῆς προτέρας ἐξέστημεν διαθέσεως*] Ita codd. *a b c*. cum Edd. Scriptum est in codicibus HK: *οὐδὲ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐξίσταμαι τῆς πρὸς σὲ διαθέσεως*. in codice M: *οὐκ ἐξίσταμαι τῆς προτέρας μου διαθέσεως*. ubi postremae voci superscribitur *περί σε*.

L. 19. *ἥςπερ ἔτι νέοι ὄντες*] Ita plane codices *a b c*. quibus consentit Bened., nisi quod *ἧς* exhibet. Apud Fabricium paulo mutato ordine legitur: *ἥςπερ νέοι ἔτι ὄντες*. Totum locum ita concinnat codex M: *ἧς ἐγὼ καὶ σὺ κοινῇ μετεσχήκαμεν*. Postremis autem verbis a prima manu haec imponuntur: *νέοι ὄντες*. Scriptura codicum HK. mox adferetur.

Ibid. τῇ ἡλικίᾳ] Codex *c*: *τὴν ἡλικίαν*.

L. 1. *ἐγώ τε καὶ σὺ μετεσχήκαμεν*.] Pro *ἐγώ τε* solus Fabricius *ἔγωγε* tenet. Idem post verba nostra hanc notulam habet: «Editi addunt: *τὰ βέλτιστα γράμματα. cum bonas litteras disceremus.*» Itidem Bened. monet, ea verba cum in Editis comparere, tum in uno codice, qui quidem adjiciat *μαθόντες*. in caeteris autem codicibus deesse. Duplex Editorum exemplum secutus additamentum arcui, praesertim cum in quatuor meorum codicum ejusmodi nihil invenissem. Adversantur duo codices HK., qui totum locum ita corrupte repraesentant: *ἧς ἐγώ τε καὶ σὺ, νέοι ἔτι ὄντες, ἅμα μεθήκαμεν τὰ βέλτιστα γράμματα.* Pag. 147.

Ibid. ἀλλὰ γαληνῷ] Sic Bened. et codices M *a b c*. quum a Fabricio vulgatum sit *ἀλλ' ἢ γαληνῷ*. Nova variatione scribitur in codicibus HK: *καὶ νῦν ἰδοὺ γαληνῷ* etc.

L. 2. *δέκα ἑκοντάδας*] Pro his *χιλιάδα* legitur in codicibus HK.

Ibid. χρυσίον] Codices *a b*: *χρυσοῦ*.

Ibid. λιτρῶν] « Λίτρα Romana, Italica, Campana, pondere 96 drachmarum, unciarum duodecim, 24 *Loth.* Librae 125 faciebant talentum auri: librae mille, octo talenta; summa, quam a Romanis postulasse discedentes Gallos notavit Plutarchus in Camillo p. 143. » Fabricius.

L. 3. ἐν τῇ παρόδῳ μου τῇ κατὰ τὴν Καίσαρος] Subintellige πόλιν. Codices *a b.* scribunt: ἐν τε τῇ etc. Codex *c*: ἐν τῇ κατὰ τὴν πάροδον τὴν κατὰ τὴν Καίσαρος. Reliqui mei codices tam ista praetermittunt, quam sequentia plurima verba: quod ita tamen fit, ut lectiones commodo sensu non careant. Sic enim in codice M. post verba παρὰ σοῦ pergitur: μέλλοντί μοι βαδίζειν ἐπὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον. et in codicibus HK. post eadem illa verba sequuntur haec: ἐπὶ τὸν Περσικὸν μέλλοντι ὁδεύειν πόλεμον. Caesarea, cujus nominis plures inclaruerunt urbes, ex animo scriptoris Cappadociae caput significat, ubi Basilius Magnus vixit archiepiscopus.

L. 3 *sq.* ἔτι μου κατὰ τὴν λεωφόρον ὑπάρχοντος] Sic Bened. meique codices universi; non exceptis HKM. Priores enim duo, quos aliquot hujus loci verbis carere dixi, haec tamen repraesentant subjecta illis: ὁδεύειν πόλεμον. nec non in codice M. exhibentur eadem a prima manu, quanquam extra nexum, adscripta margini. Qui cum tantus sit librorum consensus, aeque commodam posthabui solius Fabricii lectionem: ἑτοίμους κατὰ τὴν λεωφόρον ὑπάρχοντας. ubi tamen mallem ὑπάρξοντας. ut probaretur Fabricii versio: *paratas futuras in via.* Ad explicandam lectionem nostram ista valet e Bened. descripta notula: « Videtur Julianus imitari consuetudinem Alexandri Severi, sub quo narrat Lampridius *itinerum dies publice proponi solitos esse, ita ut Edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: Illa die, illa hora ab urbe sum exiturus, et, si Dii voluerint, in prima mansione mansurus: deinde per ordinem mansiones, deinde stativa, deinde ubi annona accipienda esset* etc. »

L. 4 *sq.* μέλλοντός μου βαδίζειν ἐπὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον.] Servavi lectionem Fabricii, cujus adfinis est scriptura codicum HK: ἐπὶ τὸν Περσικὸν μέλλοντι ὁδεύειν πόλεμον, codicisque M: μέλλοντί μοι βαδίζειν ἐπὶ τὸν Περσικὸν πόλεμον. Alterum est lectionis genus hujusmodi: ἀφικνουμένου μου ἐπὶ τὸν

ερσικὸν πόλεμον. Ita Bened. meique codices *a b c.* nisi quod o quatuor extremis verbis in *a c.* scribitur: *κατὰ τὴν τῶν Περ-ν*, et in *b*: *κατὰ τὴν Περσῶν.*

Hoc abhinc loco tres meorum codicum a vulgatis lectionibus eo recedunt, ut multa sint mutata, alia omissa, pleraque ansverso ordine posita. Quum igitur sine summa molestia et scuritate fieri non potuisset, ut singulis contextus partibus rptim adponeretur lectio varians, equidem lectori non minus atum, quam mihimet commodum esse putavi, si reliquam pistolae partem, qualem isti codices exhibent, continuo nexu praesentavero: id quod inferiori hujus paginae loco praestiti, tem ostendit hoc signum *).

L. 5. *ἑτοίμου ὄντος μου*] Haec verba, quae recepi e Bened. eisque codicibus *a b c*, male desunt apud Fabricium, ut i nescias, unde pendeant Infinitivi sequentes. Codices mei KM. scribunt: *ἑτοίμως μου ἔχοντος.* Unus codex in Bened. emoratus ita totum locum exhibet: *καὶ εἰ μὴ τοῦτο ποιήσεις, οίμως ἔχω ἀνασκυάσαι τὴν Καίσαρος.*

L. 5 *sq. εἰ μὴ τοῦτο ποιήσεις*] Apud Fabricium *ποιήσειας.* cutus sum Bened. cum codd. *a b c.* Tres reliqui codices istis rent verbis.

---

*) Codex M: *Τὸ οὖν ἐξονομασθὲν χρυσίον ἐξαριθμοκαμπανοζυγοτρυτανήσας καὶ διαμετρήσας ἀπόστειλόν μοι εἰ σύνοιδας δι' οἰκείου σοῦ πιστοῦ δακτυλίῳ τῇ σῇ σφραγισάμενος. ἵν' ὀψέ ποτε ἐπιγινώσκοντι ἐμοῦ τὸ ἀπαραίτητον, γαληνός σοι φανῶ περὶ τὰ ἐπταισμένα. ἑτοίμως μου ἔχοντος ἀνασκατίσαι πάντα τόπον τοῦ Καίσαρος, καὶ κατασκάψαι τὰ πάντα αὐτῆς ἐγηγερμένα καλλιουργήματα, ναούς τε καὶ ἀγάλματα ἀναστῆσαι κατὰ τόπον, καὶ πείθειν τοὺς ἐν αὐτῇ οἰκοῦντας, εἶκειν βασιλεῖ Ῥωμαίων καὶ μὴ ὑπεραίρεσθαι. ἃ γὰρ ἀνέγνων ἔγνων καὶ κατέγνων.*

Codices HK. plane inter se consonantes: *Τὸ οὖν ἐξονομασθὲν χρυσίον ἐξαριθμοζυγοκαμπανοτρυτανίσας, ἔκπεμψον δι' οἰκείου σοι πιστοῦ· δακτυλίῳ τῷ σῷ ἐκσφραγισάμενος· ὥστε καὶ ὀψέ ποτε γαληνότερόν σοι γενέσθαι περὶ τὰ ἀπεσταλμένα. ἑτοίμως ἔχοντός μου ἐξαναλῶσαι πᾶσαν τὴν Καίσαρος καὶ καταστρέψαι αὐτῆς τὰ ἐγηγερμένα καλλιεργήματα, καὶ κατὰ τόπον ναοὺς καὶ βωμοὺς ἐξαναστῆσαι καὶ πεῖσαι τοὺς ἐν αὐτῇ οἰκοῦντας, εἶκειν βασιλεῖ Ῥωμαίων καὶ μὴ ὑπεραίρεσθαι. ἃ γὰρ ἀνέγνων καὶ κατέγνων.*

L. 6. *πάντα τόπον ἀνασκευάσαι τῆς Καίσαρος*,] Subintelligitur *πόλεως*. E praescripto meorum codicum omnium cum Bened. *τόπον* edidi. Perperam a Fabricio *τρόπον* erat vulgatum: quae lectio postea requireret *τὴν Καίσαρος*, uti nusquam occurrit scriptum. Ad verbum *ἀνασκευάσαι* Fabricius annotavit: « Al. *ἀνασκαλεῦσαι* vel *ἀνασκαλίσαι*. » Nova variatione reperimus *ἀνασκατίσαι* in codice M. tum *ἐξαναλῦσαι* in codicibus HK.

L. 7. *ἐγηγερμένα*] Solus Fabricius: *ἀνεγεγηρμένα*. Codex *c*. tenet *ὑγηγερμένα*.

Ibid. *καλλιουργήματα*] Haec Editionum scriptura, quam agnoscit codex M., ad exemplum similium formata est compositorum, ut *δημιούργημα*, *τεχνούργημα*. Diverse *καλλιεργήματα* scriptum est in codicibus quinque meis duobusque laudatis in Bened. Utraque vocabuli forma deest in Lexicis.

Ibid. *καταστρέψαι, καὶ*] Omittitur *καὶ* in codicibus *a b c*. Scribitur *καταστρέψω* in codice *b*.

L. 8. *ναούς τε καὶ ἀγάλματα ἀναστῆσαι*,] Sic Fabricius, Bened. et codices M *a b c*. Adnotavit Fabricius: « Editi alieno loco: *ναοὺς καὶ βωμοὺς ἐξαναστῆσαι*. Al. *καταστῆσαι*. » Scripturam ex Editis laudatam agnoscunt codices HK. sicut antecedentis paginae ostendit nota.

L. 8 *sq.* *ὥστε με πεῖσαι πάντας*] Bened. et cod. *c*: *πείσειν*. non male. Postremae voci Fabricius adnotavit: « Al. *πάντως*. » Quam equidem scripturam non offendi.

L. 9. *ὑπεραίρεσθαι*] Sic omnes libri mei. Fabricius in notula monet: « Al. *ἀνταίρεσθαι*. »

L. 10. *ἐξ ἀριθμοῦ ζυγῷ Καμπανῷ τρυτανίσας*] Bene sic apud Fabricium distincta sunt verba, quae in Bened. in unum contracta paucisque mutatis litteris ita repraesentantur, ut portentum sit vocis *ἐξαριθμοζυγοκαμπανοτρυτανίσας*, q. d. *numero campano ponderans et admetiens*. Haud in genere differt ab eo monstro scriptura meorum codicum; tantum in extrema parte varie scribitur *τρυτανήσας*, *τριτανήσας*, *τριτανίσας*, *τριτανύσας*. Quae formae non magis, quam vulgata Schneideri quidem Lexico continentur. Id unice refert: *Τρυτανεύω*.

L. 11. *καὶ διαμετρήσας ἀσφαλῶς*] Haec verba desunt in codicibus HK. Adverbium solum exulat a codice M. Vitiose *διαμετρίσας* scriptum est in codicibus *b c.*

Ibid. *ἐξαπόστειλόν μοι*] Ita scripsi cum Bened. et cod. *a.* Male Fabricius edidit *ἐξαποστεῖλαι μοι.* Quinque codices mei variant, ut fit in M: *ἀπόστειλόν μοι.* in *b*: *ἐξαπόστειλέ μοι.* in *c*: *ἐξαποστελήν ἐμοι.* in HK: *ἔκπεμψόν*, sine *μοι.*

Ibid. *εἰ συνείδῃς*] Haec omittuntur in codicibus HK. et in Bened., quae quidem notulam subjicit hujusmodi: « Post verba *ἐξαπόστειλόν μοι* addit Coislin. primus *εἰ συνίδῃς.* Med. *εἰ σύνειδες.* Harl. *εἰ σύνιδες.* *Sed haec minime necessaria, ac melius videntur deesse in Coislin. secundo.* » Equidem abesse nolui verba, quae cum Fabricio quatuor agnoscunt codices mei, variante quidem scriptura. Sic enim, uti post Fabricium edidi, scriptum exhibet codex *b.* Tum codex *c*: *εἰ συνήδης.* codex *a*: *εἰ συνείδοις.* codex M: *εἰ σύνοιδας.* Utcunque vertit Interpres: *cum adventare me comperies.* Legendum esse conjicio: *εἰ συνίης*, i. e. *si sapis.*

L. 11 *sq.* *δι' οἰκείου πιστοῦ σοι ὄντος*] Ita Bened. et cod. *a.* nec fere secus cod. *b.*, qui tantum omittit *σοι.* Solus Fabricius exhibet: *δι' οἰκείου σου ἀνθρώπου πιστοῦ ὄντος.* quae ferri nequeunt. Ad eam, quam adoptavi, scripturam alii ducunt codices. Occurrit enim in *c*: *δι' οἰκιοῦ πιστοῦ σου ὄντος.* in HK: *δι' οἰκείου σοι πιστοῦ.* in M: *δι' οἰκείου σοῦ πιστοῦ.*

L. 12. *δακτυλίῳ τῷ σῷ σφραγισάμενος*] Solus Fabricius: *δακτυλιδίῳ.* Codices HK: *ἐκσφραγισάμενος.*

L. 12 *sq.* *ὥςτε με ἐπεγνωκότι*] Deest *με* in codice *b.* Flagitante sententia scripsi *ἐπεγνωκότι*, quo modo legendum esse notatum erat in Bened. Libri autem omnes perperam *ἐπεγνωκότα* tenent, exceptis codicibus HK., qui satis apte scribunt *ἐπιγινώσκοντι.* — Simili correctione Julianus indiget Orat. IV. p. 157, B. ubi vulgatur: *Ταῦτα σοὶ, ὦ φίλε Σαλούστιε, — — — ἐπελθόντι μοι τῇ μνήμῃ, καὶ γράψαι πρός σε ἐτόλμησα.* Tu fide mei codicis A. legas *ἐπελθόντα.* quod ratio linguae postulat. Recte loco non longe inferiori vulgatum est: *ὀλίγα ἐκ πολλῶν ἐπὶ νοῦν ἐλθόντα διεληλύθαμεν.* quamvis fortasse praeferat aliquis *ἐλθόντων*, quod idem codex in margine repraesentat. Alia exempla locutionis: *τοῦτο* vel *ταῦτα ἐπῆλθε μοι* prostant Orat. VII. p. 204, A. 217, D.

L. 13. *κἂν ὀψέ ποτε*] Pro *κἂν*, quod adoptavi ex Bened. et cod. *c*, libri reliqui male tenent *καί*.

Ibid. τοῦ καιροῦ τὸ ἀπαραίτητον] Vertit Fabricius: *de admissa a te culpa inexpiabili.* Bened.: *nullum veniae locum esse.* Quem sensum non agnovi.

L. 13 *sq. γαληνόν σοι*] Codd. HK: *γαληνιότερόν σοι.* Vitiose cod. *a*: *γαληνιόν σε.* cod. *b*: *γαληνόν μοι.*

L. 14. *ἐπταισμένα*] « Editi *ἐπεσταλμένα.* » Fabricius. — Vulgata scriptura probatur a Bened. et codd. meis praeter HK., qui *ἀπεσταλμένα* tenent.

L. 14 *sq. ἃ γὰρ ἀνέγνων, ἔγνων καὶ κατέγνων.*] Sic apud Fabricium legitur et in meo codice M. Alibi occurrunt variae lectiones hujusmodi: Bened. et codex meus *c*: *ἃ δὲ ἀνέγνων ἔγνων καὶ κατέγνων.* Codex in Bened. laudatus: *ἃ γὰρ ἀνέγνων κατέγνων.* Codd. mei HKM: *ἃ γὰρ ἀνέγνων καὶ κατέγνων.* Totus autem locus deest in codd. meis *a b.* et in tribus aliis a Bened. citatis; nec forsan immerito. Perquam enim probabile mihi videtur, celebrem sententiam pro pannulo, qui late splenderet, a sciolo quopiam assutam esse. Videlicet, auctore Sozomeno lib. V. c. 18. extr., Julianus occasione libri, quem Apollinaris adversus Imperatorem gentiliumque philosophos composuerat, ad illustrissimos episcopos in hunc modum scripsit: *Ἀνέγνων, ἔγνων καὶ κατέγνων.* i. e. *Legi, intellexi, damnavi.* Tum illorum unus, qui forte Basilius Magnus erat, eadem torta sententia rescripsit: *Ἀνέγνως, ἀλλ' οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως.* i. e. *Legisti, sed non intellexisti; nam si intellexisses, non damnavisses.* Quemadmodum autem hanc Epistolam illa prior sententia claudit, ita alterius simillima haec legitur in fine Responsi, quod ad praesentes litteras dedisse volunt Basilium: *ἃ μέν τοι ἀνέγνωκας, οὐκ ἔγνως· εἰ γὰρ ἔγνως, οὐκ ἂν κατέγνως.* Utrique certe loco parum apta est ejusmodi clausula. Notavit editor Bened. ad idem illud Responsum, se ex eodem codice, qui nostrae Epistolae clausulam ipsi obtulerat, ea quoque verba desumsisse, quae laudavimus, *quum ea reliquis in libris desint.*

Aperuisse non pigebit, in codicibus meis aeque ac in Ed. Basilii continuo sequi ad has litteras responsum, quod quidem inscribitur in *a*: *Τὰ ἀντίγραφα τοῦ μεγάλου Βασιλείου, πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν παραβάτην.* in *b*: *Τῷ παραβάτῃ πρὸς ταῦτα,*

ὁ μέγας Βασίλειος. in *c*: Βασιλείου. in K: Βασιλείου πρὸς ταῦτα. in H. et Mon.: Βασίλειος Ἰουλιανῷ. in Bened. sic: «Ep. XLI. (alias CCVIII. et CCIX.) Βασίλειος Ἰουλιανῷ πρὸς ταῦτα.» Nimis absurda est Epistola, quam ut adponatur. Ejus tamen argumentum, quale sistitur in Bened. hoc modo delibabimus: *Juliani impietatem liberrime arguit Basilius; ridet auri summam homini herbis viventi imperatam. Negat ei impie se gerenti profuturam legem in veneficos latam. Denique pronunciat, eum non intellexisse quae legit; si enim intellexisset, condemnaturum non fuisse.* O sancta simplicitas!

EPISTOLA [LXXVIII.]

Haec et quatuor sequentes Epistolae, quae nullo meorum codicum continentur, ex opere Hardtiano desumtae sunt in Praefatione laudato sub num. 9.) Nemo autem Juliani scriptorum peritus persuaderi sibi patietur, illius Epistolis accensendas esse hujusmodi quisquilias. Eorum, quae generis epistolici propria sunt, nihil habent praeter inscriptiones, quae tamen Juliani non magis, quam alius auctoris nomen singulae prae se ferunt. Solutae sunt sententiae morum plerumque referentes praecepta, qualia ludimagister tironibus traderet.

Primus editor de plurimis illarum, quae sub proximis deinceps quatuor numeris exhibentur, incertus fuit an essent genuinae; sicut e praemissis ab illo verbis cognoscitur, quae suis locis adscripsimus. Praesens autem epistolium pro Juliani scripto dedit indubitato, sed levissimo nixus argumento. Scilicet cum istas litterulas ad latus illius Epistolae reperisset adpositas, quae hac in editione numero signatur [LXVII.], simulque ex Fabricii Bibliotheca Graeca T. VII. p. 87. comperisset, ejusdem Epistolae primum editorem Muratorium in fine declarasse, *in altero Ambrosianae bibliothecae antiquissimo codice aliam quandam brevem Juliani epistolam nondum publici juris factam haberi, sed fugientia characterum vestigia omnem legendi spem sustulisse;* tum praecipiti judicio, quod non satis mirari possumus, apud se constituit, unam ab altera non differre. Quam opinionem vanissimam ne ullo quidem modo coloravit, nedum probavit, sed expressisse contentus fuit nudis hujusmodi verbis: « *En illam, quae hic ad latus f.* 122, *B. scripta est.* »

Inscriptionem, quae apud Hardtium Τῷ *αὐτῷ* sonat, ut incongruam omisi. Quum enim in illius codice hae litterulae concomitentur Epistolam editionis nostrae [LXVII.], sequitur ejusmodi titulum proinde valere, quasi scriptum esset: *Ἀρσάκῃ Ἀρμενίων σατράπῃ*. Quod quam stolidum foret, in oculos occurrit.

EPISTOLA [LXXIX.]

Confer ad superiorem Epistolam initio notata. Hanc nostram Hardtio jam fuisse suspectam, ostendit ejus notula hujusmodi: *Sed et alia ad Eutonium, quae in elencho Epistolarum non habetur; nisi cum sequenti Pelusiotae sit.* Scilicet codex, quem tractabat editor, vicinis locis Isidori Pelusiotae quasdam exhibet epistolas.

Pag. 148. *L.* 5. *Εὐτονίῳ*] Cujus nominis in Juliani scriptis rebusve nullus memoratur.

L. 7. *οἰχήσεται*] Sic emendavi vulgatum *οἰκήσεται*.

L. 8. *ἐνέχυρα*] Vitiose vulgabatur *ἐνέχορα*.

Sententia sic exprimitur ab Isocrate Orat. De Pace p. 339, C. (Ed. Genev. 1651.): *Χρὴ δὲ τοὺς καὶ μικρὰ λογίζεσθαι δυναμένους οὐκ ἐν τοῖς τῶν ἐχθρῶν ἁμαρτήμασι τὰς ἐλπίδας ἔχειν τῆς σωτηρίας, ἀλλ' ἐν τοῖς αὑτῶν πράγμασι καὶ ταῖς αὑτῶν διανοίαις.* Quae porro latius explicantur.

EPISTOLA [LXXX.]

Adeas Observationem Epistolae [LXXVIII.] praemissam. Hardtius huic nostrae, de qua jam ad antecedentem dubitaverat, nihil praefatus est praeter ista verba: *Item alia ad Praesidem vel Ducem.*

L. 12. *Ἡγεμόνι*] Dignitatis vocabulum, quod passim in Juliano legitur. Vid. Obss. ad Ep. XXVIII. tit.

L. 15. *νικᾷ*] Male vulgatum erat *νίκα*.

Adûnis est sententia, quam Socrati tribuit Xenophon *Ἀπομν.* lib. IV. c. VI. §. 12.

EPISTOLA [LXXXI.]

De hac etiam judicium prodidi ad num. [LXXVIII.] init. Hardtius ista tantum verba, quibus facile careremus, praesenti Epistolae praeposuit: *Brevior ad latus inscripta Lauro occurrit.* Quî convenit, ut *brevior* diceretur ea, quae, quamvis brevis, omnium tamen est longissima, quas Editor ille vulgavit?

L. 3. Λαύρῳ] De quo nihil mihi compertum est. Pag. 149.

L. 5. τὰ κατορθώματα] Male vertebatur: *emendationes.* ubstituens *recte facta*, sum usus interpretatione Ciceronis De nib. III, 14.

L. 6 *sq.* ἐνοχλεῖν τοῖς ἀκούουσιν] Locutio, quam e Demothene refert H. Stephanus in Thes. Reperies eandem in Isocrate aneg. p. 83, A. (Ed. Genev. 1651.)

L. 8. ἐπιῤῥεπὲς πρὸς] Post haec aliquod nomen excidisse on dubium est, quanquam Editor nihil monuit. In Versione e suo dedit ille *peccatum.* Sententia christianum potius homiem, quam Julianum prodit.

EPISTOLA [LXXXII.]

Huc quoque refer in fronte notata Epistolae [LXXVIII.] rimi editoris de hac verba sunt hujusmodi: *Insuper alia ad osimum vel Cerycum pariter non edita, si Juliani est.* Sit orsitan Isidori Pelusiotae, cujus epistolis, quas codex Mon. icinis locis exhibet, intersunt complures inscriptae Ζωσίμῳ.

L. 15. Ζωσίμῳ: Κηρύκῳ.] Insolitam inscriptionis formam xplicet quisque, prout intellexerit. Incertus fuisse videtur brarius, utri sit inscribendum, an Zosimo Cerycone? Unius eque ac alterius inauditum est nomen apud Julianum.

L. 16. Μὴ διαδίδασκε] Vulgatum erat: Μὴ διαδίδρασκε.

Ibid. μετρίᾳ χρῆσθαι] Male scribebatur μέτρια. Dativo, uem expressi, subintelligo διαίτῃ. h. e. *tenui victu.*

EPISTOLA LXXXIII.

Ineditam hanc epistolam inter alias dudum vulgatas obtulit ihi codex M. in folio 222. positam inter eas, quae in Edd.

signantur numeris XVI. LVII. Nec rebus nec verbis quidquam inest, unde suspecta mihi videatur; est autem pro tuenda hujus Epistolae sinceritate validissimum argumentum, quod ea ab Eustathio laudatur, ut infra ostendimus ad *L.* 4.

Pag. 150. *L.* 3. Εὐσταθίῳ *φιλοσόφῳ.*] Non praecedit quidem nomen Ἰουλιανὸς; verum id non praeter morem fit codicis, in quo modo adest, modo desideratur auctoris nomen. Eustathius philosophus non quidem ex Juliano, sed aliunde cognoscitur, e. g. Liban. Ep. 123. Eunap. in Vitis Jamblichi et Aedesii, Ammian. Marcell. l. XVII. c. V. §. 15. quo loco legationem ad Persas obiisse dicitur a Constantio mandatam. Ei viro Julianum amicitia devinctum fuisse eo credibilius est, quod ille discipulus erat Jamblichi. Forsitan ad eundem complures olim extitere Juliani epistolae, quum *Eustathii* nomen, etsi perperam positum, in codice G. compareat in titulis Epistolarum XXXIX. [LXXIV.]

L. 4. Μὴ *λίαν ἢ κοινὸν*] Loquendi genus est ellipticum, ubi subauditur ὅρα. Sic, ut alios mittam, Lucianus de Paras. c. 40. (T. VII. p. 131. ed. Bipont.): *μὴ γελοῖον ἢ λέγειν.*

Ibid. τὸ, Ἐσθλὸν *ἄνδρα*] En locum, quem Eustathius memoravit p. 800, 9. ed. Rom. (p. 717, 50. ed. Basil.) ubi cum dixisset, in allegatione vulgarium sententiarum initio tantum opus esse, hoc exemplum attulit et explanavit verbis usus hujusmodi: *ὁποῖόν τι καὶ ὁ Παραβάτης ποιεῖ ἐν τινι αὐτοῦ ἐπιστολῶν, ἀρξάμενος οὕτως· τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα, καὶ μηδέν τι πλέον πρὸς τέλειαν σύνταξιν προσθεὶς, ὡς πρὸς εἰδότα λαλῶν. Ἦν δὲ τὸ πλῆρες ἐκεῖ· τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ κλύειν τῶν ἐν τέλει.* Qui versus ita, ut apud Eustathium, scriptus occurrit in Stobaeo S. XXXVII. p. 111. (p. 133. ed. Schow.), quum in Sophoclis Ajace vs. 1352. ed. Brunck. (vs. 1339. ed. Erfurdt.) isto modo legatur: Κλύειν *τὸν ἐσθλὸν ἄνδρα χρὴ τῶν ἐν τέλει.* Hanc igitur ab Juliano spectatam esse sententiam, auctoritati dandum esse videtur Eustathii, qui forsan has litteras eo libentius animo impresserat, quod cognomini viro sunt inscriptae; fatebor tamen, haud satis mihi liquere, quî sequens Epistolae contextus ad ejusmodi gnomen pertineat. Attentum lectorem non fugiet, apud Julianum articulum deesse *τὸν*, quem Eustathius expressit.

Caeterum quod per paroemiam initur epistola, morem refert Juliani, v. c. Epp. VIII. XII. XXI. XXXIX. L. LX. Aeque congruit illius stylo, quod adagii modo principium adponitur, exclusa reliqua ejus parte; cujus tamen usus et alii scriptores, ut Aristoteles, Lucianus, exempla suppeditant: ad homines doctos scribentibus non opus erat, integras exprimere sententias, quae proverbiorum vim habebant. Solet autem Julianus ipse de suppressa sermonis parte monere; quo nomine loco nostro conferam Ep. LIX. p. 113. ubi post adlatum fabulae initium addit: *τὰ δὲ ἄλλα ἐκ τοῦ βιβλίου μάνθανε.* Ibid. p. 120., ubi citato Homeri versu scribit: *τὸ δὲ ἑξῆς οὐ παραγράφομαι.* Ibid. p. 114: *εἰ δὲ ἀγνοεῖς, ἐπιμελέστερον πολυπραγμόνησον. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐρῶ τοῦτο.* Orat. VII. p. 235, D. ubi verba sunt: *Σοὶ δὲ ἀρετῆς ἢ τοῖς σοῖς ἀδελφοῖς· ἀφελὼν δὲ τὸ δύσφημον, τὸ λειπόμενον αὐτὸς ἀναπλήρωσον.* quo quidem loco reticetur *ὦ κάθαρμα.* sicut e Demosthene De Cor. p. 331, B. (ed. Wolf.) aperuit Wyttenbachius Ep. Crit. p. 21. (p. 242 sq. ed. Schaefer.)

L. 10., *κύκλῳ περίειμι*] Sic Plato Lach. T. V. p. 170. (ed. Bipont.): *κύκλῳ — — περιιόντας.* Julianus Orat. V. p. 174, D: *ἔοικα γὰρ, ὥςπερ οὐκ ἔχων ὅ,τι φῶ, κύκλῳ περιτρέχειν.*

Ibid. *Ἧκε*] Hoc Imperativo, cujus alibi rarissima, puto, reperientur exempla, rursus utitur Julianus Epp. XV. fin. XX. sub fin.

L. 11. *τὸ λεγόμενον, ἵπτασο.*] Cum volatu comparari celeritatem, omnium est linguarum. E latinis quidem auctoribus exempla proferuntur in Erasmi Adagiis pag. 601. tit. *Volat.*

L. 12. *τῆς Ἐνοδίας*] Cujus aeque praesidium exoptavit Ep. XX. fin., ubi conf. Obss. p. 249.

Ibid. *δρόμος δημόσιος*] De quo passim in his Epistolis mentio. Vid. Obss. ad Ep. XII. p. 219.

L. 12 *sq.* *ὀχήματι βουμμένῳ χρήσασθαι*] Medium vocabulum in Lexicis et Glossariis frustra quaesivi. Julianus alibi concedit *ὀχήματι δημοσίῳ χρήσασθαι*, v. c. Ep. XXXIX. fin. Cognovi quidem ex Ammiano Marcellino (vid. Index II. p. 459. ed. Wagner.), fuisse per illam aetatem diversa cursus publici genera, ut currus haberentur *birotae, redae, clabulae;* sed inde nihil profeci. Doctiores aperiant, quonam pacto vel interpretentur, vel emendent.

L. 13. *καὶ παρίπποις δυσίν.*] Vid. Obss. ad Ep. XX. p. 247 sq.

IN
JULIANI IMPERATORIS
FRAGMENTA BREVIORA.

Pag. 151. *L.* 1. ΑΠΟΣΠΑΣΜΑΤΙΑ etc.] Hoc sub titulo congregare placuit quaecunque superesse cognoveram ex deperditis Juliani scriptis, dummodo prolixum illud Fragmentum exceperis inter Opera vulgatum p 288 — 306. ed. Spanh. (p. 528 — 558. ed. Petav.), nec non reliquias in Cyrilli decem libris antirrheticis servatas. Priora quinque capita jure quodam suo hanc editionem occupant, quum Epistolarum sint fragmenta; caeterorum praesentia neminem offensum iri spero, quum illa maximam partem non animadversa, nedum collecta sint a viris doctis.

Fragmenta, quae numeris insignivi I. II. III. IV., in optimis duabus comparent Juliani Editionibus, sed locis posita minime commodis. Scilicet Petavius in voluminis calce post Indices ea collocavit sic inscripta: JULIANI FRAGMENTA QUAEDAM *librorum, qui non extant, e Suida;* tum singulis capitibus verba praeposuit: *Ex epistola.* Quod judicium, solo loco IV. firmitate, nec tamen veri similitudine caret. Deinde Spanhemius easdem reliquias Indicibus anteposuit in pag. 125 sq. Tomi II., quo Cyrillus Contra Julianum prodiit. Is autem Editor inscriptionem hoc modo concinnavit: JULIANI EPISTOLARUM FRAGMENTA QUAEDAM, *e Suida huc translata:* supersedens unicuique capiti adscribere, quodnam operum genus id pertineat. Itaque vir doctus non dubitasse videtur, quin et Fragmentum IV. ex Epistola ductum sit.

Jam ad singula transeamus.

I.

« In voce Ἀμφίων. ex epistola non edita. » Petav. — Laudatum Suidae locum habes T. I. p. 153. ubi praemissis hisce

verbis: Ἀμφίων· οὗτος παλαιᾶς μουσικῆς εὑρετής· περὶ οὗ λέγει ὁ Παραβάτης ἐν ἐπιστολῇ· delibantur illa, quae vulgavi. Hodie non extare talem epistolam, Kusterum non fugit. Cuinam scribatur, a me quidem non agnoscitur. An forte Dioscoro musico? cujus mentio fit Ep. LVI. extr.

L. 6. *φύσεως ἔχεις εὖ*] Sic iterum Julianus ap. Cyrill. l. VII. p. 229, E: *φύσεως δὲ ἔχων εὖ*. Aliorum scriptorum exempla talis locutionis a Valckenario ponuntur ad Euripidis verba Hippol. vs. 462.: *ἔχοντας εὖ φρενῶν*.

L. 9. *χρόνος, Θεοῦ πνεῦμα, ἔρως ὑμνῳδίας.*] Communem omnium Editionum scripturam retinui, quamvis Kusterus ad hunc Suidae locum in *Addendis* p. 717. scribi voluerit:

Χρόνος, Θεοῦ τε πνεῦμ', ἔρως Θ' ὑμνῳδίας.

esse jambum adfirmans ex Euripidis Antiope. Quam sententiam pro mera conjectura habeo scientis, in illo dramate multum de Amphione sermonem fuisse. Certe nec in Barnesii, nec in Musgravii Editionibus ejusmodi versum inter Antiopes Fragmenta reperi; neque magis Valckenarius *Diatr. in Euripidis perditorum dramatum reliquias* talis versus meminit, quanquam Amphioni *ἀπραγμοσύνην* placuisse ex hoc ipso fragmento a Suida servato notavit ad *Antiopes Particulam* vs. 30. (Pag. 86. ed. Lips.); nulla Kusterianae sententiae facta mentione.

L. 14. *συμμαχίαν*] Ita vulgatur in omnibus libris. Docente tamen Kustero in Suida T. I. p. 153, Pearsonius ad marginem Suidae sui notaverat, in quopiam Msc. reperisse se *συντυχίαν*. quam lectionem non aspernandam esse Kusterus idem arbitratur.

II.

« In voce Ἡρόδοτος, ex alia Epistola. » Petav. — Designatus Suidae locus extat T. II. p. 76. Ibi post alia sic legitur: Περὶ Ἡροδότου λέγει ὁ Παραβάτης ἐν ἐπιστολῇ· Τίς et caetera, ut edidi. Quem ad locum jam vidit Kusterus, Epistolam advocari deperditam.

L. 4. *κόπρια σιτούμενοι*] Pro quavis re vilissima *κόπριον* a scriptoribus dici solet, ita ut proverbium sit *κοπρίων ἐκβλητότερος*. quo praeter alios in Erasmi Adagiis laudatos tit. *Fimo objectior* p. 362. Julianus ad Heracliti exemplum utitur Orat. VII. p. 226, C. ubi non quidem legitur, sed legendum est: Pag. 152.

νομίζειν αὐτὸ (scil. τὸ σῶμα) κατὰ τὸν Ἡράκλειτον καὶ κοπρίων ἐκβλητότερον. Sic enim corruptum vulgo mutilatumque locum e Suida restitues voc. Ἡράκλειτος T. II. p. 72, ut ibi jam animadvertit Kusterus.

Ibid. εἴ τῳ πιστὸς] Hinc emendandum puto Julianum Orat. VII. p. 212, C. ubi vulgatur εἰ οὕτω ὁ Δίων. postquam ediderat Petavius p. 397: εἰ τῷ *** ὁ δίων. quem fere ad modum in codice A. scriptum inveni: εἴτω ὁ δίων. Suspicor esse legendum εἴ τῳ πιστὸς ὁ Δίων. ut eadem sit allegandi formula.

L. 4 *sq.* ὁ Θούριος εἶναι λογοποιὸς] Istis nominibus Herodotum significari jam observavimus ad Ep. XXII. init. Attingitur ejus scriptoris locus lib. III. c. 22. ubi est: ὁ Αἴθιοψ ἔφη, οὐδὲν θαυμάζειν, εἰ σιτεόμενοι κόπρον, ἔτεα ὀλίγα ζώουσι. Quem ad locum Schweighaeuserus T. V. Part. II. p. 22. adnotare non omisit, eo spectavisse Julianum apud Suidam in voce Ἡρόδοτος.

L. 6. μηδ' ὄναρ] Communis optimorum scriptorum dicendi formula, cujus est obvia sententia. Frequentius quidem οὐδ' ὄναρ efferri videtur. Ita enim auctores in Erasmi Adagiis laudati tit. *Ne per somnium quidem* p. 665; ipseque Julianus Oratt. I. p. 24, D. III. p. 127, C. Ad S. P. Q. Athen. p. 273, A.

L. 7. ὧν εἴ τις παρ' ἡμῖν] Perperam in Juliano vertebatur: *E quorum numero si quis usitatum illud nobis vivendi genus usurpare voluerit.* Pro qua sententia scriptum oportuisset: ὧν εἴ τις τὴν παρ' ἡμῖν etc., ut nullibi scriptum occurrit. Rectius expresserat Suidae interpres, quem secutus sum.

L. 9. τὸν ἐλλέβορον] Sic apud Suidam. In Juliani Edd. male: τὴν ἑλλέβορον.

III.

« In voce Μορσώνιος, ex Epistola quadam. » Petav. — Sedes fragmenti est apud Suidam l. c. T. II. p. 579. tit.: Μορσώνιος Καπίτωνος. cujus brevi historiae talia subjiciuntur: Περὶ τούτου τοῦ Μουσωνίου λέγει ὁ Παραβάτης ἐν ἐπιστολῇ· Τὴν παροινίαν, et sic porro, ut vulgavimus. Hac vice siluit Kusterus, utrum extet Epistola necne.

L. 11. ὁ τῆς Ἑλλάδος ἡγεμὼν] An Julianus de repulsa cogitavit, quam forte tulerat ab illo judice, quem rogavit

Ep. XXXV.? Id veri specie non caret, quum statim legatur: Τό γε μὴν τῇ πόλει βοηθεῖν etc. Talia enim in illa Epistola p. 61. de Diogene et Lampria philosophis praedicata sunt; quorum igitur alterutri scriptae fuerint praesentes litterae. Tum voce τῇ πόλει significaretur Argos.

L. 16. Μουσωνίῳ] Haud dubie Musonius ille philosophus Stoicus intelligitur, quem Julianus Ad Themist. p. 265, C. D. propterea celebrat, quod tyrannorum immanitatem forti animo pertulerit. Is utique per Neronem; de quo mox memorabitur, in exilium abire jussus est. Vid. Interpp. ad Luciani vel potius Pseudo-Luciani Neronem init. (T. IX. p. 551 sq. ed. Bipont.) Nolis igitur arbitrari, datam esse hanc Epistolam ad Musonium ab Eunapio laudatum: id quod gravi quondam errore Reinesius adfirmavit jam a Boissonadio refutatus in Notis ad Eunapium p. 386.

Ibid. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ἔφη] Scilicet apud Platonem in Apol. Socr. T. I. p. 30. (ed. Bipont.), ubi verba sunt hujusmodi: οὐ γὰρ οἶομαι θεμιτὸν εἶναι ἀμείνονι ἀνδρὶ ὑπὸ χείρονος βλάπτεσθαι. Quo rursus spectavit Julianus scribens Orat. II. p. 69, B: ἐπεὶ μηδὲ θεμιτὸν ὑπὸ τοῦ χείρονος τὸ κρεῖττον βλάπτεσθαι. Duplicem *Nostri* locum ad fontem ante nos retulit Wyttenbachius Ep. Crit. p. 8. (p. 231. ed Schaefer.) Platonis autem locus celebratus esse mihi quidem videtur. Quae enim adlata verba proxime praecedunt, ea tanquam omni memoria digna referuntur in Epicteti Enchiridio fin., ibique ab Heynio latius manasse declarantur.

L. 17 *sq.* ὁ δὲ ἐπεμέλετο βαρῶν] Sic e Suida dedi, quum in Juliani Edd. perperam occurrisset: ἐπεμέλετο γὰρ βαρῶν. Talis enim scriptura sententiam ad Socratem referret, quum de Musonio cogitandum sit.

Post finem Fragmenti Suidas istiusmodi glossam adjecit, quae ad vocem βαρῶν spectat: τουτέστι, τειχῶν. βάρεις γὰρ τὰ τείχη. Ubi contra morem editionis admissum est, ut in Versione duorum scriptorum verba uno vestirentur characterum genere: quam abstergere maculam non dedignetur Editor futurus.

IV.

«In voce Χρῆμα. ex alia, ut opinor, Epistola.» Petav. — Fons est in Suida l. c. T. III. p. 683. ubi recte vidit Kusterus,

extantibus Juliani scriptis intextum non esse talem locum. Suidas minime definivit, e quonam *Nostri* opere desumta sint verba, quibus simpliciter praefatur: Ἰουλιανός. Interea Petavii non repugnabo sententiae, quoniam alicubi sermo directe quempiam compellat.

Pag. 153. *L.* 2. Πρὸς τὴν Ἑρκυνίαν ὕλην ἐθέομεν] Iterum in Misopog. p. 359, B. se apud Hercyniam silvam esse versatum Julianus memorat his verbis: ἐμοὶ δὲ Κελτοὶ, καὶ Γερμανοὶ, καὶ δρυμὸς Ἑρκύνιος ἔμελεν. Congruenter Zosimus testatur, *Caesarem* eundem ad Hercyniam silvam pervenisse, et quidem ea occasione, qua pulsos insequebatur Germanos. Verba sunt hujusmodi lib. III. c. IV. §. 3: ἄχρι τῶν Ἑρκυνίων δρυμῶν τοὺς φεύγοντας ὁ Καῖσαρ ἐπιδιώξας. quem ad locum Cellarius jam e Suida verba nostra posuit, sed praeter verum scribens Ἑρκυνιων. — Julianus aspectu duntaxat movetur silvae Hercyniae, quum accuratam ejus descriptionem exhibeat Julius Caesar De Bello Gall. l. VI. c. 25 sqq.

Ibid. χρῆμα ἐξαίσιον] Sic optimi scriptores ingens quodcunque vel portentosum aliquando χρῆμα nuncupant, ut *belluam;* cujus usus exempla collegit Spanhemius ad Callimachum Hymn. in Dian. v. 100. (T. II. p. 243. ed. Ernesti.) Haud absimiliter Julianus dixit Orat II. p. 96, A: Ποταπὸν δὲ χρῆμα λοιδορία;

L. 3 *sq.* τοιοῦτον μηδὲν, ὅσα ποτέ γε ἡμεῖς ἴσμεν, ἐν τῇ Ῥωμαίων] Locum emendavi, qui tam apud Suidam, quam in Juliani Edd. male sic legitur: τοιοῦτον, μηδὲ ὅσα ποτέ γε ἡμεῖς ἴσμεν ἐν τῇ Ῥωμαίων. Unde contra scriptoris mentem in Juliano vertebatur: *quamlibet multa in orbe Romano ejus generis esse sciamus.* Propius ad verum accesserat interpres Suidae ponens: *nec nos simile quicquam in Imperio Romano cognitum habemus.*

L. 6. μέγαν καὶ διωλύγιον] Adposite Suidas T. I. p 606. Διωλύγιον explicat per μέγα. In Julian. Orat. II. fin. jungitur μακρὸς καὶ διωλύγιος. quem locum Ruhnkenius ad Timaeum attulit p. 89. ostendens, esse Platonis ejusque imitatoribus usitatam vocem διωλύγιος.

L. 7. τὸν Ἑρκύνιον] Nisi contra librorum auctoritatem τὴν Ἑρκυνίαν legas, subaudito quidem nomine ὕλην, quod ineunte Fragmento fuit expressum, tum subintellige δρυμὸν, quam vocem alter exprimit locus Juliani supra laudatus e Misopogone.

V.

Servatum est hoc Fragmentum a Libanio Oratione Pro Aristophane Ad Julianum Imp. (Opp. T. II. p. 217, B. ed. Morell.), ubi praecedunt oratoris verba hujusmodi: *Ἀνάμνησον γὰρ σαυτὸν, ὦ βασιλεῦ, τῆς ἐπιστολῆς, ἣν Κορινθίοις ἔπεμψας· ἄκων μὲν εἰς τὸν πόλεμον ἐμβὰς, ἤδη δὲ τὸ πλέον λαβὼν, οὔπω δὲ εἰς τέλος ἥκων· ἐν ᾗ σαφῶς εὐεργέτας σαυτοῦ τοὺς Κορινθίους καλεῖς. Ἀλλὰ γὰρ αὐτοῦ μοι δεῖ τοῦ μέρους τῆς ἐπιστολῆς· καὶ γὰρ ἂν ἡδίους τοὺς ἀκούοντας ποιήσαιμεν.* Julianum ad Corinthios scripsisse testatur quoque Zosimus lib. III. c. X. §. 6. ubi simul docemur, quale fuerit illius argumentum Epistolae. Scilicet Julianus eo consilio litteras misit, ut expeditionis suae contra Constantium patefaceret causas: quod idem consilium alteri scripto praefuit extanti sub titulo: AD S. P. Q. ATHENIENSEM. Immerito Reitemeierus ad Zosimum l. l. notulam posuit: *Pauca etiam ex epistola ad Corinthios supersunt in epistola* 13. *Juliani.* Hanc sententiam in exemplari suo fidenter expungat lector.

Caeterum etsi Fragmentum id in serie scriptorum Juliani nunquam prodiit, minime tamen Spanhemium latuerit, ut qui totum illum Libanii locum una cum annexis Juliani verbis *Praefationi* subjecit inter *Testimonia de Juliani Operibus*, iterumque memoravit in eadem Praefatione p. VII. sup.

L. 9. *Ἰουλιανὸς Κορινθίοις*] Inscriptionem ad similitudinem aliarum adstruxi, v. c. Epp. LI. LVIII.: *Ἰουλιανὸς Ἀλεξανδρεῦσιν.* LII. *Ἰουλιανὸς Βοστρηνοῖς.*

L. 11. *ὁ ἐμὸς πατὴρ*] *Julius Constantius*, quem jussu Constantii Imperatoris obtruncatum esse constat. Quum satis pauca de rebus illius memoriae sint prodita, locus noster attentione dignus est Historicorum. Nusquam alibi, quoad sciam, ea traduntur, quae hic legimus.

L. 12. *ἐκ Φαιάκων Ὀδυσσεὺς*] Ulysses inter Phaeacas aeque memoratur Epp. VIII. sub fin. LIII. p. 103. Unde fides augetur, esse vere Juliani sermonem.

L. 13. *Ἐνταῦθα ὁ πατὴρ ἀνεπαύσατο*] Haec verba post alia sequebantur, quae transiit Libanius. Adlato enim eo, quod hactenus tractavimus, fragmento sic pergit Ille: *εἶτα μικρὰ διελθὼν περὶ πανούργου μητρυιᾶς, ἐνταῦθα φησὶν ὁ πατὴρ*

ἀνεπαύσατο, q. d. *Deinde paucis interjectis de noverca versipelle, Hic, inquis, parens meus acquievit.*

VI.

En particulam e deperdito Juliani scripto, cui titulus erat KPONIA, *Cronia* vel *Saturnalia.* Quo de libro praeter Suidam in locis mox laudandis ipse memoravit Julianus Orat. IV. p. 157, C. qui tamen non Κρόνια, sed *εἰς τὰ* Κρόνια scripsisse se perhibet. Opus illud aliquando cum CAESARIBUS confusum vel pro uno habitum esse constat; errorem optime refellit Spanhemius in gallica Caesarum versione, *Preuves des Remarques* §. 1. Argumentum est sane validissimum, quod in Caesaribus non comparent istiusmodi reliquiae.

In Juliani Editionibus id Fragmentum desideratur. Indicatum tamen est a Petavio post Fragmentum II. ita scribente: *In voce* Ἰουλιανὸς, *e Croniis supra in Elogio ejusdem e Suida.* Quae cum perobscure sint expressa, non intellecta fuisse videntur a Spanhemio, qui eum Petavii locum omisit. Valebat autem sententia, quasi scriptum esset: *Aliud fragmentum, idque e Croniis, apud Suidam extat in voce* Ἰουλιανός. *Quod Suidae caput supra delibatum est in Juliani elogio.* Intelligebatur Editionis locus a Praefationibus proximus, qui ab hac inscriptione pendet: DE JULIANO TESTIMONIA QUAEDAM.

Praeter laudatum Suidae locum redit hoc fragmentum apud eundem in voce Ἐμπεδότιμος T. I. p. 725. leviter variante scriptura. Priori loco haec praemittuntur Suidae verba: Περὶ τοῦ Ἐμπεδοτίμου λέγει ὁ Παραβάτης οὕτως ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Κρονίοις· altero autem talia: περὶ οὗ (scilicet Ἐμπεδοτίμου) λέγει ὁ Παραβάτης ἐν τοῖς ἐπιγραφομένοις Κρονίοις.

Juliani verba duplicis loci sunt a Suida praepostere relati. Quum enim unum attulisset, alterum subjiciens usus est transeundi formula: καὶ μικρῷ πρότερον. ubi subauditur: λέγει ὁ Παραβάτης. Ordinem condidimus, e quo processerat Julianus.

L. 15. ἔδοξε] Sic in veteribus scribitur Suidae Editionibus, quum in Kusteriana tam sub voce Ἐμπεδότιμος, quam in voce Ἰουλιανὸς vulgatum sit ἔδειξε. monente quidem ad priorem locum Editore, *ita demum ab ipso ex MSS. emendatum esse, quum in prioribus Editionibus corruptus fuerit locus;* ad alterum autem

declarante, *male vulgatum fuisse* ἔδοξε. *quod verbum ipse ex uno MS. Paris. emendaverit.* Praetuli tamen antiquam lectionem, cujus quidem vim renuntiabat versio hujusmodi: *Inclytus nobis visus est et Hierophantes Jamblichus.* Verbum δοκεῖν, quod in Graecorum decretis legibusque solemne fuit, vulgo quoque de assentiendo vel probando sumitur, e. g. Julian. Caes. p. 307, C. 318, A: ἐδέδοκτο, *visum est, placuit.* Talem in hoc fragmento sententiam fuisse Juliani, conjicitur ex adfinitate loci sequentis.

Ibid. ἱεροφάντης] Ita scriptum est in Suida voce Ἰουλιανός. quum in altero ejusdem loco legatur ἱεροφάντωρ. Adoptavi formam a *Nostro* usurpatam Ep. XXIV. p. 34. Oratt. V. p. 173, C. VII. p. 239, C.

Ibid. Ἰάμβλιχος] Intelligo principem illius aevi philosophum, qui cum aliunde, tum e libro *De Mysteriis* inclaruit, quemque non confundendum esse cum homonymo recentiori monuimus ad inscriptionem Epistolae XXXIV. Antiquior enim ille Jamblichus ab Juliano frequenter, nec unquam sine laude, nominatur, v. c. Oratt. IV. p. 157, C. D. VI. p. 188, B. VII. p. 222, B. et ad instar loci nostri dicitur ὁ κλεινὸς Orat. IV. p. 147, B. Adposite ad hoc fragmentum declaravit *Noster* Orat. IV. p. 146, A., se multa ex illius viri scriptis didicisse; imo exinde suam in Orationem haud pauca se recepisse professus est Ibid. p. 150, D. 157, D.

L. 16. Ἐμπεδοτίμῳ] Cujus et in longiori Fragmento meminit Julianus Opp. T. I. p. 295, B.; τὸν μέγαν Ἐμπεδότιμον ut bonum virum laudans a malis hominibus interfectum. Eum de physica auscultatione scripsisse tradit Suidas in ipsa voce Ἐμπεδότιμος, sub qua fragmentum hoc extare diximus.

Ibid. Πυθαγόρᾳ] Quod adeo certum est, ut ex Aureis Carminibus vs. 47. jurandi formulam usurparit Julianus Orat. VI. p. 196, C. ubi silentium miror Editorum.

L. 17. λαβὼν] Eam rursus adoptavi scripturam, quam in voce Ἰουλιανὸς obtulit Suidas. Alter enim Suidae locus cum articulo tenet ὁ λαβών.

Ibid. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικὸς] Qui ex Peripateticorum grege philosophus cum ab aliis, tum a Cicerone passim laudatur. Apud Julianum ejus mentio non redit.

VII.

Id fragmentum hucusque latuit in Zosimo l. III. c. III. §. 3. ubi de Juliano Caesare contra barbaros misso verba sunt hujusmodi: *οἱ δὲ παρὰ Κωνσταντίου δοθέντες αὐτῷ, τριακόσιοι καὶ ἑξήκοντα τὸν ἀριθμὸν ὄντες, μόνον εὔχεσθαι (καθάπερ αὐτός που φησὶν) ᾔδεσαν.* Qualem locum in extantibus Juliani scriptis frustra quaereres. Memorat quidem is auctor Ad S. P. Q. Athen. p. 277, D. eundem numerum, quos a Constantio acceperit, militum; ubi scribit: *τριακοσίους ἑξήκοντά μοι δοὺς στρατιώτας εἰς τὸ τῶν Κελτῶν ἔθνος ἀνατετραμμένον ἔστειλε.* Sed ibi non occurrit, quod ex Juliano Zosimus de militibus illis tradidit, quamvis opportuna esset occasio. Forsitan a librariis in laudato loco recisa fuere verba nostra, quae de christianis militibus valuisse veri simile mihi videtur. Aequo tamen jure conjiceretur, fragmentum esse desumtum ex opere deperdito, quod de rebus suis contra Germanos gestis composuit Julianus, teste Libanio Prosphonet. Jul. T. II. p. 178. (ed. Morell.)

Pag. 154. *L.* 2. *μόνον εὔχεσθαι ᾔδεσαν*] Solemnis fuisse videtur locutio de militibus ignavis. Simile quid Libanius scripsit Ep. 925. (p. 432. ed. Wolf.), ubi phrasis est: *οὐκ ἐν ταῖς χερσὶν, ἀλλ' ἐν ταῖς εὐχαῖς ἔχειν τὰς τῆς σωτηρίας ἐλπίδας.* h. e. *spem salutis non in manibus, sed in votis habere positam.*

VIII.

Haec verba, quae in extantibus Juliani scriptis non occurrunt, e Socrate depromsi Hist. Eccl. l. III. c. 12. fin., qui locus et apud Suidam servatur in voce Μάρης T. II. p. 496. Scripsit nimirum Socrates de Imperatore nostro: *Νόμῳ ἐκέλευε, Χριστιανοὺς παιδεύσεως μὴ μετέχειν· ἵνα μή, φησιν, ἀκονώμενοι* etc. ut edidi. Proclive quidem est, per Νόμῳ Edictum intelligere vulgatum in hac editione nr. XLII., quod vel in ipsius contextu vocatur *νόμος* p. 81. lin. 8: sed inibi non extant adlata verba. Quam ob rem, nisi eadem ex illo documento putemus excidisse, necesse est, ut Socrati deperditam Juliani legem ante oculos fuisse censeamus: cui sententiae sequens Fragmentum probabilitatem addit.

L. 4. *ἀκονώμενοι τὴν γλῶτταν*] Hac locutione Libanius ad Julianum scribens utitur in epistola, quam attulimus p. 179.

IX.

Eadem occasione, qua praecedens Fragmentum a Socrate, hoc adlatum est a Theodoreto Hist. Eccl. l. III. c. 18. Qui postquam tradidit, ab Juliano Imperatore vetitum fuisse, ne *Galilaeorum* filii studiis erudirentur poëticae ac philosophiae, talia scribit: Τοῖς οἰκείοις γάρ, φησι, πτεροῖς etc. quae vulgavi. Certum est, ejusmodi verba nec in Epistola XLII., cujus tale est argumentum, nec usquam alibi apud Julianum extare. Fontem igitur eundem habeant, e quo Socrates antecedens hausit fragmentum.

L. 7. κατὰ τὴν παροιμίαν] Locutionem Τοῖς οἰκείοις πτεροῖς βάλλεσθαι nec apud Adagiorum scriptores, nec in aliis reprehendi. Sententiam ipse Julianus aperit.

IN
JULIANI IMPERATORIS
POEMATIA.

Pag. 155. *L.* 1. ΠΟΙΗΜΑΤΙΑ etc.] Hac sub inscriptione metrica posui, quotquot priva extare compereram, Juliani nostri monumenta, ne, quum parva sint necdum aliis ejus auctoris libris consociata, justo citius oblivione obliterarentur. Exclusum scilicet est illud ludorum carmen undequadraginta versiculis conflatum, quod Caesaribus intextum occurrit in Edd. Petav. p. 25. Spanh. p. 318 sq. Heusing. p. 14 sq. Harles. p. 44 sq. Id minime de loco suo turbandum videbatur.

Aequalibus *Nostri* scriptoribus non ignota fuit ejus in poëtico dicendi genere facultas; ita ut longe plura, quam supersunt, olim extitisse sentiamus Juliani poëmata. De varia hujus Imperatoris doctrina scribens Ammianus Marcellinus l. XVI. c. V. §. 7. (ed. Wagner.) talia habet: *nec humiliora despexit, poëticam mediocriter et rhetoricam amavit.* Unde, licet incerta sit scriptura, hoc tamen liquet, in Juliano laudari poëticam, sive artem, sive operam intelligas. Libanius autem ait Orat. VIII. Paneg. Julian. (T. II. p. 248, B. ed. Morell.), philosophos ac oratores τῇ ποιήσει superatos esse ab Juliano; quem et Homeri imitatorem appellat, ac Ibid. p. 240, B. discedenti philosopho Atheniensi munus dedisse perhibet, quod solus ex Imperatoribus dederit, nempe *versus.*

I.

Hoc epigramma, quod a meis quidem Julianeis codicibus abest, una cum proxime sequenti Martinius emisit in Praefatione ad Juliani Misopogonem; quae deinde Praefatio tam in Petavii, quam in Spanhemii Editionibus recusa est. Ne verbo quidem docemur, unde in manus Editoris istae devenerint reliquiae; sed simpliciter, ubi de ingenii dotibus, quibus splenduerit Julianus, verba fecit, *Neque poëticam neglexit*, ait Martinius, *ut declarant duo epigrammata non invenusta, quae servatis numeris pene totidem verbis Latina fecimus.* Tum sine intermissione textum illorum posuit atque versionem a nobis repetitam.

Obiter hoc epigramma, tanquam *quod Juliano tribuunt*, ab Erasmo adlatum est in Adagiis tit. *Cicernus Bacchus* p. 348. quo nimirum probaretur, contemtam fastiditamque fuisse cerevisiam iis, qui eatenus assueverant vino. Versionem ibi reperies a Martiniana diversam, nec tamen illa praestantiorem.

Postea Hermannus Conringius in libello *De habitus corporum Germanicorum antiqui ac novi causis*, Helmstadiae anno 1666 edito, ubi de inventae cerevisiae aetate disputavit, eosdem versus non solum attulit, sed etiam notulis quamvis paucis, a nobis tamen in usum vocandis illustravit, novaque versione ornavit.

Recentius hoc opusculum in Analectis prodiit Vet. Poet. Gr. ed. Brunck. T. II. p. 403. quem ad locum praestantissimi conferendae sunt Jacobsii Animadversiones Vol. II. Part. III. p. 188 sq.

L. 6. Εἰς οἶνον ἀπὸ κριθῆς] Huic inscriptioni Editores omnes, excepto Erasmo, qui pro re nata titulum omisit, verba praeponunt: Ἰουλιανοῦ βασιλέως. Quod additamentum in hac editione supervacaneum foret; praetereaque discreparet ab usitatis Julianeorum inscriptionibus: de quibus conf. Obss. p. 161. inf. Accedit, quod non ab Imperatore, sed a Caesare Juliano hos conditos esse versus probabile fit e v. 3. ubi Galli memorantur. Galliam enim ab illo habitatam esse constat. — Quod sententiam attinet, incertum videtur, an idem prorsus cogitandus sit potus, quo nunc cerevisiae nomine utimur. Eruditi enim dissentiunt, quanam aetate lupuli vel humuli usus invaluerit, imo an istis vocabulis eadem respondeat herba, quae

hodie cerevisiam ingreditur. Praeter scriptores ab Jacobsio l. c. laudatos ea de re videndus est Beckmann in *Beyträge zur Geschichte der Erfindungen* Vol. V. p. 206 sqq.

Vs. 1 *sq.* Τίς; πόθεν εἰς, Διόννσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον, Οὐ σ' ἐπιγιγνώσκω·] Priora tria verba frequentantur ab Homero, v. c. Odyss. X, 325. XIX, 105. XXIV, 297. quae loca similem efferunt sententiam hujusmodi versu: Τίς; πόθεν εἰς ἀνδρῶν; πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες; Julianus, quem Callimachi lectorem fuisse vel ex Ep. XXX. cognoscitur, in orationis conformatione secutus esse poterit istud illius poëtae principium Epigrammatis XVI. (T. I. p. 288. ed. Ernesti):

Τιμονόη, τίς δ' ἐσσί; μὰ δαίμονας, οὔ σ' ἂν ἐπέγνων.

Vs. 3. τράγον] Quum interpretatio Martiniana teneret: *Bacchus nectar olet; tu hircum; te* etc., ea verba mutavi ad mentem Conringii tam in ipsius versione, quam in notula proditam hujusmodi: *Tragi voce hoc loco non hircum, ceu vulgo creditur, sed illud ex olyra aut tritico confectum illique aevo celebratum significari, per mihi fit verisimile.* Erasmus quoque *hircum* expresserat. Quod apud eundem τράγον legitur, operarum errori tribuendum est.

Ibid. Κελτοὶ] Hoc nomen, cujus potestas apud antiquissimos scriptores latissima est, apud Julianum finito sensu *Gallos* indicare manifestum est Ad S. P. Q. Athen. p. 278, D. Misopog. p. 340, C.

Vs. 5 *sq.*] His versibus illi forte praeluxerunt, qui sic leguntur in Analectis veterum poëtarum graecorum T. III. p. 4. ed. Brunck:

Τοὔνεκα δὴ χρειὼ καλέειν σε τιν' οὐρανιώνων,
Αἰθέριον τε νόον φορέειν, οὐ γήϊνον ἔμπης.

Vs. 6. Πυρογενῆ] H. e. *e frumento factum.* Perperam apud Erasmum scribitur Τυρογενῆ, quod *e caseo factum* valeret. Vitiose quoque Πηρογενῆ legitur apud Conringium.

Ibid. Βρόμον] Sic ubique scriptum inveni praeter Analecta, quae βρόμον tenent. Alteri tamen scripturae patrocinatur Jacobsius ad. e. l., qui quidem illa *gravem odorem* vult significari. Quum cerevisia, qua nos certe utimur, gravi odore careat, in vulgari significatione vocis acquiesco. Latine reddi nequit ele-

gantia, quam in eo cernimus, quod *βρόμος avenam* vel, ut mavult Erasmus, *hordei genus quoddam* indicat, quum Βρόμιος Bacchi sit cognomen a strepitu, ut volunt, et clamore ebriosorum ductum.

Ibid. *οὐ Βρόμιον*] Pro *οὐ* Conringius non minus commode tenet *ἤ*, cujus tamen varietatis rationem nullam reddit.

II.

Epigramma hoc, ut antecedenti praemonui, Martinii Praefationi fuit intextum, et ad instar superioris a Brunckio vulgatum in Analectis Vet. Poet. Gr. T. II. p. 403. quem ad locum Jacobsius commentatur in Animadversionibus Vol. II. Part. III. p. 189. Equidem eas reliquias in manuscripto codice reperi Vaticano-Regio num. 29. Qui nempe codex chartaceus, forma fol., saeculo scriptus XV. vel XVI., post Homeri Iliadem cum interlineari paraphrasi repraesentatam *Variorum* exhibet *Epigrammata selecta*, quibus hoc nostrum interest fol. 484.

Εἰς τὸ ὄργανον.] Vulgo praemittitur: *Ἰουλιανοῦ βασιλέως.* ut in Epigrammate praecedenti. Codex inscribit: *Ἰουλιανοῦ εἰς ὄργανα.*

Quum in obscuro sit, quanam aetate et a quonam mortalium inventa sint organa pneumatica, hinc addiscere juvat, illorum usum quarto jam saeculo fuisse cognitum. Conjicere licet, satis recens inventa fuisse, quae Julianus tam miratione, quam descriptione dignabatur. Cui opinioni favet prior pars loci, quem ex Alexandri Sarpi libris *De rerum inventoribus* ita delibavit Beckmann in: *Beyträge zur Geschichte der Erfindungen* Vol. IV. p. 467: *Organa fistulis plumbeis Byzantio in Galliam ad Pipinum regem transmissa fuisse dicuntur a Constantino Caesare; alii putant, eorum usum Romae repertum a Viteliano pontifice.* Censente tamen Bartho in Adversariis pag. 956., qui et epigrammatis Juliani mentionem injicit, jam apud Tertullianum De spectaculis cap. X., ubi organa memorantur, intelligenda sunt organa pneumatica Christianorum in templis recepta.

Vs. 3. *Ἄγριοι*] Sic praeeunte codice scripsi et interpunxi, quum ubique vulgatum esset *Ἀργιοι*, praecedente puncto majori Pag. 156.

et insequente commate. Martinius vertens: *Horrendum stridet*, ab ipsius discessit scriptura, forteque nostram in animo habuit. Ἄγριοι, cui facile subauditur δόναχες, est Subjectum antecedentis verbi ἀνεβλάστησαν, significatque: *feri*, vel *impetuosi*.

Ibid. ἡμετέροις δονέονται.] Codex: ἡμετεροίσι δονᾶνται.

Vs. 4. ὑπὸ] Pro hac Martinii scriptura, quam codex cum duobus ab Jacobsio laudatis libris agnoscit, apud Brunckium ἀπὸ legitur.

Vs. 6. ἀγέρωχος] In Homero frequens epitheton, Trojanis plerumque inditum, e. g. Iliad. II, 654. III, 56. V, 623. Significatur, ut Jacobsius ait, *audax*, qui, alter Cadmus sive Jason, portentosam hanc aeneorum calamorum messem tractare audeat.

Vs. 7. ἀμφαφόων] In codice perperam ἀνφαφόων. Id vocabulum aeque poterit ex Homero se obtulisse, v. c. Odyss. IX, 475. XV, 461.

Ibid. συμφράδμονας] Codex vitiose: συμφοραδνονας.

Vs. 8. Οἱ] Puta, κάνονες.

Ibid. ἀποϑλίβουσι] Mendose codex: ἀποϑλίνουσι.

III.

Hos versus ex Analectis desumsi Veterum Poëtarum Graecorum ed. Brunck. T. III. p. 332. quem ad locum editor (Ibid. in Annott. p. 310.) aperuit, antea hoc aenigma prolatum esse a Salmasio in Exercitationibus Plinianis pag. 726. Addit Jacobsius in Animadversionibus ad illum Anthologiae locum Vol. II. Part. III. pag. 190, Salmasio fontem fuisse codicem Bibliothecae Regiae.

Αἴνιγμα εἰς κοντοπαίκτην.] His apud Brunckium antecedunt verba Ἰουλιανοῦ βασιλέως. non aliter ac in superioribus utrisque poëmatiis. Apud Salmasium autem, referente Jacobsio l. c., sic inscribitur: Ἰουλιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς εἰς κοντοπαίκτην.

Quid sit κοντοπαίκτης, aliquo modo consideratio docet partium, e quibus componitur vocabulum: ipsa vero ratio, qua lusor operabatur, definiri nequit; unde non satis liquet Juliani sententia. Du-Cange in Glossario sub illa voce praeter exempla, quibus et Juliani hoc interest, talia duntaxat verba posuit: *Exercitationis ludicrae species, qua pueruli in summo conto lusi-*

tabant et invicem luctabantur. Plurimum ea res ac proinde hoc monumentum ab Jacobsio illustratur l. c., cujus adferam integra verba tanquam plenioris explicationis ignarus. Sunt autem hujusmodi:

« Agitur de praestigiatorum quadam arte, quam describit Chrysostomus in loco appositissimo: *τί ἄν τις εἴποι περὶ ἐκείνων τῶν ἀνδρῶν, οἳ κοντὸν ἐπὶ μετώπου βαστάζοντες καθάπερ δένδρον ἐῤῥιζωμένον ἐπὶ τῆς γῆς, οὕτως ἀκίνητον διατηροῦσιν, ὥστε παιδία μικρὰ ἐπ' ἄκρου τοῦ ξύλου παλαίειν ἀλλήλοις.* Hinc lux aenigmati. Τὸ *δένδρον* est *contus*, quem homo in fronte gerit. Hujus arboris viva et loquens *radix* est homo; *fructus*, *καρποὶ*, item viventes, sunt pueri in summa pertica collocati. Contus cum in fronte erigitur puerisque oneratur, *φυτεύεται μιᾷ ἐν ὥρᾳ*: omnia simul et subito nascuntur, eadem simul auferuntur, *τρυγᾶται* radicitus, dum praestigiator ille perticam de fronte demit. Supersunt verba *ἀνακτόρων μέσον*, quae Salmasius sic interpretatur: *Reliquae, quae vere sunt arbores, in mediis campis nascuntur; haec intra aedes ipsas erigitur.* Haec vera putet, qui voluerit; mihi inepta videntur. Pertica in fronte, inter oculos et tempora, erigitur. Tale quid Julianum in mente habuisse nullus dubito. Jam vide, an *τὰ ἀνάκτορα aures* esse possint, quasi *sancti* capitis *recessus*, in quibus optima quaeque deponuntur. »

Iterum in Juliano Misopog. p. 360, A. ludi mentio fit ignoti generis; in quo se exercens appellatur *κοτυλιστής*. De hoc eruditus viderit Gallus nomine *Le Bas*, a quo Misopogonis editionem parari nuper comperimus.

IV.

Metricum hunc lusum clarissimus *Boissonade* e codice Regio 1409. in Notis ad Gregorium Corinthium edidit p. 407. Quod nisi fugisset Jacobsium, inserti legerentur hi versus Anthologiae Graecae Volumini XIII.

Quae praemissa reperimus verba *Ἰουλιανοῦ τοῦ παραβάτου*, ea tanquam in hac editione otiosa negleximus. Confer ob talem inscriptionis formam Obss. ad Ep. [LXXVII.] tit.

Oleum et operam perdet, qui hoc aenigma latine voluerit convertere. Nequis enim, quod in graeco sermone factum est, uno vocabulo notionem exprimere *digiti* et *dactyli*.

Vs. 1. Verba Homeri usu tritissima, e. g. Odyss. XI, 445. XVI, 435. XVII, 532.

IN
GALLI CAESARIS
EPISTOLAM.

Ad exemplum Petavii Spanhemiique post absolutum Juliani textum hanc Epistolam exhibui, qua quidem carent codices mei. Licet alienum ejusmodi scriptum Juliani lectoribus obtrudendum fuisse negari possit, nimiae tamen liberalitatis, quam parsimoniae crimen sustinere malui.

Petavius in Editione quidem de monumenti hujus historia nihil prorsus monuit; sed in ipsius Epistolis lib. II. nr. XXV. data occasione palam fecit, istas litteras e bibliotheca Vaticana sibi missas et a Nicolao Alemanno latine versas esse: nulla prioris editionis facta mentione. Nihilo minus extitisse talem operam Bonaventurae Vulcanii praestitam, de quo in Praefatione memoravi, hinc maxime colligo, quod ex illius editione descripta dicuntur, quae hac ex Epistola decerpsit Barthus in Adversariis p. 2725.

Quod opusculi sinceritatem attinet, judicium probo Petavii notantis in margine: *Haec epistola spuria videtur.* Quam ob sententiam a docto quopiam amico compellatus, eam vir acutissimus istiusmodi verbis probavit in Epistolarum loco laudato: « Epistolam esse confictam ab otioso Graeculo et suppositiciam « cuipiam, ex eo conjectura fit, quod imperite admodum Gallus « in ea Caesar Julianum fratrem alloquens dicat ipsum, quan- « tum quidem ferebat rumor, *ἀποστῆναι τῆς προτέρας θρησκείας « τῆς ἐκ προγόνων παραδοθείσης.* Sunt *πρόγονοι*, ut ex Platone « vertit Cicero, *generatores;* ut sunt avi, proavi, atavi. Itaque « Gallus Julianum ait ab avis et proavis suis christianam acce- « pisse fidem. Quo quid fingi potest obtusius? Galli et Juliani « pater fuit Constantius, Constantini Magni frater ex Theodora,

« Maximiani Herculii privigna. Uterque ille Constantio Chloro « genitus est, cujus origo ad Claudium Imperatorem a nonnullis « refertur. Neutra vero de stirpe *πρόγονοι* christianam religio- « nem ad Gallum Julianumque transmisere, quum omnes genti- « les et a Christo alieni fuerint; persecutores etiam nonnulli « Christianorum. Quare planus ille tanquam *ἐξ ὄνου παραπτ-* « *ψεως* se ipse prodidit. Mitto de Juliano id dicere, quod ex « Historico [Ammian. Marcell. l. XXII. c. V. init.] constat: etsi « jam olim profanis superstitionibus occupatus a christianis sa- « cris abhorreret, nunquam tamen superstite Constantio, saltem « ante Galli obitum, id prae se tulisse; sed diligenter occul- « tasse. Unde veri simile non est, famam ejusmodi, qualem « impostor ille describit, ad Gallum pervasisse. Sed hoc minus « ad conjecturam est efficax. Illud validum et *ἀναντίῤῥητον.*» Haec Ille. Addam equidem, ex fera indole saevisque moribus in Galli Caesare conspicuis minime conjici, pietatis christianae studium, quale hae litterae produnt, admodum in illo fervuisse. Docti tamen occurrunt viri, quorum suspicionem effugit Epistola; v. c. praeter Barthum l. c. Spanhemius, qui, cum Petavii marginalem omiserit notulam, operis veritatem putandus est agnovisse, ni forte falsitatem evincendam sibi reservarit in Observationibus, quas per fata non licuit emitti. Accedunt, qui ut vero et genuino sunt usi hoc monumento, Bleterius in *Vie de Julien* lib. I. p. 51; Neander *Ueber den Kaiser Julian* p. 80; Jondotus in *Histoire de l'empereur Julien* T. I. p. 51 sq.; Tourletus in gallica Versione Juliani T. III. p. 320. Qui quidem, ob usum fortasse Spanhemianae Editionis, maximam partem ignorasse videntur, opusculum esse controversum. Solus certe Jondotus disertis verbis Epistolae veritatem adfirmavit, sed argumento usus invalido vel potius nullo. Quid enim inde efficitur, quod ex Libanio comperimus Julianum coram Gallo simulavisse christianam fidem, quum Deorum cultui clam esset addictus? Hoc tantum agnoscimus, Gallo, dummodo fratris artificium perspexerit, occasionem ejusmodi litteras dandi non defuisse; minime vero sequitur, id revera, nedum per hasce litteras, ab illo praestitum esse.

Pag. 157. *L. 1 sq.* ΓΑΛΛΟΥ ΚΑΙΣΑΡΟΣ etc.] Sic Ed. utraque. *Gallus* eodem, quo Julianus, patre gavisus est, sed diversa matre,

